Ad tertiū ſic proceditur. Uidetur q volūtas non moueat ſeipſam: oē eñ mouens inquātum hmōi eſt in actu, qd autē mouetur eſt in potētia: nā motus eſt actus exiſtentis in potentia inquātū hmōi: ſʒ nō eſt idē in potētia ⁊ in actu reſpectu eiuſdē. ergo nihil mouet ſeipſum: neqʒ ergo volūtas ſeipſam mouere pt. ¶ P̄. Mobile mouetur ad pn̄tiā mouētis: ſed volūtas ſemp ſibi eſt preſens: ſi ergo ſeipſam moueret ſemp moueret: qd p̄ʒ eſſe falſum. ¶ P̄. Uolūtas mouet ab itellectu vt dictū ē ſi igit volūtas mouet ſeipſaʒ: ſequit q idē ſimul moueat a duob' motoribus immediate: qd videtur inconueniens. non ergo voluntas mouet ſeipſam.

Sed Cōtra eſt, q voluntas dña eſt ſui actus: ⁊ in ipſa eſt velle ⁊ nō velle: qd nō eſſet, ſi nō hr̃et in ptāte mouere ſeipſam ad volēdū. ergo ipſa mouet ſeipſam.

Rñdeo Dōʒ, q ſicut ſupra dictū eſt: ad voluntatē ptinet mouere alias potētias ex rōne finis q̄ eſt volūtatis obm, ſʒ ſicut dictū eſt, hoc modo ſe hʒ finis in appetibilib', ſicut pncipiū in intelligibilib'. Manifeſtū eſt aūt q intellect' per hoc qd cognoſcit pn̄m reducit ſeipſum de potentia in actum quantū ad cognitionē ꝯcluſionū: ⁊ hoc modo mouet ſeipſuʒ, ⁊ ſimiliter voluntas per hoc qd vult finē mouet ſeipſam ad volendum ea que ſunt ad finem.

Ad primū Ergo dōm, q voluntas non ſm idem mouet et mouet. vñ nec ſm idem eſt in actu ⁊ in potētia: ſed in ꝗtū actu vult finē reducit ſe de potētia in actum reſpectu eoꝝ q̄ ſunt ad finē: vt. ſ. actu ea velit. ¶ Ad ſcđm dōm, q potentia voluntatis ſemp actu eſt ſibi preſens: ſʒ actus voluntatis quo vult finem aliqñ non ſemper eſt in ipſa volūtate: per hunc autem modū mouet ſeipſam. vñ nō ſequit qd ſemp ſeipſam moueat. ¶ Ad tertium dōm, quod nō eodem modo volūtas mouet ab intellectu, ⁊ a ſeipſa: ſed ab intellectu quidē mouet ſm rationem obiecti: a ſeipſa vero quantuʒ ad exercitium actus ſecūdum rationē finis.

¶ Utrum voluntas moueatur ab aliquo exteriori principio. Articu. 4.

Ad Quartū ſic ꝓceditur. Uideť, q voluntas nō moueať ab aliquo exteriori: motus eñ volūtatis eſt volūtarius: ſed de rōne voluntarij eſt q ſit a principio intrinſeco, ſicut ⁊ de ratione naturalis, ergo motus voluntatis eſt ab aliquo extrinſeco. ¶ P̄. Uoluntas violentiam pati non poteſt: vt ſupra oſtenſum eſt: ſed violentum eſt cuius principium eſt extra. ergo voluntas non poteſt ab aliquo exteriori moueri. ¶ P̄. Quod ſufficienter mouetur ab vno motore, non indiget moueri ab alio: ſed voluntas ſufficienter mouet ſeipſam: non ergo mouetur ab aliquo exteriori.

Sed Contra. Uoluntas mouetur ab obiecto: vt dictum eſt: ſed obiectū volūtatis poteſt eſſe aliqua exterior res ſenſui ꝓpoſita. ergo voluntas poteſt ab aliquo exteriori moueri.

Rñdeo Dōm, q ſm q voluntas mouet ab obiecto, manifeſtum eſt q moueri pōt ab aliquo exteriori, ſed eo mō quo mouet quātū ad exercitiū act', adhuc neceſſe eſt ponere volūtatem ab aliquo principio exteriori moueri: omne enim quod qñqʒ eſt agēs in actu: ⁊ qñqʒ in potētia, indiget moueri ab aliquo mouente. Manifeſtū eſt autē qd volūtas incipit velle aliqd cum hoc prius nō vellet: neceſſe eſt ergo q ab aliquo moueať ad volēdum, ⁊ q̄dē ſicut dictū eſt, ipſa mouet ſeipſam inquantū per hoc q vult finē reducit ſeipſam ad volēdū ea que ſunt ad finē. hoc autem nō poteſt facere niſi conſilio mediante: cum enim aliquis vult ſanari, incipit cogitare quomodo hoc conſequi poſſit: ⁊ per talem cogitationem peruenit ad hoc quod poteſt ſanari per me-

naturali moto, voluntas naturalr̄ moueret: ⁊ ſic hō eſſet vnū alal brutum. ¶ Ad euidētiā huius difficultatis ſcito tria. Primū eſt fundamentū huius rōnis ⁊ eſt id qd dictum eſt. ſ. q volūtas mouet ſe nō alio mō q̄ ex volūtate finis: ſed radix huius fundamēti non eſt pretermiſſa ab authore ſed in primo articulo huius qōnis poſita. ſ. q' pn̄m motionis ad exercitium actus eſt ex fine: qr oē agēs agit ꝓpter finē. Et in articu. 3. repetita ⁊ applicata quū dr qd ad voluntatē pertinet mouere alias potentias ex rōne finis. Eſt ergo via rōnis huius hec. oē agēs agit propter finē appetitū vel appetitu naturali vel animali. ſeu intellectuali: ſed voluntas mouēdo ſe alſo potentias q̄ ſe eſt agens. ergo aut ab ea ex appetitu finis vel naturali vl' animali ⁊c. Sed non ex appetitu nāli: qr ſic non moueret ſe. Sed [illegible] moueret illā eo mō q̄ grauia ⁊ leuia mouentur a gñante: nec eſſet volūtariū iſtud agere: vt patet: cuius oppm ſigñ voluntatē mouere ſe. ergo eſt ex appetitu alali ſeu intellectuali ideſt ex volitione finis: qd eſt intentum. Agere enim ex preuolitione finis ⁊ mediāte conſilio idē ſunt: ſicut cognoſcere ex principijs ⁊ mediante ſyllogiſmo idem eſt: hec aūt rōnis ꝓcedit ex per ſe notis cōmunibus animi ꝯceptionibus: vt de ſe patet. vnde nullam habet calumniam: ⁊ vtranqʒ expoſitionem il[l]ius excluſiue probatam complectitur euidentem. Et per hoc patet rñſio ad vltimam obiectionē ꝯ rationeʒ. Scito ſcđo q vt inferius. q. 16. arti. vlti. ad 3. ⁊ q. 17. ar. 5. ad tertium patet: volūtarij actus voluntatis ſic ſupra ſeipſos reflectuntur vt quilibet eorum implicite vel explicite formaliter vel virtualiter habeat rationem voliti obiectiue: ⁊ non ſolum per modum actus: dum enim eliga vitam contemplatiuā conſentio in talem electionem: ⁊ vtor voluntate mea ad actum eligendi applicando illam. Et ſic electio ipſa eſt actus ⁊ eſt volita vt obiectum ⁊ conſenſus

f. q. 17. art. 5. ad 2. ⁊ 80. ſi. cor. ⁊. 1. qō. 105. arti. 4. ⁊ qō. 106. ar. 2. cor. et. q. 111. ar. 2. cor. ⁊. 3. 5. c. aa. ⁊ 89.

ſi. q. 22 ar. 3. cō. ⁊ ad. 1. Et mal. q. 3. ar. 3 cor. et. q. 6. cor. et ad. 4. et 10.

¶ Super Arti. 3.

In titulo articuli tertij eiuſdem. q aduerte q aliud eſt querere. vtrum voluntas moueat ſeipſaʒ tanquaʒ ſuo actu: et aliud querere vtrum voluntas moueat ſeipſam. Stat eñ ꝑo affirmatiua iſti' q̄ſiti cū negatiua illi', ſtat eñ q volūtas moueat ſeipſam q̄ ad aliquē ſuū actū: ⁊ ꝯhr vez. ſit dicere q mouet ſeipſaʒ: ⁊ tñ non moueat ſeipſam q̄ ad oēm ſuū actū, ad pñtē q̄ qōnē nō ptinet niſi an voluntas reducat ſeipſam de po[tentia] ad actum: ſiue hoc ſit quo ad aliquem ſiue quo ad omnem ſui actum: ſufficit.

¶ Super Artic. 4.

Circa rōnē et ꝯcluſionē in corpore 4. art. eiuſdem. q. dubium occurrit circa rōnē q̄dē: qr ad actū volēdi ſufficit obm apꝑ-
hēſum p̄ns ⁊ volūtas inq̄t Sco. in q̄libe. q. 31. nō q̄ reqrit exteri' agēs: nec q ꝓ volēdo ſeipſum velle: vt rō lr̃e vult p'a. argr̄ qd rō lr̃e ꝯmittit ſophiſma ꝯñtis eñ eñ volūtariū (vt ſuperi' pʒ) dupl'r dicat. ſ. vel qr volitū: vel qr in ptāte volūtatis lr̃a ex hoc q primus act' voluntatis nō pōt eſſe volūtari'. pmo mō inferri q nullo mō eſt volūtari'. q̄ ⁊c. vbi pʒ manifeſtus error. Et ꝯfirmatur qr alio mō eſt volūtarium ipm volui: alio mō ipſa volitio nā illud vt obm hoc vt act': ac p hoc illud mediāte actu: hoc abſqʒ medio: cū eñ volo legere non ſolū legere eſt voluntariū. ſed etiā illud velle quo volo legere q̄uis diſſimilr: qr legere mediante velle: ipm aūt velle ſeipſo. Et tñ rō litere: qr primum velle nō pōt eſſe volitū vt obm: ꝯcludit q nō ē in ptāte volūtatis: ſed ex inſtātia ſuperiori: quātū dici poſſet. q iʒ primū velle nō poſſit eſſe volitum vt obm: eſt tñ volitū vt act': ⁊ ſic nō opʒ qd ſit volitus ꝯſilio mediāte. Preterea. Tota vis rōnis litere ꝯſiſtit in hac ꝯcluſione: voluntas mouet ſe mediante conſilio: ſeu ex aliqua voluntate ꝑſuppoſita tantum. Et tñ neqʒ hic neqʒ in precedenti artic. ꝓbata eſt quo ad vtrāqʒ expoſitionē. Probatuʒ eſt eñ q volūtas mouet ſe hoc modo: ſʒ non eſt ꝓbatū q non alio modo: ſup qua tñ negatiua fundať tota vis rōnis in lr̃a: vt ptʒ intuean. q̄ ⁊c. Cōtra ꝯcluſionē ho ſcot' vbi ſupra arguit: qr ſi volūtas in primo actu, nāli inſtinctu moueret ab intellectu

viſus: ⁊ econtra dum vtor voluntate mea applicando illam ad amandum deum conſentio in talem viſum ⁊ eligo illum: ⁊ ſic viſus habet rationem actus: ⁊ cum hoc eſt volitus vt obiectum conſenſus ⁊ electionis. ⁊ ſimiliter dum conſentio in amicitiam diuinam vtor voluntate applicando ad conſenſum ⁊ eligo eundē: ⁊ ſimiliter conſenſus eſt actus ⁊ volitus vt obiectum electionis ⁊ viſus: quia igitur non quandoque ſed ſemper quum voluntas mouet ſe vtitur ſeipſa applicando ſe ad volendum vel nolendum ⁊c. Et omnia huiuſmodi actus eſt implicite vel explicite formaliter vel virtualiter volitus vt obiectum. Licitum fuit authori ex negatione voluntarij obiectiue in huiuſmodi actibus inferre negationem voluntarij ſimpliciter ⁊ hoc non ſolum quaſi gratia materie: ſcilicet actuum huiuſmodi in quibus voluntarium vt actus non inuenitur ſine voluntario vt obiectum: vt dictum eſt: ſed etiam gratia forme: quia ſi ſubtiliter perſpiciatur diſtinctio voluntarij in voluntarium vt volitum ⁊ voluntarium: quia in poteſtate voluntatis, non eſt diſtinctio in diſparata genera voluntarij: ſed eſt diſtinctio diſtinctorum modorum generis directe vel indirecte: voluntarium enim vt volitum eſt directe voluntarium: vt voluntarium vero quia in poteſtate voluntatis eſt indirecte: ea indirectione quia ſcilicet ſubeſt poteſtati voluntatis

tatis

tatis vt ſit obīm eius volentis aut nolentis: hac eſt ſola rōne voluntariū inducit. vñ quum voluntarium ſcdo mō in idē redeat cū voluntario pmo modo: ſicut ex oīmoda negōne voluntarij primo mō inferre ſeqˀr negōnem voluntarij ſimplr. vt eſt iam pꝫ voluntarium q: in poteſtate voluntatis ad voluntariū ſimplr vt obīm reducit: ſicut obīm indirecte ad obīm directe: ⁊ ꝓꝫ ſub oīmoda negōne obīi vtriuſq; modi negatio cōprehendit. Et per hoc patet rñſio ad alias noſtras obiones ꝯ rōnem. Scito tertio qđ aliud eſt loqui de volitiōe: ⁊ aliud de volūtate vt a volūtate applicante ſeipſam ad volēdū. volitio enī nil aliud dr niſi opatio nē voluntatis q̄ vult: et certū eſt ꝙ ad volendum ſufficit voluntas cū obo: ſed ad volēdū a ſe: ita qđ ly a ſe dicat cāitatē applicantē ſeipſam ad volēdū nō ſufficit voluntas cū obo: ſed exigit voluntas ꝓuolens finē. ⁊ rō huius eſt q: velle a ſe nō ſolū importat velle ſed agere ſeu mouere: qđ q: opꝫ fieri pp̄ finē ꝑagit nā vel ipe appetitum finis: vt dictum eſt. Et nō aduertere hoc cauſa eſt loquentū ⁊ q: actio ipſa eſt magis pp̄ finem ꝙ obīm ⁊ volitio ꝙ volitū: vt pꝫ quum amo deū: diuus Thomas ꝗ ſupra hoc ꝙ agens agit pp̄ finem edificabat applicationem voluntatis ad volendū in rōne volui pp̄ finem cōtēplanus maxi: ē: et ex ea ſic accepta ſrītā: tē inuenit atq; docuit vnde ꝯuis volitū vt obiectū hēat directiuā rōnem volīti ꝙ volitum vt actus volūtarū tñ vt actus: hꝫ magis rōnē eius qđ eſt eſſe pp̄ finē ꝙ obīm actus: ⁊ propterea hoc in loco vbi tota vis cōſiſtit in hoc qđ eſt eſſe volitū pp̄ finē actio ipſa per modū actionis exercita primum tꝫ locū. Et p hec pꝫ reſponſio ad rationem Scoti.

¶ Ad id vero qđ ꝯtra concluſionem obiicit faciliime reſpōdet negando ſequelā. Quāuis enī primus actus voluntatis ſit ex inſtīctu dato ab exteriori nō obiecto: ſed cā effectiua deo: ipſa tñ iā ex hac finis volitione ſeipſam mouet ad volendum alia propter finē: quod brutis non cōuenit: q̄ñ ad omnia mouenť ab inſtinctu. Eſt igitur autoris ſententia qđ ſicut ꝓhans graue dat graui naturalem appetitum motus et loci deorſum: et propterea ceſſante impedimento graue ex rñ. appetitu accepto mouetur deorſum et quieſcit ibi: ita genitor voluntatis dat ei naturalem inclinationem in bonum, ita ꝙ propoſito per intellectum bono abſq; impedimento voluntas tēdit in illud actu elicito qui eſt volitio. Et hic actus dicitur eſſe ab exteriori agente ea ratione qua motus grauis a generante dicitur. Et merito: quia ad hunc actum voluntas non concurrit vt propter finem agens. ſed vt ad finem tendens ex directione ſuperioris agentis ordinantis ipſam in hoc: et

propterea hic actus licet ſit velle ⁊ voluntatis ⁊ a voluntate vt eliciente actum: non tamen eſt voluntarius: quia non eſt a voluntate vt applicante ſe ad volendum ſed naturalis: quia dator nature applicat ipſam mediante inclinatione data ad volendum: oportet enim vt in litera dicitur dari proceſſum in infinitum in voluntarijs niſi deueniatur ad vnum non voluntarium ſed naturalem actum voluntatis in quo ſit ſtatus.

1.qđ.15. ā.3.⁊.4 Et.22ᵉ. q.95. ā. 3.6.⁊.7 et.2.dī. 15.qđ.1. ar.2.⁊.3 ⁊.3.ꝯ c. ā 4. vſq; 93. Et ři.q. 3.ā.9.⁊ 10. et opuſ. 3.c.129. 236.et 261. et opuſ. 10.ā.19 et opuſ. 25.c.5. et opuſ. 26.

dicā: ⁊ hoc vult: ſed q: nō ſemper ſanitatē actu voluit: neceſſe eſt ꝙ incipet velle ſanari ab aliquo mouente. ⁊ ſi quidē ipſa moueret ſeipſam ad volēdū: oportuiſſet ꝙ mediāte cōſilio hoc ageret ex aliq̄ volūtate preſuppoſita: hoc aūt nō eſt procedere in infinitū. vnde neceſſe eſt ponere ꝙ in primum motum voluntatis volūtas ꝓdeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouentis: vt ariſto. cōcludit in quodam caplo ethice eudimice.

Ad Primum ergo dōm, qđ de rōne voluntarij eſt qđ principium eius ſit intra: ſed nō opꝫ ꝙ hoc pncipiū intrinſecū ſit primū pncipiū nō motū ab alio. vnde motꝰ voluntariꝰ etſi hēat pncipiū ꝓximū intrinſecū tñ pncipiū pmū eſt ab extra: ſicut ⁊ pmū pncipiū motꝰ nālis eſt ab extra, ꝙ. ſ. mouet nāz. ¶ Ad ſcꝫ dōm, ꝙ hoc nō ſufficit ad rōnē violēti ꝙ pncipiū ſit extra: ſꝫ oꝫ addere: ꝙ nullā cōferat vim patiēs qđ nō cōtingit dū volūtas ab exteriori mouetur. nā ipſa eſt q̄ vult ab alio tñ mota. Eſſet aūt motus iſte violētꝰ ſi eēt ꝯtrꝰ motui volūtatis, ꝙ in ꝓpoſito eē nō pōt: q: ſic idē vellet ⁊ nō vellet. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ volūtas q̄ntū ad aliqd ſufficienter ſe mouet ⁊ in ſuo ordine. ſ. ſicut agēs ꝓximū: ſed nō pōt ſeipſam mouere q̄ntū ad oīa: vt oſtenſum eſt: vnde indiget moueri ab alio ſicut a primo mouente.

¶ Utrum voluntas moueatur a corpore celeſti. Articu. 5.

AD Quintum videť qđ volūtas hūana a corpe celeſti moueatur. oēs eñ motus varij ⁊ multiformes reducuntur ſicut in cām in motū vniformē q̄ eſt motus celi: vt ꝓbať in octauo Phyſi. ſed motꝰ humani ſunt varij ⁊ multiformes incipiētes poſtq̄ priꝰ nō fuerāt ergo reducunť in motū celi ſicut in cām q̄ eſt vniformis ſm nām. ¶ P̄. Scđm aug. in 3. de tri. corpa inferiora mouenť p corpa ſuperiora: ſed motus hūani corpis q̄ cauſať a voluntate nō poſſet reduci in motū celi: ſicut in cām, niſi ēt voluntas a celo moueref. ergo celū mouet voluntatē humanā. ¶ P̄. Per obſeruationē celeſtiū corporū aſtrologi quidam ꝟa pnuntiant de humanis actibus futuris qui ſunt a voluntate. qđ nō eſſet ſi corpora celeſtia voluntatem hominis mouere non poſſent mouetur ergo volūtas humana a celeſti corpore.

Sed cōtra Eſt, ꝙ Dama. dicit in 2. lib. ꝙ corpa celeſtia nō ſunt cauſe nrōꝝ actuum, eſſent aūt ſi volūtas q̄ eſt humanorū actuum principiū, a corporibus celeſtibus moueref. non ergo mouetur volūtas a corporibus celeſtibus.

Rñdeo Dōm, ꝙ eo mō q̄ volūtas mouetť ab exteriori obo manifeſtū eſt ꝙ volūtas pōt moueri a corpibꝰ celeſtibꝰ: inq̄ntū. ſ. corpa exteriora q̄ ſenſui ꝓpoſita mouēt volūtatē, ⁊ ēt ipſa organa potētiaꝝ ſenſitiuarū ſubiacent motibꝰ celeſtiū corporū. Sꝫ eo mō quo volūtas mouef q̄ntum ad exercitiū actꝰ ab aliquo exteriori agēte adhuc quidā poſuerūt corpora celeſtia directe imprimere in volūtatē humanā: ſed hoc eſt impoſſe. volūtas eñ vt dr̄ in tertio de aīa, ē in rōne. Rō āt ē potētia aīe nō alligata organo corpali. vñ relinqť ꝙ volūtas ſit potētia oīno imaterialis ⁊ incorpea. Manifeſtū eſt aūt ꝙ nullū corpus agere pōt in rem incorporeā, ſꝫ potiꝰ ecōuerſo, eo ꝙ res incorporee ⁊ imateriales ſunt formalioris ⁊ vlioris ꝟtutis, q̄ quecūq; res corpales. vñ ipoſſe ē ꝙ corpus celeſte impmat directe in intellm aut volūtatē, ⁊ pp̄ hoc Ariſt. in li. de aīa recitās opinionē dicētiū, ꝙ talis ē volūtas in holbꝰ, qualē in die inducit pr̄ deoꝝ, viroꝝq;. ſ. Jupiter, ꝑ quē totū celū itelligūt, attribuitur eis q̄ ponebāt itellꝫ nō differre a ſenſu. oēs enim vires ſenſitiue cū ſint actus organorū corporaliū ꝑ accñs moueri pñt a celeſtibus corpibꝰ motis. ſ. corpibꝰ quorū ſunt actꝰ, ſed q: dcm̄ eſt ꝙ appetitꝰ intellectiuꝰ quodāmō mouef ab appetitu ſenſitiuo indirecte redūdāt motus celeſtium corporū in voluntatē: inq̄ntum ſcꝫ per paſſiones appetitus ſenſitiui voluntatem moueri contingit.

Ad Primum ergo dōm, qđ multiformes motus voluntatis humane reducūtur in aliquā cām vniformem, que eſt in intellu ⁊ voluntate ſuperiorū. qđ nō pōt dici de aliquo corpe: ſed de aliqua ſuperiori ſubā immāli. vñ non opꝫ ꝙ motꝰ volūtatis in motū celi reducať ſicut in cām. ¶ Ad ſcđm dōm, qđ motus corporales hūani reducunť in motū celeſtis corporis ſicut in cām, inq̄ntū ipſa diſpoſitio organorū cōgrua eſt ad motum aliqualiter ex impreſſione celeſtiū corporum: ⁊ inq̄ntum etiā appetitꝰ ſenſitiuꝰ cōmouetur ex impreſſiōe celeſtiū corporū: ⁊ vlteriꝰ inq̄ntum corpa exteriora mouenť ſm motū celeſtiū corporū: ex quorū cōcurſu voluntas incipit aliqđ velle ⁊ nō velle. ſicut adueniēte frigore incipit aliquis velle facere ignē. ſed iſta motio volūtatis eſt ex parte obi exteriꝰ pñtati non ex parte interioris inſtinctus.

¶ Ad tertiū dōm, qđ ſicut dcm̄ eſt, appetitus ſenſitiuus eſt actus organi corporalis: vnde nihil ꝓhibet ex impreſſione corporum celeſtiū aliquos eſſe habiles ad iraſcendum vel cōcupiſcēdū, vel aliquā hmōi paſſionē. ſicut ⁊ ex complexione nāli plures hoīm ſequunť paſſiōes q̄bus ſoli ſapiētes reſiſtunt et ideo vt in pl̄ibus verificanť que pronuntiantur de actibus hoīm ſm cōſiderationē celeſtiū corporū. Sed tñ vt Ptolemeus dicit in centilogio. Sapiēs dñabiť aſtris. ſ. q: reſiſtens paſſionibus impedit per voluntatem liberam ⁊ nequaq̄ motui celeſti ſubiectam, hmōi celeſtiū corporum affectus, vel vt Auguſt. dicit. 2. ſuper Gene. ad literam. Fatendum eſt quando ab aſtrologis vera dicuntur inſtinctu quodam occultiſſimo dici: quem neſcimus humane mentes patiuntur. quod cum ad decipiēdum homines fit, ſpirituum ſeductorum operatio eſt.

¶ Super Articulum quintum.

IN corpore quinti articuli dubium occurrit quare res immaterialis formalioris ⁊ vniuerſalioris nature, et virtutis quam ſit corpus poteſt directe moueri a corpore vt ab obiecto: ⁊ non poteſt moueri ab eo vt a motore ad exercitium. ſicut enim ad primam motionem ſufficit in mouente maior nobilitas ſecundum quid vt in hac queſtione articulo ſecundo ad primum dicitur. Ita in ſecunda: vt patet ex hoc quod voluntas mouet intellectum ad exercitium: et tamen apud diuum Tho. eſt ſecundum quid tantum nobilior intellectu. Et rurſus ratio aſſignata in litera non minus excludit primam motionem quam ſecundam. Ex hoc enim qđ mēs eſt formalioris ⁊ vniuerſalioris virtutis quam corpus excluditur paſſio a corpore non ſolum vt effectiuo ſed etiam vt a formali principio qđ eſt excludere motionem ab eo per modū obiecti: vt in primo articulo huius queſtionis dictum eſt.

¶ Ad hoc breuiter dicitur quod ſecundum veritatem neutro modo corpus poteſt agere in rē immaterialem propter rationem allatam: et plures alias quas vide ſi vis in tertio contra Gent. capitulis. 84. ⁊. 85. vnde ⁊ in prima parte dictum eſt et declaratū: quod phantaſmata non niſi facta in actu lumine intellectus agentis poſſunt mouere intellectum. Et vſq; adeo diuus Tho. in queſtio. 84. articulo. 6. hec ponderauit: vt concluderet qđ tota cognitio ſenſibilis vſq; ſcilicet ad cogitatiuā incluſiue non eſt cauſa intellectualis notitie: ſed eſt materia cauſe ſcilicet intellectus agentis. Ratio autem quare conceditur et hic et alibi: quod voluntas ſiue intellectus mouetur ab exteriori tanquam obiecto, et non tanquam a motore ad exercitium: eſt quia ad mouendum obiectiue exteriora concurrunt: et ſi non ſufficienter tamen inchoatiue mediate et vt materia obiecti. Ad mouendum autem ad exercitium nullo modo concurrunt ex parte motoris ad exercitium. Eſt enim talis motor ſolus deus cum ipſa voluntate: vt in queſtione patet.

¶ Utrū voluntas moueat̃ a deo ſolo ſicut ab exteriori principio. Articu. 6.

AD Sextū videt̃ ꝙ volūtas nō a ſolo deo moueat̃, ſicut ab exteriori ꝑncipio. inferi° cū natū eſt moueri a ſuo ſuperiori ſicut corpora inferiora a corporibus celeſtibus, ſed volūtas hoīs hȝ aliquid ſuperius poſt deū .ſ. angelū. ergo volūtas pōt moueri, ſicut ab exteriori principio etiā ab angelo. ¶ P̄. Actus volūtatis ſequit̃ actū intellectus: ſed intellectus hoīs reducit̃ in ſuū actū nō ſolū a deo, ſed ēt ab angelo ꝑ illuminationes vt Diony. dicit ergo eadē rōne ⁊ voluntas. ¶ P̄. Deus nō eſt cauſa niſi bonorū: ſcḋm illud Geñ. 1. Uidit deus cuncta que fecerat ⁊ erāt valde bona. ſi ergo a ſolo deo voluntas hoīs moueret̃ nunꝙ moueretur ad malum, cū tn̄ voluntas ſit qua peccatur ⁊ recte viuitur: vt aug. dicit.

Sed cōtra Eſt, qḋ ap̄ls dicit ad Phil. 2. deus eſt qui operatur in nobis velle ⁊ perficere.

Rn̄deo Dōm, ꝙ motus volūtatis eſt ab intrinſeco, ſicut ⁊ motus nālis: ꝙuis aūt rē naturalē poſſit aliquid mouere qḋ nō eſt cā nāe rei mote, tn̄ motuȝ naturalē cauſare nō pōt, niſi qḋ eſt aliqualiter cā nāe. Mouetur em̄ lapis ſurſum ab hoīe qui nām lapidis nō cauſat, ſed hic motus nō eſt lapidis nālis: naturalis āt mot⁹ eius nō cauſatur niſi ab eo qḋ cauſat nām. vn̄ dicit̃ in. 8. phyſi. ꝙ gñans mouet ſcḋm locū grauia ⁊ leuia. ſic ergo hoīem volūtateȝ hn̄tē cōtingit moueri ab aliquo qui non eſt cā eius, ſed ꝙ mot⁹ volūtarius eius ſit ab aliquo principio extrinſeco qḋ nō eſt cā volūtatis, eſt impoſſe. volūtatis aūt cā nihil aliud eſſe pōt ꝙ̄ deus. Et hoc pȝ dupl'r, primo quidem ex hoc ꝙ voluntas eſt potentia aīe rōnalis, que a ſolo deo cauſat̃ ꝑ creationeȝ vt in primo dictū eſt. Scḋo ṽo ex hoc, ꝙ volūtas hȝ ordinē ad vniuerſale bonū. vn̄ nihil aliud pōt eſſe voluntatis cauſa niſi ipſe deus qui eſt vniuerſale bonū. omne aūt aliud bonū per participationē dr̄. ⁊ eſt quoddam perticulare bonū. particularis aūt cā nō dat inclinationē vlēm. vn̄ nec mā prima que eſt in potētia ad omnes formas poteſt cauſari ab aliquo particulari agente.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ angelus nō ſic eſt ſupra hoīeȝ ꝙ ſit cā volūtatis ei⁹, ſicut corpa celeſtia ſunt cā formarū nāliū ad quas cōſequunt̃ nāles mot⁹ corporū nāliū. ¶ Ad 2m dōm, ꝙ intellect⁹ hoīs mouet̃ ab angelo ex pte obi, qḋ ſibi ꝓponit̃ ṽtute āgelici luminis ad cognoſcendū. ⁊ ſic ēt volūtas ab exteriori creatura pōt moueri: vt dictum eſt. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ deus mouet voluntateȝ hoīs ſicut vniuerſalis motor ad vle obiectū voluntatis qḋ eſt bonū: ⁊ ſine hac vniuerſali motiōe hō non pōt aliquid velle. ſed homo per rōnem determinat ſe ad volendum hoc vel illud, qḋ eſt vere bonū vel apparēs bonū. ſȝ tn̄ interdū ſpāl'r deus mouet aliquos ad aliquid determinate volēdū qḋ eſt bonū: ſicut in his quos mouet per gratiam, vt infra dicetur.

¶ De modo quo voluntas mouet̃. Qō. 10.

DEinde Conſiderādum eſt de mō quo volūtas mouetur. ¶ Et circa hoc querūtur quatuor. Primo vtrū voluntas ad aliquid naturaliter moueatur. Secūdo vtrū de neceſſitate moueatur a ſuo obiecto. Tertio vtrū de neceſſitate moueatur ab appetitu inferiori. Quarto vtrum de neceſſitate moueatur ab exteriori motiuo, ꝙ eſt deus.

¶ Utrum volūtas ad aliquid naturaliter moueatur. Articu. 1.

AD primū Uidet̃ ꝙ voluntas non moueat̃ ad aliquid naturaliter. Agens em̄ naturale diuidit̃ contra voluntariū: vt pȝ in principio ſecundi phyſi. non ergo voluntas ad aliquid naturaliter mouetur. ¶ P̄. Id ꝙ eſt naturale ineſt alicui ſemper, ſicut igni eſſe calidū, ſed nullus motus ineſt voluntati ſemper. ergo nullus motus eſt nālis volūtati. ¶ P̄. Natura eſt determinata ad vnum. ſed volūtas ſe hȝ ad oppoſita ergo voluntas nihil naturaliter vult.

Sȝ Cōtra eſt, ꝙ mot⁹ volūtatis ſequit̃ actū intell'c, ſed intell'c aliqua intelligit nāliter ergo ⁊ volūtas aliq̄ vult nāl'r.

Rn̄deo Dōm ꝙ ſicut Boeti⁹ dicit in lib. de duab⁹ naturis, ⁊ ph̄s in. 5. meta. natura dr̄ multipliciter, qnq̄ em̄ dr̄ principium intrinſecum in rebus mobilibus, ⁊ talis natura eſt vel materia vel forma mālis, vt pȝ in. 2. phyſi. Alio mō dr̄ nā queliȝ ſubſtātia vel quodlibet ens. ⁊ ſcḋm hoc illud dr̄ eſſe nāle rei qḋ cōuenit ei ſcḋm ſuam ſubſtantiā, ⁊ hoc eſt qḋ per ſe ineſt rei. in oībus aūt ea q̄ nō ꝑ ſe inſunt reducunt̃ in aliquid ꝙ ꝑ ſe ineſt, ſicut in ꝑmū. et iō nec̄e eſt ꝙ h' mō accipiēdo nām ſemꝑ ꝑncipiū i his q̄ cōueniūt rei ſit nāle. ⁊ hoc manifeſte apparet in intellectu, nā principia intellectualis cognitiōis ſunt nāliter nota. ſil'r ēt principiū motiuū volūtarioꝝ opȝ eſſe aliqḋ nāliter volitū. hoc aūt eſt bonū in cōi, in ꝙ vo

¶ Super arti. 6.

IN ar. 6. eiuſdē qōnis aduerte duo. Primo ꝙ quia in titulo exprimitur ly ſicut ab exteriori prin°: non oportet in corpore articuli cum de cauſa motus naturalis vel voluntarii agitur facere vel ſubintelligere diſiunctiuā: puta ꝙ non poteſt cauſari niſi a dante naturam ſeu voluntatem. vel a ſeipſo hoc em̄ licet verum ſit abſolute: in genere tamen exterioris princi[illegible] non cōprehenditur ſpiritner:

1.q.80. qui eſt pm̄ intrinſecū:
art.1. Et ſed ſolummodo dator
1.q.105 nature aut volūtatis.
arti.4 ⁊ Secundo ꝙ in reſ[illegible]one
q.111. ā. ad tertiū habet̃ quod
2. Et 3. deus non ſolum potē-
c̄ō.c.88. tiam voluntatis dat:
⁊ 89.91. ⁊ ſed actū volēdi clau-
93. p[illegible]°. ſum in omni actu vo-
Et mal. lendi ipſam. ſ. volitio-
q.3. ar.3 nē boni. In omni em̄
cor. ⁊ q. volitione hec volitio
16. arti. clauditur vt principiū
5. cor. et in cōcluſione. Et ꝓpte-
ad 13m. rea in litera dicitur ꝙ

ex hac volitione volūtas propter rōnem determinat ſe ad hoc vel illud bonū vere vel apparēter: ⁊ ſine illa preſuppoſita, a volitiōe nihil olo velle pōt: ſicut nec ſine principiorum cognitione intell'c aliquid noſſe pōt. Et hec volitio eſt illa ad quā dictū eſt oportere voluntatem moueri ab alio etiā quo ad exercitium actus: ſcḋm hanc enim fertur actus in finem: ⁊ ex hac vult q̄cquid vult.

¶ Super. q. 10. Articulum primum.

IN queſtionis decime articu. primo. Scito quod ly naturaliter in titulo poſitum ſumitur vt diſtinguitur cōtra ly libere. ¶ In corpore eiuſdeȝ primi articuli dubium occurrit ex eo ꝙ autor diuertere vr̄ a propoſito. dum queſtio eſt de naturali vt diſtinguitur contra liberū: ⁊ ſolutio q̄ſtionis eſt de naturali vt diſtinguit̃ cōtra accidētale: vt pȝ in litera. ¶ Ad hoc breuiter dicitur ꝙ qȝ nāle vt diſtinguit̃ contra liberū ſequitur ad nāle .ſ. ſubſtantiale. omne em̄ ſubſtātiale eſt nāle. ex hoc ꝙ author declarauit in volūtate inueniri motū nālē .ſ. ſubſtālem optime ſatiſfecit q̄ſtioni an ſit talis motus nālis vt diſtinguit̃ cōtra liberū. Ea aūt fuit ratio proceſſus: quia videlicet ratio ſignificata per nomen naturalis aperienda erat. vnde ſi hominis ſubſtantia natura eſt: quicquid ſcḋm ſubſtantiam ineſt ſcḋm naturā ineſt: ac per hoc ⁊ ſubſtantiale ⁊ naturale eſt: ſcḋm ſubſtantiam autē ineſt quicquid ꝑ ſe ineſt. ergo iuxta hanc nature ſignificationē qua ⁊ volūtas natura eſt: per ſe ineſſe ⁊ ſcḋm ſubſtantiā ⁊ naturaliter idem ſunt. hec autē equiualere naturali vt diſtinguitur contra liberum patet ex eo: quia liberū habet ꝓ cauſa velle: naturale aūt eſſe. Id enim ſolum libere fit: qḋ fit quia vult: ⁊ id ſolum naturaliter ineſt quia eſt: vt in prima parte dictum eſt: quicquid aūt ſcḋm ſubſtantiam ſeu per ſe ineſt clare patet ꝙ ineſt: quia talis eſſe ſubſtantialis eſt: ⁊ non quia ſic vult. Nulla ergo diuerſio hic fuit: ſed alia perſcrutatio naturalis ex qua doceremur naturalitatem in omnibus inuenire: ſicut author fecit. Ex hac enim ratione naturalis: adiuncta altera propoſitione communi ſcȝ qḋ per ſe prius eſt his que non ſunt per ſe: intulit vniuerſalem rationem ſcilicet ꝙ principium conuenientium alicui ineſt naturaliter id eſt per ſe ⁊ ſcḋm ſubſtantiam: ⁊ quia eſt talis nature: ⁊ nō quia vult. Ex hac enim rōne ſubintellecta minore ſcilicet quod motus conuenientes voluntati ſunt ordinati ſecundū rationem principii ⁊ principiati: quod eſt per ſe notum ſtatim habetur intentū ſcilicet ꝙ aliquis motus ineſt voluntati ſecundum ſubſtantiam per ſe naturaliter quia eſt talis ⁊ non quia vult. ¶ In eiuſdem articuli corpore nota tripliciter poni naturaliter volitum. primo bonum. ſecundo beatitudineȝ. tertio omne conueniens volenti ſecundum ſuam naturam: ⁊ de primis quidem duobus euidens ratio in litera redditur. de tertio autē non. vnde et dubitatur et de ipſo ⁊ de eius ratione. De ipſa quidē, quia experimur oppoſitum dum eligimus nō cōuenientia ſecundū naturam vt neſcire non viuere: nec euaditur dicendo ꝙ hoc appetimus per accidens: quoniam oppoſita eorū que naturaliter volumus: nec per ſe nec per accidens velle poſſumus: vt patet de primo ⁊ ſecundo. De ratione vero ſcilicet quia per voluntatem appetimus etiam pertinentia ad alias potentias ⁊ totum hominē: quandoquidem nulla apparet connexio huiuſmodi ad illam cōcluſionem. vnde enim ſequitur per voluntatē appetimus etiam pertinentia ad alias potentias ⁊ totum hominem. ergo naturaliter volumus omnia conuenientia volentibus ſcḋm ſuam naturam. ¶ Ad primum horuȝ breuiter dicitur qḋ ſicut in rebus exterioribus naturale inuenitur dupliciter. ſcilicet ſemper vel frequenter. Motus enim celeſtes naturales ſunt vt vniuerſaliter et ſemꝑ indeficientes a naturali curſu: motus aūt inferiores naturales ſunt vt in pluribus et frequenter indeficientes: ita et in voluntatis motibus naturalibus inuenitur naturalitas vtroꝗ modo. ad quedam voluntas ſic naturaliter eſt determinata vt non poſſit aliquo pacto velle oppoſituȝ. Ad quedā ſic naturaliter determinata eſt vt poſſit ꝑ accidens oppoſitum velle. In primo ordine ſunt due prime volita in litera numerata. In ſecundo vero eſt tertium volitorum genus vnde ad hoc tertium volitum volūtas non plus videtur naturaliter inclinata ꝙ̄ voluntas affecta habitu virtutis acquiſite ad opus illius virtutis: niſi pro q̄to inclinatio ex natura potior eſt ꝙ̄ ex acquiſito habitu: ⁊ ſicut voluntas in iuſtitia habituata poteſt iniuſte facere: ita voluntas naturaliter inclinata in bonum conueniens volenti ſecundum ſuam naturam poteſt eius oppoſitum velle.

1. q. 41. ar. 2. co. Et hi. q. 22. ar. 3. ⁊ q. 9. Et mal. qō. 16. ā. 4. ad 3m.

¶ Ad ſecundum vero dicitur quod licet verba illa litere ſi ſola ſumantur non inferant niſi extenſionem voluntatis vt eius obiecti ad hoc tertium. Si tamen intelligantur coniuncta precedentibus inferunt naturalitatem motus voluntatis in hoc tertium. Ad cuius euidentiam ſcito quod voluntas tripliciter ſumitur: ſcilicet vt quedam potentia. ſecundo vt elicitus ex quodam in quiddam tertio vt appetitus ipſius totius volentis. Et quidem quia voluntas potentia quedam eſt ideo naturaliter fertur in bonum quod eſt volitum primo poſitum in litera. Quelibet enim potentia naturaliter determinata eſt ad ſuum obiectum, ita ꝙ non poteſt in oppoſitum: quia

vero eſt volitiua cuiuſdam ex quodã ſm rõnẽ3 cãe ⁊ cãti. iõ naturaliter vult beatitudinẽ que finale pn^m eſt, qđ volitũ eſt ſcđo poſitum: qꝛ aũt eſt a natura data volenti non ſolum vt velit ſibi ipſi voluntas, ſed etiam vt velit ipſi volẽti ſm ſeipſum ⁊ ſuas partes ideo naturaliter vult bonum conueniens volẽti ſcđm ſuam naturam qđ eſt volitum tertio loco in litera poſitum: quodlibet enim horũ triũ habet rõnem primi ꝑ ſe ⁊ ſcđm ſubam: obiectũ eñ ⁊ ꝓmo reſpectum principiũ, eſt cauſa ceterorũ: ꝓpriũ vero infra principiũ rationẽ clauditur. Amicabilia enim que ſunt ad alios veniunt ex amicabilibus ad ſe. Et ſi hoc longius repetendũ eſſet dicendũ eſſet ꝙ qꝛ volitio pẽdet ex volito ⁊ volẽte: vtrinqꝫ initid voluntariorũ motuũ inditũ eẽ opꝫ. Et ex volito quidẽ inditũ eſt volũtati motus in beatitudinẽ: q̃ vtpote motus in finẽ primarium cõplectentem in ſe totũ obi perfectionẽ: ꝓ principium ex ea parte eſt reliquorũ motuũ ex ꝑte vero volẽtis inditus eſt voluntati motus in ꝓpriũ bonũ: vtriũqꝫ eñ tradidit Ariſt. cum dixit amabile quidem bonum, vnicuiqꝫ aũt proprium. Quum igitur authoꝛ ex hoc ꝙ volũtate volumus non ſolum ad ipſam ſpectantia ſꝫ etiã ad volentẽ, intulit qđ nãlr volumus conuenientia ſm naturã: verũ cãm reddidit intendens ꝓ medio aſſumere ꝙ voluntatẽ ſortiti ſumus pro nobis ac ꝑ hoc ad ꝓpriũ bonũ determinatam: vñ ⁊ in. q. de virtu. q. 50. et inferius in q. 50. et. 56. nulla virtus in voluntate ponitur ad ꝓprium volẽtis bonum: qꝛ ad hoc nãliter determinata eſt.

lũtas nãlr tẽdit ſicut ẽt q̃libet potẽtia ĩ ſuũ obm, ⁊ ẽt ipſe finis vltim⁹: q̃ h̃ mõ ſe hꝫ ĩ appetibilib⁹ ſicut pꝛĩa ꝓncipia demõſtrationũ in ĩtelligibilib⁹, ⁊ vlr oĩa illa q̃ cõueniũt volẽti ſm ſuã nãm: nõ. n. ꝑ volũtatẽ appetim⁹ ſolũ ea q̃ ꝑtinẽt ad potentiã volũtatis ſꝫ ẽt ea q̃ ꝑtinẽt ad ſingulas potẽtias ⁊ ad totũ hominẽ. vñ nãlr hõ vult nõ ſolũ obm volũtatis, ſꝫ ẽt alia q̃ ꝯueniũt aliĵs potẽtĵs: vt cognitionẽ ꝟi q̃ cõuenit ĩtellectui, ⁊ eẽ ⁊ viuere ⁊ hmõi alia, q̃ reſpiciũt cõſiſtẽtiã nãlẽ. que oĩa compꝛehẽduntur ſub obiecto volũtatis, ſicut quedam particularia bona.

Ad Primũ ergo dõm, ꝙ voluntas diſtĩguitur ꝯ nãm, ſicut vna cã cõtra aliã. q̃dã eñ fiũt nãlr: ⁊ q̃dã fiũt voluntarie. Eſt aũt alios modus cãndi ꝓpri⁹ volũtati q̃ eſt dña ſui act⁹. pꝛeter modũ q̃ cõuenit nature q̃ eſt determinata ad vnũ: ſꝫ qꝛ voluntas in aliqua nã fundaẛ, neceſſe eſt ꝙ modus pꝛopꝛius nãe ꝗtum ad aliqđ ꝑticipeẛ a volũtate, ſicut qđ eſt prioris cãe participaẛ a poſteriori. eſt eñ prius in vnaquaqꝫ re ipm eẽ qđ eſt ꝑ nãm, q̃ velle qđ eſt ꝑ volũtatẽ. ⁊ inde eſt ꝙ voluntas nãlr aliqđ vult. ¶ Ad ſm dõm, ꝙ in rebus nãlibus id qđ eſt naturale q̃ſi ꝯñs formã tm̃: ſemꝑ actu ineſt: ſicut calidũ igni. Quod aũt eſt nãle ſicut ꝯñs mãm nõ ſemꝑ actu ineſt: ſed q̃nqꝫ ſm potẽtiã tm̃. nã forma eſt act⁹, mã vero potẽtia. mot⁹ aũt eſt actus exñtis in potẽtia: ⁊ iõ illa q̃ ꝑtinẽt ad motũ, vel q̃ ſequunẛ motũ in reb⁹ nãlib⁹, nõ ſemꝑ inſunt: ſicut ignis nõ ſemꝑ moueẛ ſurſum: ſꝫ qñ eſt extra locũ ſuũ. ⁊ ſilr nõ opꝫ ꝙ volũtas q̃ de potẽtia in actũ reduciẛ, dũ aliqđ vult ſemꝑ actu velit: ſed ſolũ qñ eſt in aliq̃ diſpõne determinata. volũtas aũt dei q̃ eſt actus purus ſemper eſt in actu volẽdi. ¶ Ad tertiũ dõm, ꝙ ſemꝑ nãe rñdet vnum

¶ In reſponſione ad primũ eiuſdem articuli aduerte diſtinctionẽ de voluntate. Conſideraẛ eñ multiplr. Sed ꝗtum ad propoſitũ litera inſinuat duplr ſcꝫ vt res ⁊ vt cã. eſt eñ ⁊ in gñe rei: res talis puta apta nata velle: ⁊ in genere cauſe cauſa talis puta libera. Quũ aũt volũtas diſtinguiẛ cõtra naturam: nõ diſtinguitur vt res talis ꝯ talẽ rẽ: ſed vt cã talis ꝯ cauſam talem: eſt eñ res talis ſcꝫ apta nata velle. nã quedam hꝫ ſibi cõnaturalia ſicut ⁊ cetere nature: ſed talis cauſa. ſ. libera vt ſic nõ eſt talis cauſa qualis eſt natura: hec eñ ẽ cauſa quia eſt: ac per hoc eſt cauſa determinata ad vnum. Illa vero cauſat quia vult: ac per hoc eſt cauſa libera ad vtrũlibet. vnde diſtinguuntur volũtas ⁊ natura in rõne cãe ſcđm proprias cauſandi differentias propter qđ ⁊ in ſcđo phyſic. in nono Meta. nõ niſi in ordine earum vel ꝓncipiorũ diſtinguunẛ. Et ſi in his perſpexeris ꝙ rõ cauſe in natura ſpectat ad eam inquantũ res eſt: vidẽbis pariter ꝙ volũtas vtriuſqꝫ cauſe rõnem habet. Nam quatenus res talis eſt ꝑ modũ nature cauſalitatẽ habet: quicqđ enim cauſat aliquid qꝛ talis res eſt naturaliter cauſat illud. Quatenus vero electiua eſt per modũ ꝓprium. i. libere a propoſito ad vtrũlibet ⁊c. cauſalitatẽ habet: ⁊ non nãlr: quicquid enim cauſat qꝛ vult libere cauſat. Et ſi vlterius perſpexeris ꝙ natura: vt in litera dicitur: eſt cauſa eſſentialiter prior cauſa voluntaria: qꝛ eſſe in vtroqꝫ eſt prius q̃ operari ⁊c. videbis quoqꝫ ꝙ voluntas non ſolum natura quedam eſt: ſed prius habet nature rõnem et cauſalitatem: q̃ propriam. Et ſi poſtremo penetraueris ꝙ in cauſis eſſentialiter ordinatis coniunctis in vnã rem id qđ eſt prioris cauſe propriũ participaẛ a poſteriori, vt ſupremũ infimi attingat infimũ ſupremi: videbis ꝙ voluntas prima opera oportet eſſe naturalia ⁊ prius ipſam velle aliquid naturaliter q̃ libere. Et hanc ſubtilitatẽ ſi perſpicacẽ ſectatus fueris habebis claram ſolutionẽ ſcotice argumẽtationis in materia de proceſſione ſpiritus ſancti: ⁊ de naturalitate volũtatis: que omnia in prima parte tractata ſunt. Diſtinxit enim voluntatem contra naturam non ſolum in genere cauſe: ſed in genere rei. Et ideo intulit omnimodam diſparationem: quum tamen ſint cauſe eſſentialiter ſubordinate: vt hic ⁊ in. q. ꝓcedente articulo. 4. de eorũ actibus pꝫ volũtas eñ nõ ſolũ prius hꝫ nature rõnẽ vt in lr̃a dr̃ q̃ cauſalitatis ꝓprie: ſed velle naturale oportet eſſe principium volendi libere.

¶ In reſponſione ad ſecundum diligentiſſime notato doctrinam ibi traditam circa diſtinctionem conuenientium alicui naturaliter id eſt per ſe ⁊ ſecundum ſubſtantiam: in conſequentia formam vel actum, ⁊ conſequentia materiam vel potentiam ⁊ conditionem eorundem: ꝙ ſcilicet perfectas in illis infert coeuitatẽ abſolute: in iſtis vero non abſolute: ſꝫ ꝙ in certis diſpõne. Et cã eſt dr̃ia inter potentiam ⁊ actũ: vt in litera dr̃. Ex hac etiam doctrina habes vir docte ꝙ non ſolũ aptitudo ad motũ ⁊ operationem ineſt ſubiecto ꝑ ſe: vt grauitas ⁊ riſibilitas ſꝫ mot⁹ ipſe ⁊ operatio: vt deſcẽſus ⁊ riſus ⁊c.

¶ In reſponſione ad tertium eleuata mentẽ in celſitudinẽ doctrine huius: et intuere ꝙ vnum indiuiduum immateriale ordinis equiualet non tm̃ infinitis indiuiduis materialibus ſub vna ſpecie: ſꝫ etiã ſub vno genere etiam analogo. Habes eñ hic ꝙ quum ordo vniuerſi habeat ꝙ natura determinata ſit ad vnũ ꝓportionalr. ſ. generice ſpecifice vel indiuidualr: ac ꝑ hoc bono abſolute quum ſit vnum genere analogo debuiſſet reſponderer natura aliqua vna genetice ⁊ ſilr volũtati quia eſt vna ſm ſpeciem debuiſſet reſpondere vnũ ſm ſpeciem: ſubiunctũ tñ eſt ꝙ qꝛ voluntas eſt immaterialis ordinis determinata eſt ad vnum in genere analogo. bonũ ſcilꝫ quaſi natura immaterialis eminẽtius prehabeat q̃cq̃d genꝰ ſpeciei ſue haberet. Et vere ſic eſt. In cuius ſignum hic intellectus noſter equalet toti vniuerſitati corporee nature. Eſt autẽ ratio huius quia que ſunt diſperſa in inferioribus ſunt vnita in ſuperiori. Eadẽ enim ratione tãta eſt amplitudo immaterialis potẽtie vt vniuerſi ſimpliciter capax ſit. ¶ In eadem reſponſione caueto ne niſi ne indefinita pro vniuerſali ſe tibi offerat. Et cõtrarietas inter reſponſionis huius calcem ⁊ corporis articuli inſurgat dum ibi dictum eſt quedam eſſe particularia bona ſub obiecto voluntatis contenta ad que voluntas naturaliter tendit: ac per hoc determinata eſt naturaliter vt eſſe viuere ⁊c. hic autem dicitur ſub bono communi: vtrobiqꝫ enim indefinitis ſeu particularis eſt loquutio: ⁊ propterea neutra alteri repugnat. hic enim expreſſe dicitur ſub bono communi multa comprehenduntur ad quorum nullum determinatur voluntas multa dixit non omnia. Ibi quoqꝫ manifeſte de quibuſdam ſcilicet conuenientibus volenti ſecundũ naturã loquitur.

proportionatũ nature. nãe eñ in gñe rñdet aliqđ vnũ in gñe, ⁊ nãe in ſpẽ accepte rñdet vnũ in ſpẽ, nãe aũt ĩdiuiduate rñdet aliqđ vnũ indiuiduale, cũ igiẛ volũtas ſit q̃dã vis immaterialis, ſicut ⁊ intellꝰ rñdet ſibi nãlr aliquod vnum cõe ſcilicet bonũ, ſicut etiam intellectui aliqđ bonũ cõe. ſ. verũ vel ens vel quicquid eſt hmõi. Sub bono autẽ cõi multa ꝑticularia bona continentur, ad quorum nullum voluntas determinatur.

¶ Utrum volũtas moueatur de neceſſitate a ſuo obiecto. Arti. 2.

Ad Secũdũ ſic ꝓcediẛ. Uiẛ ꝙ volũtas de neceſſitate moueaẛ a ſuo obiecto. obiectũ eñ volũtatis cõparaẛ ad ipſam ſicut motiuum ad mobile: vt pꝫ in tertio de aĩa. ſed motiuũ ſi ſit ſufficiens ex neceſſitate mouet mobile ergo volũtas ex neceſſitate pt moueri a ſuo obiecto. ¶ P̃. Sicut volũtas eſt vis immãlis, ita ⁊ intellect⁹ ⁊ vtraqꝫ potẽtia ad obm vlẽ ordinaẛ, vt dictũ eſt, ſꝫ intellꝰ ex neceſſitate moueẛ a ſuo obiecto. ḡ ⁊ volũtas a ſuo. ¶ P̃. Omne qđ q̃s vult, aut eſt finis aut aliqđ ordinatũ ad finẽ. ſed finẽ aliquis ex neceſſitate vult vt videẛ: qꝛ eſt ſicut ꝓncipiũ in ſpeculatiuis cui ex nec̃itate aſſentim⁹ finis aũt eſt rõ volẽdi ea q̃ ſunt ad finem. ⁊ ſic vr̃ ẽt ꝙ ea q̃ ſunt ad finẽ ex neceſſitate velim⁹. volũtas ergo ex nec̃itate moueẛ a ſuo obto.

Sed Contra eſt, ꝙ potentie rõnales ſm phm ſunt ad oppoſita: ſed voluntas eſt potentia rõnalis: eſt enim in rõne vt dr̃ in tertio de anima. ergo voluntas ſe hꝫ ad oppoſita: nõ ergo ex neceſſitate mouetur ad alterum oppoſitorum.

Rñdeo Dõꝫ, ꝙ volũtas moueẛ duplr. Uno⁰ ꝗtũ ad exercitiũ act⁹. alio mõ ꝗtũ ad ſpecificationẽ act⁹ que eſt

1. q. 80. ar. 1. c. ſi. Et. 1. q. 82. art. 1. et. 2. Et veri. q. 22. ar. 5. ⁊. 6. Et mal. q. 6. co. et ad. 7. et. 10.

¶ Super articulum ſecundum.

In titulo articuli ſecundi eiuſdem queſtionis neceſſarium ſumitur vere ⁊ proprie: qđ ſcilicet impoſſibile eſt aliter ſe habere: ⁊ eſt ſermo de neceſſitate naturali qua ſcilicet agentia et patiẽtia in vniuerſo connectuntur: vt calefactibile calefactiuo ⁊ viſus viſibili ⁊c.

¶ In principio corporis eiuſdem ſecundi articuli dubium occurrit de concluſione ⁊ de eius ratione. De concluſione quidem qua dicitur quod voluntas a nullo obiecto de neceſſitate mouetur ad exercitium actus: quoniam voluntas a deo clare viſo neceſſario mouetur ad exercitium actus: non enim poteſt non amare ac frui illo: vt in prima parte dictum eſt. De ratione qua dicitur. Poteſt enim aliquis de quocunqꝫ obiecto non cogitare: et per conſequens actu non velle illud. quia voluntas non habet in poteſtate ſua cogitationem preſentatiuam primi obiecti: nec refutationẽ illius. Et ſimiliter viſionis dei clare preſentati. Iam enim dictum eſt quod primus actus non eſt in poteſtate voluntatis: falſum eſt ergo quod poteſt aliquis de quocunqꝫ obiecto non cogitare.

¶ Ad hec dicitur quod verba litere intellecta formaliter: omnes ſoluunt obiectiones. Doctrina ſiquidem prius tradita non aduerſatur preſenti. Ad quorum euidentiam opus eſt diſtinctione ſcilicet quod aliud eſt dicere volũtas neceſſario mouetur ab obiecto ad exercitium actus: ⁊ dicere voluntas ſic diſpoſita neceſſario mouetur ad exercitiũ actus. primum eñ denotat efficaciam obiecti ſupra voluntatem: ꝙ ſcilicet talis ⁊ ſic efficacia eſt nature quod poteſt voluntatem ad exercitium actus neceſſario ducere. Et hoc negatur in preſenti concluſione: dum aſſeritur ꝙ nullum obiectum vt ſic, et quantũ eſt ex ſua efficacia põt naturali neceſſitate cõpellere voluntatem ad exercitiũ actus. Sm vero denotat naturã volũtatis de qua dictum eſt, ꝙ habet quẽdã motũ naturalẽ ⁊ ꝙ non habet ſemper illũ actũ. ſed qñ eſt in certa

diſpoſitione ẽ vͤ p̄dictā eſt ⁊ verẽt ex vͤ p̄uenit ꝙ voluntas deū clare viſum neceſſario amat. Eſt eñ ſic in diſpõne tali ꝙ ex natura ſua actu prouenit amor ⁊ delectatio talis obiecti. ⁊ ſi ſit in pmo actu voluntatis quē hēm⁹ nālr velle illud non habet neceſſitatē exerciti ad obiectũ: ſed a nā exiſte in tali diſpoſitione, ꝙ ad cā nālr neceſſitate ſequit velle. vñ qñcunq̄ voluntas neceſſario mouet ad exercitiũ: neceſſitas illa nunꝙ̄ eſt ab obiecto ſed a natura ⁊ nature datore.

ex obiecto primo ergo modo volũtas a nullo obiecto ex neceſſitate mouet. pōt enim aliquis de quocũꝗ obiecto nõ cogitare: ⁊ per cõſequēs actu velle illud. Sed q̄tũ ad ſcdm motionis modũ volũtas ab aliquo obiecto ex neceſſitate mouet, ab aliq̄ aũt nõ. in motu eñ cuiuſlibet potẽtie a ſuo obiecto ꝯſiderãda eſt ratio per quã obiectũ mouet potentiã: viſibile enim mouet viſum ſub ratione coloris actu viſibilis. vñ ſi color proponat viſui, ex neceſſitate mouet ipũ3, niſi aliquis viſum auertat, qđ ptinet ad exercitiũ act⁹, ſi aũt pponeret aliquid viſui, qđ nõ oĩbus modis eſſet color in actu, ſ3 ſcdm aliquid eēt tale, ſcdm aũt aliquid nõ tale, nõ ex neceſſitate viſus tale obm videret. poſſet eñ intẽdere in ipſum ex ea parte qua non eſt coloratũ in actu, ⁊ ſic ipm non videret. ſicut aũt coloratũ in actu eſt obiectũ viſus, ita bonũ eſt obiectũ volũtatis. vnde ſi proponat aliquod obiectũ volũtati qđ ſit vniuerſaliter bonũ ⁊ ſcdm oēm conſiderationẽ, ex neceſſitate volũtas in illud tendit ſi aliquid velit. nõ eñ poterit velle oppoſitũ. Si aũt proponatur ſibi aliquod obiectũ, ꝙ nõ ſcdm quamlibet conſiderationẽ ſit bonũ, non ex neceſſitate voluntas fertur in illud. ⁊ q2 defectus cuiuſcunꝗ boni h3 rõnem non boni, ideo illud ſolũ bonũ qđ eſt perfectum ⁊ cui nihil deficit, eſt tale bonũ qđ volũtas non poteſt nõ velle, qđ eſt beatitudo, alia aũt quelibet pticularia bona inquãtũ deficiunt ab aliquo bono pñt accipi vt non bona: ⁊ ſcdm hanc conſiderationem poſſunt repudiari vel approbari a voluntate, que poteſt in idem ferri ſecundum diuerſas conſiderationes.

Ad primũ Ergo dicẽdũ, ꝙ ſufficiens motiuum alicuius potẽtie nõ eſt niſi obiectũ qđ totaliter h3 rationẽ motiui. ſi aũt in aliquo deficiat, nõ ex neceſſitate mouebit: vt dictũ eſt. ¶ Ad ſcdm dicendũ, ꝙ intellectus ex neceſſitate mouet a tali obiecto, qđ ẽ ſemp ⁊ ex neceſſitate, verũ, nõ aũt ab eo qđ pōt eſſe verũ ⁊ falſum. ſ. a cõtingenti, ſicut ⁊ de bono dictũ eſt. ¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ finis vltimus ex neceſſitate mouet voluntatẽ: q2 eſt bonũ perfectũ, et ſimiliter illa que ordinant ad hunc finẽ, ſine quib⁹ finis haberi nõ pōt ſicut eſſe ⁊ viuere et hmōi, alia vero ſine quib⁹ finis haberi pt nõ ex neceſſitate vult qui vult finẽ: ſicut cõcluſiones, ſine quibus pncipia pñt eē vera, nõ ex neceſſitate credit, qui principia credit.

¶ Utrum volũtas moueatur de neceſſitate ab inferiori appetitu. Arti. 3.

Ad tertiũ Sic proceditur. Uidetur ꝙ volũtas ex neceſſitate moueatur a paſſiõe appetitus inferioris. dicit enim apoſtolus Ro. 7. Non enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio, quod dicitur propter cõcupiſcentiam que eſt paſſio quedam. ergo voluntas ex neceſſitate mouetur a paſſione. ¶ Preterea. Sicut dicitur in tertio ethico. Qualis vnuſquiſꝗ eſt talis finis videtur ei: ſed non eſt in poteſtate voluntatis quod ſtatim paſſionem abiiciat. ergo nõ eſt in poteſtate voluntatis ꝙ nõ velit illud ad quod paſſio ſe inclinat. ¶ Preterea. Cauſa vniuerſalis non applicatur ad effectum particularem niſi mediante cauſa particulari, vnde ratio vniuerſalis non mouet niſi mediante eſtimatione particulari. vt dicit in tertio de anima: ſ3 ſicut ſe habet ratio vniuerſalis ad eſtimationem particularem, ita ſe habet voluntas ad appetitum ſenſitiuũ. ergo ad aliquod particulare volendum nõ mouetur volũtas niſi mediãte appetitu ſenſitiuo. ergo ſi appetitus ſenſitiuus ſit p aliquam paſſionem ad aliquid diſpoſitus, voluntas nõ poterit in contrarium moueri.

Sed cõtra Eſt, qđ dicitur Gene. 4. Subter te erit appetitus tuus, ⁊ tu dominaberis illius. nõ ergo voluntas hominis ex neceſſitate mouetur ab appetitu inferiori.

Rñdeo Dicendum, qđ ſicut ſupra dictum eſt, paſſio appetitus ſenſitiui mouet voluntatẽ ex ea parte qua voluntas mouetur ab obiecto inquantũ ſcilicet homo aliqualiter diſpoſitus p paſſionẽ iudicat aliquid eſſe conueniẽs ⁊ bonum qđ extra paſſionem exiſtens non iudicaret. huiuſmodi autẽ immutatio hominis per paſſionem duobus modis contingit. Uno modo ſic ꝙ totaliter rõ ligatur ita qđ homo vſum rationis nõ h3: ſicut contingit in his qui propter vehementem iram vel concupiſcentiam furioſi vel amẽtes fiũt, ſicut ⁊ propter aliquã aliam perturbationem corporalem huiuſmodi eñ paſſiones non ſine corporali trãſmutatione accidunt ⁊ de talibus eadẽ eſt ratio ſicut ⁊ de animalibus brutis que ex neceſſitate ſequũtur impetũ paſſionis: in his enim nõ eſt aliquis rationis motus: ⁊ per cõſequẽs nec volũtatis. aliquãdo autẽ ratio nõ totaliter abſorbetur a paſſione, ſed remanet q̄tum ad aliquid iudicium rationis liberu3: ⁊ ſcdm hoc remanet aliquid de motu voluntatis. inquantum ergo ratio manet libera ⁊ paſſioni nõ ſubiecta, intãtũ volũtatis motus qui manet nõ ex neceſſitate tẽdit ad hoc ad qđ paſſio iclinat. ⁊ ſic aut motus volũtatis non eſt in homine: ſ3 ſola paſſio dominatur, aut ſi motus voluntatis ſit, non ex neceſſitate ſequitur paſſionem.

Ad primũ Ergo dicendum, ꝙ etſi voluntas non poſſit facere quin motus cõcupiſcentie inſurgat, de

Et p hoc p3 iñſio ad vtrunꝗ obiectũ. Et ad pmum q̄dẽ explicate. Ad ſcdm vero quo ad mĩm et ad formã dicuo ꝙ veriſſimũ eſt qđ voluntas pōt de quocunꝗ obiecto non cogitare: q̄uis eſt ex pte obiecti. Sic eñ autor loquit ſed ſophiſma figure dictionis eſt inferre. ꝙ volũtas in tali diſpõe exñs pōt nõ cogitare: mutat eñ q̄d in q̄le. Oportet ergo diligenter in hoc ar. aduertere qđ formalis eſt ſermo de efficacia obiecti vt ſic: obiones autem aliunde q̄ ex obio ro: bur hñt: et ideo nihil obſtant. Et ſi hoꝝ vltimam reſolutionẽ cupis recoliſo ſupradictorũ. ſ. ꝙ volũtas quo ad exercitium tres ſ h3 motores. ſ. ſeipſam ſuam naturã ⁊ deũ vt agentẽ nõ vt obm. Ex hoc eñ p3 ꝙ modus exercitij non aliunde eſt. vnde ſiue libere ſiue neceſſario voluntas exerceat ſuum actum nunꝗ ex pte obiecti requirenda eſt ſed agentis (vt dictũ eſt) triplicis. ⁊ in hoc quieſcat intellectus tuus. ¶ In eiuſdem corpore articuli concluſione ſcda ſc3 qđ obm vndiꝗ bonum neceſſario mouet: nec deficit ab hoc niſi pp defectum alicuius boni: dubium occurrit ex Scoto in. 4°. di. 49. q. 11. dicẽtis ꝙ iſta rõ non concludit neceſſitatem motionem ſimpliciter: ſed qđ ſi volũtas d3 habere actũ circa tale obm oportet ꝙ habeat actum volitionis: cum quo tñ ſtat ꝙ ipſa pōt ſuſpendere actum ſuum: ſed q2 ex his ⁊ proceſſu ſuo manifeſte p3 qđ non impugnat ſenſus formalis litere: ſed quem ipſe accepit ideo ſubſpſi curam ſui relinquo. Diuus eñ Thomas loquitur de motione ex parte obiecti. que eſt ad ſpecificationem actus et vult qđ neceſſario mouet obiectũ vndiꝗ bonum: qđ eſt veriſſimũ ſimpliciter et formalr: ita enim neceſſario ſpecificat quod eſt obiectiue mouere ꝙ impoſſibile eſt aliter ſe habere quoniam non poteſt non ſpecificari actus voluntatis ab eo: vt patet q̄uis poſſit actus voluntatis non fieri. vnde cum in litera dicitur ꝙ voluntas non poteſt non velle beatitudinem: ly non velle, non ſumitur negatiue ſed contrarie. ſ. pro nolle: vt manifeſtant ſubiuncta verba in alia ſententia. ſ. repudiari vel approbari. Sed quod fallit aliquos hec ẽ indiſtinctio inter motionem ad ſpecificationem ⁊ exercitium actus. ¶ Circa doctrinam traditã in hoc arti. ⁊ precedentibus aduerte ꝙ ſcdm ꝙ voluntas reſpicit duos motores: alterum ad exercitium, alterum ad ſpecificationem: dupliciter inuenit in ea nālitas. ſ. ſcdm determinationẽ ad exercitium ⁊ ſecundũ

determinationẽ ad ſpeciẽ. Eſt eñ volũtas naturaliter determinata ad eliciendu3 actũ aliquẽ: puta primũ ⁊c. Et ẽ rurſus naturaliter determinata ad obiectum aliquod: puta bonum ⁊c. Et he determinationes ita ſe hñt quod prima infert ſcdam ⁊ non econuerſo. Si enim voluntas determinata nālr eſt ad eliciendũ actum: hoc non eſt niſi reſpectu obiecti ad qđ nālr determinata eſt. ſed ſi determinata eſt naturaliter ad ob3 nõ propterea determinata eſt ad exercitiũ actus reſpectu illi⁹ vt patet in litera. vnde determinatio quo ad exercitiũ vehementior ac naturalior eſt. includit eñ alteram ⁊ addit. ¶ Circa calcẽ eiuſdem corporis articuli aduerte ꝙ q2 vt prediximus voluntas ad 3ᵐ volitorum genus: puta eſſe viuere ⁊c. determinata eſt naturaliter quo ad ſpecificationẽ vt in pluribus: et a eſt vt in pluribus non neceſſario prouenit effectus poteſt enim impediri: idcirco i litera dicitur ꝙ q̄3 particularia bona etiã eẽ viuere intelligere non neceſſario mouent volũtatem ad ſpecificationem actus: pñt eñ repudiari: ſic tñ ꝙ predicta vt in pluribus non repudiãtur: ſ3 ſi volũtas in ea fertur volitionis actu in illa tendit: et raro nolitionis vt contingit in deſperantibus ⁊ ſimilibus. ¶ In reſpõne ad vltimũ eiuſdem ar. notato qđ eſſe viuere ⁊ huiuſmodi dupl'r ſumũ pñt: pmo vt ſunt quedam pticularia bona ſcdm ſeipſa. et ſic pñt, l3 raro, repudiari: eo qđ defectũ hñt annexum alicuius boni qđ appetitur: vt p3 in occidentib⁹ ſe. Appetit eñ q̄ddam bonũ puta libertatẽ: cuius oppoſitum coniungitur ſue vite ⁊c. Aliomodo vt ſunt neceſſaria cõnexa btitudini. ⁊ ſic q̄tum eſt ex pte ſui non pñt repudiari; ſed ſi voluntas hẽat actũ in ea vt ſic op3 ꝙ hẽat circa ea actum volitionis ſicut circa btitudinem pp rõnes in litera aſſignatã. Dixi aũt q̄tũ eſt ex parte ſui. quia l3 hec ſic connexa hẽant ſic tantam efficaciã vt neceſſitẽt ad ſpecificationem. Si tñ connexio illa incognita, vel incõſiderata, vel non ſufficienter viſa ſit: ab hmõi efficacia impedit. qđ tñ nõ oportuit hic autorem exprimere tum q2 de obi efficacia ex parte ſui eſt ſermo: q2 ſemper ſubintelligitur debita approximatio. Ex cuius defectu prouenit hoc.

¶ Super arti. 3.

Circa tertiũ articu. doctrinam aduerte ꝙ inde habes quam liberum ſit etiam in delectabilibus q̄ in contrariis ſcdm actum velle ⁊ nolle: paſſiones enim huiuſmodi aut totalr abſorbent rõnẽ: ⁊ ſic nihil voluntatis reſtat: aut aliquid eius relinquunt ⁊ ſic libertatis iſſidem dimittunt. ⁊ q̄uis tunc propter diſpõnẽ ſubitam voluntas maxime inclinetur ad actũ cõſonũ appetitui ſenſitiuo: q2 tñ libera reſtat miraculo non eſt opus ad nõ eliciendum huiuſmodi actũ: vt Greg. de Arimino in pmo ſniarum. di. pma. q. 2. art. 2. putauit. ¶ Circa illa ſcda. ſ. volũtas nõ ſolum mouet a bono vniuerſali apprehẽ

ſe per rationem: ſed a bono apprehẽſo p ſen: ſum: dicta in articulo tertio eiuſdẽ. 10ᵉ qõis. Aduerte ꝙ dupl'r in telligi pñt. primo vt bonum apprehenſum per ſenſum ⁊ bonũ ap prehenſum per rõnem ſint duo motiua volũ tatis ſic ꝙ vnũqdq volũ tas ab vnoqhqꝫ ab al tero mouet: ⁊ hic ſen ſus repugnat ſupradi ctis ⁊ eſt falſus. Repu gnat quidẽ. qr iam di ctum probatũqꝫ eſt ꝙ nullũ corporeum poteſt mouere directe volun tatem: falſus vero eſt qꝛ ſi ſenſus ſolus poſ ſit mouere voluntatẽ, tunc homo poſſet vel le abſqꝫ rationis vſu: ⁊ ꝯñr poſſet peccare ⁊ bñfacere qḋ nõ eſt in telligibile: implicat. n. eſſe actum liberi arbi trij abſqꝫ rõnis vſu. ſe cũdo igit intelligi pñt vt bonũ apprehenſum per ſenſum permittat ꝯcurrere cũ apprehẽ ſo per rationẽ in idem motiuũ: ita ꝙ motiuũ volũtatis nõ ſolum eſt bonum vniuerſale ap prehẽſum p rõnem in ſua puritate: ſed etiã coniunctũ cũ bono ap prehenſo per ſenſum. et hic eſt ſenſus verus et intentus. verus qui dem qꝛ ſicut intellect' mouet a phãtaſmate non ſm ſe: ſꝫ ſꝫ ꝙ ſtat ſub lumine intellectus agẽtis q̃ eſt ver' eius motor: ita bonũ parti culare apprehenſum nõ ſm ſe ſed ſm quod ſubſtat vniuerſali ap prehenſo per rõnẽ. qḋ eſt verũ volũtatis mo tiuum mouet volũta tem. Intentus autẽ qꝛ ex hoc intelligit ſimi litudo in argumento obiecta: inter volunta tem appetitũqꝫ ſenſiti uũ ⁊ rõnem vniuerſa lẽ ac pticularẽ. nã vo lũtas ab vtraqꝫ ſimul rõne mouet ac per hoc non indiget appetitu particulari. Ratio ve ro vniuerſalis indiget ḋ hmõi: ſic eñ diſtin guit cõtra rõnem par ticularẽ nũqꝫ particu lare attingit: ⁊ propte rea pticulari eget rõ ne vt ad particulare deſcendat.

¶ Super. q. 11. Arti culum primum.

In primo articu lo qõis. 11ᵉ. Ad uerte ꝙ author in cor pore articuli ex ra tione fructus intulit ſolum quod fruitio ad appetitiuã partẽ per tinet: nec determinauit an amorẽ an delecta tionem ſignificet: quia ſat erat ſue queſtioni ꝙ ad appetitiuũ ſpecta ret. Equiuocari tamẽ ſcito vocabulum hoc

quo apl's dicit, Qḋ odi malũ illud facio. i. concupiſco: tñ põt voluntas nõ velle cõcupi ſcere aut cõcupiſcentie nõ cõſentire. ⁊ ſic nõ ex neceſſitate ſequitur cõcupiſcentie motũ. ¶ Ad ſcõm dõꝫ, ꝙ cũ in hoie due ſint natu re intellectualis. ſ. ⁊ ſenſitiua, qñqꝫ quidẽ eſt hõ aliqualis vniformiter ſm totam alam: qꝛ. ſ. vel pars ſenſitiua totaliter ſubijcit rõ ni. ſicut contingit in virtuoſis, vel ecõuerſo rõ totalr abſorbet a paſſiõe, ſicut accidit in amentibus, ſed aliqñ etſi ratio obnubiletur a paſſione, remanet tñ aliqḋ rõnis liberũ. ⁊ ſm hoc põt aliquis vel totalr paſſionẽ re pellere: vel ſaltẽ ſe tenere ne paſſionẽ ſequa tur, in tali enim diſpoſitione, qꝛ homo ſm diuerſas pres aie diuerſimode diſponitur, aliud ei videt ſm rõnem, ⁊ aliud ſm paſſio nẽ. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ volũtas nõ ſolũ mouet a bono vniuerſali apprehẽſo p rõnẽ: ſed etiã a bono apprehenſo per ſenſum. ⁊ iõ põt moueri ad aliqḋ pticulare bonuꝫ abſqꝫ paſſione appetitus ſenſitiui: multa eniꝫ vo lumus et operamur abſqꝫ paſſione per ſolã appetitus electionem: vt ptꝫ in his in qui bus ratio renititur paſſioni.

¶ Utrũ volũtas moueat de neceſſitate ab exteriori motiuo quod eſt deus. Arti. 4.

Ad Quartũ ſic pcedit. Uit ꝙ vo luntas ex neceſſitate moueat a deo. oẽ eñ agẽs cui reſiſti nõ pt ex neceſſitate mouet: ſꝫ deo cum ſit infinite virtutis reſiſti nõ poteſt vñ dicitur Ro. 9. Uolũtati ei' qs reſiſtit. ergo deus ex neceſſitate mouet voluntatẽ. ¶ P̄. Uolun tas ex neceſſitate mouetur in illa q̃ nãliter vult, vt dictũ eſt: ſed hoc eſt vnicuiqꝫ rei nã le qḋ deus in eo opatur: vt aug. dicit. 25. cõ tra Fauſtũ. ergo volũtas ex neceſſitate vult omne illud ad qḋ a deo mouet. ¶ P̄. Poſſi bile eſt quo poſito nõ ſequit impõle. ſequit autẽ impoſſibile ſi ponat ꝙ volũtas nõ ve lit hoc ad qḋ deus eã mouet: qꝛ ſm hoc ope ratio dei eſſet inefficax: nõ ergo eſt põle vo luntatem nõ velle hoc ad ꝙ deus eam mo uet. ergo neceſſe eſt eam hoc velle.

Sed cõtra Eſt, ꝙ dr eccl'. 15. De' ab initio cõſtituit ho minẽ ⁊ reliqt eũ in manu cõſilij ſui: nõ ergo ex neceſſitate mouet voluntatem eius.

Rñdeo Dõm, ꝙ ſicut Dyo. dt. 4. ca. de di. no. Ad puidẽtiã diui nã nõ ptinet naturã rerũ corrũpere: ſed ſer uare. vñ oĩa mouet ſꝫ eoꝝ cõdõnẽ, ita ꝙ ex cauſis neceſſarijs p motionẽ diuinã ꝯſequũ tur effectus ex neceſſitate, ex cauſis aũt con tingentib' ſequunt effectus cõtingẽter. Qꝛ igitur volũtas eſt actiuũ principiũ non de terminatũ ad vnũ, ſꝫ indifferẽter ſe habens ad multa, ſic deus ipſam mouet ꝙ nõ ex ne ceſſitate ad vnũ determinat: ſꝫ remanet mo tus eius contingens ⁊ non neceſſarius, niſi in his ad que naturaliter mouetur.

Ad Primũ ergo dicendũ, ꝙ voluntas di uina nõ ſolũ ſe extendit vt aliquid fiat per rẽ quam mouet ſꝫ vt etiã eo mõ fiat quo congruit nature ipſius. ⁊ iõ magis re pugnaret diuine motioni ſi voluntas ex ne ceſſitate moueret, qḋ ſue nature nõ compe tit, q̃ ſi moueretur libere put competit ſue nature. ¶ Ad ſm dõm, ꝙ naturale eſt vni cuiqꝫ qḋ de' opatur in ipſo vt ſit ei natura le. ſic eñ vnicuiqꝫ cõuenit aliqḋ ſm qḋ de' vult ꝙ ei cõueniat. nõ aũt vult ꝙ qcqd opat in reb' ſit eis naturale, puta qḋ mortui re ſurgãt: ſꝫ hoc vult vnicuiqꝫ eſſe naturale qḋ poteſtati diuine ſubdat. ¶ Ad tertiũ dõm, ꝙ ſi deus mouet volũtatem ad aliquid, im poſſibile eſt huic põni ꝙ voluntas ad illud non moueatur: non tamen eſt impoſſibile ſimpliciter. vnde nõ ſequitur qḋ voluntas a deo ex neceſſitate moueatur.

¶ De fruitiõe q̃ eſt actus volũtatis. Qõ. 11.

Deinde Conſiderãdum eſt de fruitione. ¶ Et circa hoc queruntur quatuor. Primo vtrum frui ſit actus ap petitiue potentie. Secũdo vtrũ ſoli rationali creature conueniat: an etiam animalibus brutis. Tertio vtrum fruitio ſit tantum vltimi finis. Quarto vtrum ſit ſolum finis habiti.

¶ Utrum frui ſit actus appetitiue poten tie. Articu. 1.

Ad Primum ſic procedit. Uit qḋ frui nõ ſit ſolum appetitiue potẽtie. frui eñ nihil aliud eſſe vr q̃ fructũ capere: ſed fructũ huma ne vite q̃ eſt beatitudo accipit intellectus in cuius actu beatitudo conſiſtit: vt ſupra oñ ſum eſt: ergo frui nõ eſt appetitiue potẽtie, ſed intellectus. ¶ Preterea. Quelibet po tentia habet proprium finem qui eſt eius p fectio: ſicut viſus finis eſt cognoſcere viſibi le, auditus percipere ſonos, ⁊ ſic de alijs: ſꝫ finis rei eſt fructus eius: ergo frui eſt poten tie cuiuſlibet, et non ſolũ appetitiue. ¶ Pre terea. Fruitio delectationẽ quãdam impor tat: ſed delectatio ſenſibilis ptinet ad ſen ſum qui delectatur in ſuo obiecto ⁊ eadem ratione delectatio intellectualis ad intelle ctum, ergo fruitio pertinet ad apprehenſi uam potentiam, ⁊ non ad appetitiuam.

Sed contra Eſt, qḋ augu. dicit in primo de doctri na chriſtiana. ⁊ in. 10. de tri. Frui eſt amore inherere alicui rei ppter ſeipſam, ſed amor pertinet ad appetitiuam potentiam. ergo ⁊ frui eſt actus appetitiue potentie.

Rñdeo Dicendũ, ꝙ fruitio ⁊ fruct' ad idẽ pertinere vñr ⁊ vnuꝫ ex altero deriuari. Quid ãt a quo, nihil ad ppoſitũ refert, niſi ꝙ hoc pbabile videt ꝙ id qḋ magis eſt manifeſtũ prius etiã fuerit nominatũ. Sũt aũt nobis primo manifeſta que ſunt ſenſibilia magis. vñ a ſenſibilibus fructibus nomẽ fruitionis deriuatũ videt. Fructus aũt ſenſibilis ẽ id qḋ vltimũ ex ar bore expectat: ⁊ cũ quadã ſuauitate percipi tur. vnde fruitio ptinere videt ad amorẽ vl delectationẽ quã aliqs habet de vltimo ex pectato, ꝙ ẽ finis: finis aũt ⁊ bonũ ẽ obiectũ appetitiue potentie, vnde manifeſtum eſt ꝙ fruitio eſt actus appetitiue potentie.

Ad pmũ Ergo dõm, ꝙ nihil prohi bet vnum ⁊ idẽ ſm diuer ſas rationes ad diuerſas potentias pertine re. ipſa igitur viſio dei inquantũ eſt viſio eſt actus intellectus, inquantuꝫ autẽ eſt bonũ ⁊ finis eſt voluntatis obiectũ. ⁊ hoc modo eſt eius fruitio. ⁊ finem hunc intellectus cõ ſequitur tanq̃ potentia agẽs, voluntas au tem tanq̃ potẽtia mouẽs ad finem, ⁊ fruẽs fine iam adepto. ¶ Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ perfectio ⁊ finis cuiuſlibet alterius poten tie continetur ſub obiecto appetitiue, ſicut proprium ſub cõmuni: vt dictum eſt ſupra. vnde perfectio ⁊ finis cuiuſlibet potẽtie in quantum eſt quoddam bonum, pertinet ad appetitiuam. propter quod appetitiua po tentia mouet alias ad ſuos fines. ⁊ ipſa cõ ſequitur finem quando quelibet alıarũ per tingit ad finem.

¶ Ad tertium dicendum, quod in delecta tione duo ſunt, ſcilicet pceptio cõuenientis:

apud thomiſtas ⁊ ſco tiſtas. Non enim frui tionis nomine ſignifi camus delectationem formaliter loquendo: amorem autẽ cõnota tiue ⁊ cauſaliter. illi ve ro ſignificant forma liter amorem amicitie vnde oportet quum di ſputant ſe inuicem pre declarare ne de ſe in uicem ridean quoli bet priuãte alterum ex tra propoſitum loqui. Suaſio autẽ Scoti in primo ſen. diſt. prima. q. 3. ex conſtructione ſcꝫ quia fruor conſtruitur cum ablatiuo ſignifi cante obiectum ex vi tranſitiente. ergo ſi gnificat actum pure amorem et nõ paſſio nem pura delectatio nem: dicitur eñ fruor deo ſicut amo deum: ⁊ non ſicut delector de deo. hec inquam ſua ſio nihil habet ſuaſio nis: quoniam conſtru ctio hic tranſitiua nõ eſt niſi poſſeſſiue grã matice loquendo. con ſtruitur eñ cum abla tiuo vel genitiuo: ex eo qḋ eſt deponens poſ ſeſſiuum vnde ex hoc non habetur ꝙ ſigni ficat actum ſed ſiat qḋ ſignificet paſſionem per modum poſſeſſio nis: ⁊ vere ſic eſt. frui enim importando de lectationẽ denotat id qua fruimur a nobis poſſideri: lẽge autem perſpicuũ magis erat a grammaticis ⁊ ora toribus perſuaderi qḋ nos dicimus nemini bus enim vtẽdum eſt vt plures. Conſtat au tem frequẽtiſſimo grã maticorum vſu non niſi ad delectationẽ ſpe ctare vnde ⁊ dñt ꝙ ſi gnificat cum gaudio vti: non enim dicimus fruor cantu. i. amo cã tum: ſed. i. delectatio nem percipio de can tu. Neqꝫ enim dicitur vere fruamur cupitis amplexibus: prouer biorum capitulo. 1. in uitamur ad amandũ. ſed ad delectationem percipiendam: ⁊ paus las quum ſermone di cit: ego te fruar in do mino: non ego te ama bo: ſed ego de te dele ctabor in domino ſo nat. Abuſiue igit frui pro amore formaliter ſumi poteſt pp̄ue aus tem non niſi equiuoca tio ad placitum.

¶ In reſponſione ad ſecunduꝫ eiuſdem pri mi articuli diſce ꝙ qꝛ bonum eſt commune ad omnia genera ſi cut et ens: ſicut queli bet perfectio quelibet finis quodlibet obie ctum ſecundum ſuam ſpecialem ratiõẽ ha bet rationem entis ita

I. Ẽ. 2. e. Et. 1. di. 1. q. 1. ar. 1.

et boni: videre enim e viſibile vi ſic ſunt entia et bona. et notificatio huius eſt quia quelibet potentia appetit naturaliter ſuam perfectionem ſcdm ſuū finē ſuum obiectum vt ſic. vnde verum inquantum verū: quia eſt naturale appetitū appetitum ab intellectu eſt ſpecificatus boni: et ſimiliter viſibile et intelligere et videre et reliqua: quia ergo iſta ſunt boni ſpecies et continentur ſub bono in communi quod eſt obiectum volūtatis vt proprie ſub communi duplicr appetunt. primo appetitu naturali ab his quorū ſunt bona propria. ſecūdo appetitu alali a volūtate ſub cuius obiecto cōtinentur: et propterea ſequuntur illa duo que in litera exprimuntur.

q.2.ar.3.ad.2. et.1 diſ. q.4.ar ticu.1.

¶ Super articu. 11m. In reliquis q̄ſtionis .11. articulis nihil ſcribendum occurrit.

que pertinet ad apprehenſiuā potētiā: et cōplacentia eius qḋ offert vt cōueniens. et hoc pertinet ad appetitiuā potentiā: in quo ratio delectationis completur.

¶ Utrum frui cōueniat tātū rationali creature an etiā animalibus brutis. Articu. 2.

Ad ſcdm videt q frui ſolummodo ſit hominū. dicit enim aug. in primo de doctrina xp̄iana, quod nos homines ſumus qui fruimur et vtimur: non ergo alia animalia frui pñt. ¶ P̄. Frui eſt vltimi finis: ſed ad vltimū finē nō poſſunt pertingere bruta animalia. ergo eoꝝ nō eſt frui. ¶ P̄. Sicut appetitus ſenſitiuus eſt ſub intellectiuo, ita appetitus naturalis eſt ſub ſenſitiuo: ſi igit frui pertinet ad appetitū ſenſitiuum, videt q pari rōne poſſit ad naturalem pertinere. quod patet eſſe falſum. quia eius nō eſt delectari. ergo appetitus ſenſitiui nō eſt frui: et ita non conuenit brutis animalibus.

Sed cōtra Eſt qḋ aug. dicit in li. 83. q. Frui quidem cibo et qualibet corporali voluptate nō abſurde exiſtimantur et beſtie.

Rñdeo Dōm, q ſicut ex p̄dictis habetur, frui nō eſt act⁹ potētie peruenientis ad finē ſicut exequētis: ſꝫ potētie imperātis executionē dictū eſt enim qḋ eſt appetitiue potētie. In rebus aūt cognitione carētibus inuenit quidē potētia pertingēs ad finē per modū exequētis. ſicut graue tēdit deorſum, et leue ſurſum. Sed potentia ad quā pertinet finis per modū imperātis nō inuenit in eis: ſed in aliqua ſuperiori natura que ſic mouet totā nām per imperiū ſicut in habētibus cognitionē appetit⁹ mouet alias potētias ad ſuos actus. vnde manifeſtū eſt q in his que cognitiōe carēt, q̄uis pertingāt ad finē nō inuenit fruitio finis: ſꝫ solū in his que cognitionē habēt. ſꝫ cognitio finis eſt duplex. pfecta et imperfecta. Perfecta quidē qua nō solū cognoſcit id qḋ eſt finis et bonū: ſed, rō vlis finis et boni. et talis cognitio eſt ſolius rōnalis nature. Imperfecta aūt cognitio eſt qua cognoſcit particulariter finis et bonum. et talis cognitio eſt in brutis animalib⁹, quoꝝ et virtutes appetitiue nō ſunt imperātes libere: ſꝫ ſm nālem inſtinctū ad ea que apprehēdūt, mouent. vñ rōnali nature cōuenit fruitio ſm rationē pfectā, brutis aūt animalibus ſm rōnem imperfectā alijs autē creaturis nullo modo.

Ad p̄mū Ergo dōꝫ q aug. loquit de fruitiōe pfecta. ¶ Ad ſcdꝫ dōm, q nō oportet q fruitio ſit vltimi finis ſimplr. ſed eius qḋ habet ab vnoquoq; pro vltimo fine. ¶ Ad tertiū dōm, q appetitus ſenſitiuus cōſequit aliq̄ cognitionē, nō aūt appetitus nālis, precipue prout eſt in his q̄ cognitiōe carēt. ¶ Ad quartū dōm, q aug. ibi loquit de fruitione impfecta qḋ ex ipſo mō loquendi apparet. dicit enim qḋ frui non adeo abſurde exiſtimantur et beſtie ſcꝫ ſicut vti abſurdiſſime dicerentur.

¶ Utrum fruitio ſit tm̄ vltimi finis. Arti. 3.

qō.12. art.2.ad 3m.

Ad tertiū Uī q frui non ſit tātū vltimi finis. dicit enim apoſtol⁹ ad Philemonem. Itaq; frī ego te fruar in dño: ſed manifeſtū eſt: q paulus nō poſuerat vltimū ſuū finē in hoīe. ergo frui nō tm̄ eſt vltimi finis. ¶ P̄. Fruct⁹ eſt quo aliq̄d fruit: ſed aplus dicit ad Gal. 5. Fructus ſpūs eſt charitas, gaudium, pax, et hmōi, q̄ nō habēt rōnē vltimi finis, nō ergo fruitio, eſt tantū vltimi finis. ¶ Preterea. Actus volūtatis ſupra ſeipſos reflectunt. volo enim me velle, et amo me amare: ſꝫ frui eſt actus volūtatis, volūtas enim eſt per q̄ fruimur vt aug. dicit. 10. de tri. ergo aliquis fruit ſua fruitione: ſed fruitio non eſt vltimus finis hominis: ſed ſolum bonum increatum qḋ eſt deus non ergo fruitio eſt ſolum vltimi finis.

Sed cōtra Eſt, q augu. dicit. 10. de tri. q nō fruitur ſiquis id q in facultatē voluntatis aſſumit propter aliud appetit: ſed ſolum vltimus finis eſt qui non propter aliud appetitur: ergo ſolius vltimi finis eſt fruitio.

Rñdeo Dicendū, q ſicut dictū eſt: ad rōnē fructus duo ptinēt: ſcilicet q ſit vltimū. et q appetitū q̄etet quadā dulcedine vel delectatiōe. vltimū aūt eſt ſimpliciter: et ſm quid. ſimpliciter quidē qḋ ad aliud nō refert: ſed ſm quid qḋ eſt aliquorū vltimū. q ergo eſt ſimplr vltimū in quo aliq̄d delectat, ſicut in vltimo fine, hoc quippe ꝓprie dicit fructus, et eo ꝓprie dī aliquis frui, qḋ aūt in ſeipſo non eſt delectabile: ſꝫ tantū appetitur in ordine ad aliud, ſicut potio amara ad ſanitatē, nullo modo fructus dici pōt, qḋ aūt in ſe hꝫ quandā delectationē ad q̄ quedā p̄cedētia referunt pōt quidē aliquo modo dici fructus: ſꝫ nō ꝓprie et ſm cōpletā rōnē fructus eo dicimur frui. Unde augu. in. 10. de tri. dicit, q fruimur cognitis in quib⁹ volūtas delectata cōquieſcit. nō aūt quieſcit ſimpliciter niſi in vltimo: qꝛ quādiu aliquid expectat motus volūtatis remanet in ſuſpenſo: licet iam ad aliquid peruenerit. ſicut in motu locali: lꝫ illud q eſt mediū in magnitudine ſit principiū et finis, nō tn̄ accipitur vt finis in actu, niſi qn̄ in eo quieſcitur.

Ad p̄mū Ergo dōm, qḋ ſicut aug. dicit in primo de doctrina xp̄iana Si dixiſſet te fruar: et non addidiſſet in dño, videret finē delectationis in eo poſuiſſe. ſed qꝛ addidit in dño, in dño ſe poſuiſſe finē atq; in eo ſe frui ſignificauit: vt ſic fratre ſe frui dixerit, nō tanq̄ termino. ſed tāquā medio. ¶ Ad ſcdm dōm, q fructus aliter cōparat ad arborem ꝓducentē, et aliter ad hoīem fruentē. ad arborē quidē ꝓducētē cōparat vt effectus ad cauſam. ad fruentē aūt ſicut vltimū expectatū et delectās. dicūt igitur ea que enumerat ibi apl̄s. fructus: qꝛ ſunt effectus quidā ſpūſſancti in nobis vñ et fructus ſpūs dicūt, non aūt ita qḋ eis fruamur tanq̄ vltimo fine. Uel aliter dōm, q dicūt fructus ſm ambro. qꝛ ꝓpter ſe petēda ſunt. nō quidē ita q ad beatitudinē nō referant: ſed qꝛ in ſeipſis habēt vñ nobis placere debeant. ¶ Ad tertiū dōm, q ſicut ſupra dictū eſt, finis dī duplr. Uno mō ip̄a res. alio mō adeptio rei. que quidē nō ſunt duo fines: ſed vnus finis in ſe cōſideratus et alteri applicatus. deus igit eſt vltimus finis ſicut res que vltimo querit, fruitio aūt ſicut adeptio huius vltimi finis. ſicut igit nō eſt aliud finis deus et fruitio dei, ita eadē ratio fruitionis eſt qua fruimur deo, et qua fruimur diuina fruitione. et eadem ratio eſt de beatitudine creata, que in fruitione conſiſtit.

¶ Utrum fruitio ſit ſolum finis habiti. Arti. 4.

Ad quartū Uidet q fruitio non ſit niſi finis habiti. Dicit enim augu. 10. de trini. q frui eſt cū gaudio vti nō adhuc ſpei, ſed iam rei: ſꝫ q̄diu nō habet nō eſt gaudiū rei, ſꝫ ſpei ergo fruitio nō eſt niſi finis habiti ¶ P̄. Sicut dictū eſt: fruitio nō eſt ꝓprie niſi vltimi finis. qꝛ ſolus vltimus finis quietat appetitū: ſed appetitus nō quietat niſi in fine iaꝫ habito. ergo fruitio proprie loquendo nō eſt niſi finis habiti. ¶ P̄. Frui eſt capere fructum: ſed nō capitur fructus niſi quando iam finis habetur. ergo fruitio non eſt niſi finis habiti.

Sed cōtra Frui eſt amore inherere alicui rei ꝓpter ſeipſaꝫ: vt aug. dicit: ſꝫ hoc pōt fieri etiā de re non habita. ergo frui poteſt eſſe etiam finis non habiti.

Rñdeo Dōm, q frui importat operationē quādā volūtatis ad vltimū finē, ſm q volūtas hꝫ aliq̄d ꝓ vltimo fine. Habet aūt vltimus finis duplr. vno mō pfecte, et alio modo imperfecte. Perfecte quidē qn̄ habet nō ſolū in intētione, ſꝫ etiā in re: impfecte aūt qn̄ habet in intētione tātū. Eſt ergo perfecta fruitio iam habiti finis realiter ſꝫ imperfecta eſt etiam finis non habiti realiter, ſed in intentione tantum.

Ad p̄mū Ergo dōm q aug. loquit de fruitiōe perfecta. ¶ Ad ſm dōm, q quies volūtatis duplr impedit. Uno mō ex parte obiecti. qꝛ. ſ. nō eſt vltimus finis: ſꝫ ad aliud ordinat. Alio mō ex parte appetētis finē q̄ nōdū adipiſcat finē. obm aūt eſt qḋ dat ſpēm actui: ſed ab agente depēdet modus agēdi: vt ſit pfect⁹ vel imperfect⁹ ſꝫ cōditionē agētis. et ideo eius qḋ nō eſt vltimus finis fruitio eſt impropria quaſi

deficiens a ſpecie fruitionis. Finis aũt vltimi nõ hitĩ eſt fruitio ppria quidẽ, ſed impfecta pp imperfectũ modũ hñdi vltimũ finẽ. ¶ Ad tertiũ dõm, q̃ finẽ accipere vl' habere dicit aliquis non ſolũ ſecũdum rem, ſed etiam ſm intentionem: vt dictũ eſt.

¶ De intentione. Queſtio. 12.

DEinde Cõſiderandũ eſt de intentione. ¶ Et circa hoc queruntur quinq̃. Primo vtrum intentio ſit actus intellectus vel volũtatis. Secundo vtrum ſit tantum finis vltimi. Tertio vtrum aliquis poſſit ſimul duo intendere. Quarto vtrum intentio finis ſit idem actus cum voluntate eius quod eſt ad finem. Quinto vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

¶ Utrum intentio ſit actus intellectus vel volũtatis. Arti. 1.

22^e. q. 180. ar. 1. cor. Et. 2. di. 38. ar. 3. Et ʃ̃i. q. 23. ã. 13. Et mal. q. 16. ar. 11. ad. 3.

AD primũ Sic pcedit. Uidetur q̃ intẽtio ſit actus intellectus ꝛ nõ volũtatis. Dicit enim Matth. 6. Si oculus tuus fuerit ſimplex totũ corpus tuũ lucidũ erit: vbi per oculum ſignificatur intẽtio, vt dicit aug. in lib. de ſer. do. in mon. ſed oculus cũ ſit inſtrumẽtũ viſus ſignificat apprehenſiuã potentiã. ergo intẽtio nõ eſt actus appetitiue potẽtie: ſed apprehenſiue. ¶ Preterea. Ibidẽ augu. dicit, q̃ intentio lumen vocatur a dño, vbi dicit, Si lumẽ qd̃ in te eſt tenebre ſunt ꝛc. ſed lumen ad cognitionẽ pertinet. ergo ꝛ intẽtio. ¶ Preterea. Intẽtio deſignat ordinationẽ quãdam in finem: ſed ordinare eſt rationis. ergo intentio nõ pertinet ad voluntatẽ, ſed ad rationẽ. ¶ Preterea. Actus volũtatis nõ eſt niſi finis vel eorũ que ſunt ad finẽ. ſed actus voluntatis reſpectu finis vocat volũtas ſeu fruitio. reſpectu autem eorum que ſunt ad finẽ eſt electio, a quibus differt intentio. ergo intentio non eſt actus voluntatis.

Sed contra Eſt, q̃ aug. dicit in. 10. de trini. q̃ volũtatis intentio copulat corpus viſu ꝛ viſui ꝛ ſimiliter ſpeciem in memoria exiſtentem ad aciem animi interius cogitantis. eſt igitur intentio actus voluntatis.

Rñdeo Dicendũ, q̃ intentio ſicut ipſum nomẽ ſonat ſignificat in aliud tendere, in aliquid autẽ tẽdit ꝛ actio mouentis ꝛ motus mobilis: ſed hoc q̃ motus mobilis in aliquid tendit, ab actione mouẽtis pcedit. vnde intẽtio primo ꝛ principaliter pertinet ad id qd̃ mouet ad finẽ. vnde dicimus architectorẽ ꝛ omnẽ pcipiẽtẽ mouere ſuo imperio alios ad id ad qd̃ ipſe tendit. voluntas autem mouet omnes alias vires anime ad finem, vt. ſ. habitũ eſt. vnde manifeſtum eſt q̃ intentio proprie eſt actus voluntatis.

Ad primum Ergo dicendũ, q̃ intẽtio nominat oculus metaphorice, nõ q2 ad cognitionẽ pertinet: ſed q2 cognitionẽ preſupponit per quã pponitur voluntati finis ad quem mouet, ſicut oculo preuidemus quo tendere corporaliter debeamus. ¶ Ad ſm dicendũ, q̃ intentio dicitur lumen, q2 manifeſta eſt intendenti. vnde ꝛ opera dñr tenebre: quia homo ſcit quid intendit, ſed neſcit quid ex opere ſequatur: ſicut aug. ibidẽ exponit. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ, q̃ volũtas quidem non ordinat: ſed tamen in aliquid tendit ſm ordinem rationis. vnde hoc nomen intentio nominat actũ volũtatis preſuppoſita ordinatione rationis ordinantis aliquid in finem. ¶ Ad quartum dicendum, q̃ intentio eſt actus voluntatis reſpectu finis: ſed voluntas reſpicit finem tripliciter. Uno modo abſolute. ꝛ ſic dicitur volũtas prout abſolute volumus vel ſanitatẽ vel ſiquid aliud eſt hmõi. Alio modo cõſideratur finis ſꝫ q̃ in eo quieſcit. ꝛ hoc mõ fruitio reſpicit finem. Tertio modo cõſideratur finis ſm q̃ eſt terminus alicuius quod in ipſum ordinatur. ꝛ ſic intentio reſpicit finẽ non enim ſolum ex hoc intendere dicimur ſanitatem quia volumus: ſed q2 volumus ad eam per aliquid aliud peruenire.

22^e. q̃. 180. ar. 1. coun. Et. 2. di. 38. ar. 3. Et ʃ̃i. q. 22. ar. 13. c.

¶ Utrum intentio ſit tantum vltimi finis. Arti. 2.

AD ſcd'm Sic procedit. Uidetur qd̃ intẽtio ſit tñ vltimi finis. Dicitur enim in lib. ſentẽtiarũ Proſperi, Clamor ad deũ eſt intentio cordis. ſed deus eſt vltimus finis humani cordis ergo intentio ſemper reſpicit vltimũ finem. ¶ Preterea. Intẽtio reſpicit ſꝫ q̃ eſt termin⁹: vt dictũ eſt: ſꝫ terminus habet rationẽ vltimi finis: ergo intentio ſemper reſpicit vltimum finẽ. ¶ Preterea. Sicut intentio reſpicit finẽ, ita ꝛ fruitio: ſed fruitio ſemper eſt vltimi finis, ergo ꝛ intentio.

Sed cõtra Ultimus finis humanarũ voluntatũ eſt vnus. ſ. beatitudo vt ſupra dictũ eſt: ſi igitur intentio eſſet tantũ vltimi finis, nõ eſſent diuerſe hominũ intentiones. quod patet eſſe falſum.

Rñdeo Dicẽdum, q̃ ſicut dictum eſt intentio reſpicit finem ſm q̃ eſt terminus motus volũtatis. In motu autem poteſt accipi terminus dupliciter. Uno modo ipſe terminus vltimus in quo quieſcitur: qui eſt terminus totius mot⁹. Alio modo aliquod medium quod eſt principium vnius partis motus ꝛ finis vel terminus alterius. ſicut in motu quo itur de. a. in. c. p. b. c. eſt terminus vltimus. b. autem terminus, ſed non vltimus: ꝛ vtriuſq̃ poteſt eſſe intentio. vnde et ſi ſemper ſit finis: non tamẽ oportet q̃ ſemper ſit vltimi finis.

Ad primũ Ergo dicendum, qd̃ intẽtio cordis dicitur clamor ad deum, non qd̃ deus ſit obiectum intẽtionis ſemper ſed quia eſt intentionis cognitor: vel quia cum oramus intentionẽ noſtrã ad deum dirigimus que quidem intentio vim clamoris habet. ¶ Ad ſm dicendũ qd̃ terminus habet rationem vltimi finis: ſed non ſemper vltimi reſpectu totius, ſed quãq̃ reſpectu alicuius partis. ¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ fruitio importat quidẽ quietem que eſt in fine quod pertinet ſolum ad vltimum finem: ſed intentio importat motũ in finem, non autem in quietem. vnde non eſt ſimilis ratio.

¶ Utr̃ aliqs̃ poſſit ſimul duo itẽdere. ar. 3.

AD Tertium ſic pcedit. Uidetur quod non poſſit aliqs ſimul intẽdere plura. Dicit enim augu. in li. de ſer. domini in mõte, qd̃ non poteſt homo ſimul intendere deum ꝛ commodum corporale. ergo pari ratione neq̃ aliqua alia duo. ¶ Preterea. Intentio nominat motum voluntatis ad terminum: ſed vnius motus nõ poſſunt eſſe plures termini ex vna parte. ergo volũtas non poteſt ſimul multa intẽdere. ¶ Preterea. Intentio preſupponit actũ rationis ſiue intellectus: ſed nõ contingit ſimul plura intelligere ſꝫ philoſophũ. ergo etiã neq̃ contingit ſimul plura intendere.

Sed contra Ars imitat naturã ſꝫ natura ex vno inſtrumẽto intendit duas vtilitates, ſicut lingua ordinatur ad guſtum ꝛ ad locutionem: vt dicitur in tertio de anima. ergo pari ratione ars vel ratio põt ſimul aliquid vnum ad duos fines ordinare: ꝛ ita poteſt aliquis ſimul plura intendere.

Rñdeo Dicẽdũ q̃ aliqua duo põt accipi dupl'r vel ordinata ad inuicẽ vel nõ ordinata. ꝛ ſi quidẽ ad inuicẽ fuerint ordinata, manifeſtũ eſt ex premiſſis qd̃ homo põt ſimul multa intẽdere. Eſt em̃ intẽtio nõ ſolũ finis vltimi vt dictũ eſt: ſed etiam finis mediũ. ſimul aũt intẽdit aliqs ꝛ finẽ proximũ ꝛ vltimũ. ſicut cõfectionẽ medicine ꝛ ſanitatẽ. Si aũt accipiantur duo ad inuicem nõ ordinata ſic etiam ſimul homo põt plura intẽdere. qd̃ patet ex hoc q̃ homo vnũ alteri pẽligit: q2 meli⁹ eſt altero. inter alias aũt cõditiones q̃bus aliquid eſt melius altero vna eſt q̃ ad plura valet. vnde põt aliqd̃ preeligi alteri ex hoc q̃ ad plura valet. ꝛ ſic manifeſte homo ſimul plura intendit.

Ad pmũ Ergo dicendũ q̃ aug. intelligit hoiem nõ poſſe ſimul deũ ꝛ cõmodũ tpale intẽdere, ſicut vltimos fines: q2 vt ſupra oſſum eſt, nõ poſſunt eſſe plures fines vltimi vni⁹ hois. ¶ Ad ſecundũ dõm, q̃ vnius motus põt ex vna pte eſſe plures termini, ſi vnus ad aliũ ordinet: ſed

¶ Super. q. 12.

CIrca iſtionẽ ad quartũ in articulo primo qõnis. 12. aduerte diligentiſſime diſtinctionem in litera poſitã: qm̃ multa hinc documenta habes. finis in primis inquantum finis vt hinc habes cõſideratur tripliciter: ita qd̃ licet id qd̃ eſt ad finem vt ſic non niſi vno modo conſideretur et ametur: ipſe tñ finis vt ſic tripliciter cõſideratur ꝛ triplici actu volũtas fertur in finem vt ſic. ſ. volitione fruitione et intẽtione. Rõ aũt huius eſt quia ad finis rõnem integrãdã tria exiguntur bonitas ipa pp̃ter ſe amabilis: ꝛ negatio vlterioris ordinis et terminatio aliorũ ad ipſum: oꝫ. n. finem vt ſic pp ſe ꝛ non pp aliũ finem, et alia pp ipſum amari. Et finis qdem inquantum pp ſe amabilis eſt ad actũ volitionis ſpectat: inquantum vero nõ vltra ducit ad fruitionẽ ſpectat: quatenus vero in termino ſignificat: inquantum aũt ad ipſum alia ordinãda ſunt intẽtionẽ terminat. Habes et hinc q̃ cũ id qd̃ eſt ad finem abſolute amat finis rõnem induit: et ſi ſtetur in eo ſiſtitur: et eodẽ mõ cũ appetit vt ꝓ precedentia aſſequẽdũ. Quõ autem diſtinguuntur plures voluntatis actus reſpectu eius quod eſt ad finem inferius dicetur.

ʃ̃i. qõne 13. ar. 3. cor.

¶ Super articu. 3.

CIrca deciſionem tertiũ articuli eiuſdem queſtionis. 12. omiſſo ſecundo articulo eiuſdem: dubium occurrit: propter quid cum voluntas non feratur niſi in cognita: ꝛ nõ feratur ſic niſi in ſimul cognita. De intellectu negatur q̃ cõtingit multa ſimul intelligere. et de voluntate conceditur q̃ contingit multa ſimul intendere.

¶ Ad hoc dr̃ qd̃ ratio eſt q2 intellectus attingit plura non niſi vt vnũ: voluntas vero vt plura. Exiſtẽtibus ſiquidem tribus tam in intellectu q̃ in voluntate puta loquutiõe. guſtatione et lingua: intellectus loquutionem et guſtum ſimul intelligit vt in vno vnũtur organo lingue voluntas vero econtra vnum lingue organũ vult propter duo opera loquutionem ſcilicet ꝛ guſtationem: ita q̃ cum finis in operabilibus ſit vt principium in ſpeculabilib⁹

duo termini adinuicē non ordinati ex vna parte vnius motus eē nō poſſunt. ¶ Sed tñ cōſiderandū eſt ꝙ id qđ nō eſt vnū ſm rem pōt accipi vt vnū ſm rationē. Intētio āt eſt motus volūtatis in aliqđ ꝓordinatū in ratiōe: ſicut dictū eſt. ⁊ ideo ea que ſunt plura ſm rē pñt accipi vt vnus terminus intētionis, prout ſunt vnū ſm rationē. vl' qꝛ aliqua duo cōcurrūt ad integrādū aliquid vnum: ſicut ad ſanitatē cōcurrūt calor ⁊ frigus cōmēſurata. vel qꝛ aliqua duo ſub vno cōi cōtinent. qđ pōt eſſe intentū, puta acquiſitio vini ⁊ veſtis cōtinetur ſub lucro ſicut ſub quodā cōmuni. vnde nihil ꝓhibet quin ille qui intēdit lucrum ſimul hec duo intendat. ¶ Ad tertium dōm, ꝙ ſicut in primo dictuꝫ eſt contingit ſimul plura intelligere inquātum ſunt aliquo modo vnum.

¶ Utrum intētio finis ſit idem actus cum volūtate eius quod eſt ad finem. Arti. 4.

AD quartū Uidetur ꝙ nō ſit vnus ⁊ idem motus intētio finis, ⁊ voluntas eius qđ eſt ad finem. Dicit eñi aug. in. 10. de trini. qđ voluntas vidēdi feneſtrā ad finē hꝫ feneſtre viſionem. ⁊ altera eſt volūtas per feneſtrā vidēndi trāſeuntes. ſed hoc pertinet ad intentionē ꝙ velim videre tranſeuntes per feneſtrā, hoc aūt ad voluntatē eius qđ eſt ad finē ꝙ velim videre feneſtrā. ergo alius eſt motus voluntatis intētio, ⁊ alius volūtas eius qđ eſt ad finem. ¶ P̄. Actus diſtinguūtur ſm obā: ſed finis ⁊ id qđ eſt ad finē ſunt diuerſa obiecta. ergo alius motus voluntatis eſt intentio finis ⁊ voluntas eius quod eſt ad finem. ¶ P̄. Uoluntas eius quod eſt ad finem dicitur electio: ſed non eſt idem electio ⁊ intentio. ergo non eſt idem motus intentio finis cum voluntate eius quod eſt ad finem.

Sed contra Eſt, ꝙ id quod eſt ad finē ſe habet ad finē vt medium ad terminum: ſed idem motus eſt qui per medium tranſit ad terminū in rebus naturalibus. ergo ⁊ in rebus volūtariꝭ idem motus eſt intentio finis, et volūtas eius quod eſt ad finem.

R̄ñdeo Dōm, ꝙ motus volūtatis in finem, ⁊ in id qđ eſt ad finem poteſt conſiderari dupliciter. Uno mō ſm qđ volūtas in vtrūqꝫ fertur abſolute et ſm ſe. ⁊ ſic ſunt ſimpliciter duo mot⁹ volūtatis in vtrunqꝫ. Alio modo pōt conſiderari ſꝫ ꝙ volūtas fertur in id qđ eſt ad finem ꝓpter finē. ⁊ ſic vnus ⁊ idem ſubo motus voluntatis eſt tendens ad finē ⁊ in id qđ eſt ad finē. Cum enim dico, volo medicinam ꝓpter ſanitatem, nō deſigno niſi vnum motum volūtatis. cuius ratio eſt: qꝛ finis ratio eſt volēdi ea que ſunt ad finem, idem autem actus cadit ſuper obiectū ⁊ ſuper rationē obiecti, ſicut eadem viſio eſt coloris ⁊ luminis, vt ſupra dictū eſt. ⁊ eſt ſimile de intellectu, qui ſi abſolute principiū ⁊ concluſionem conſideret, diuerſa eſt ꝯſideratio vtriuſqꝫ. in hoc autē ꝙ concluſioni propter principia aſſentit eſt vnus actus intellectus tantum.

Ad primū Ergo dōꝫ, ꝙ aug. loquitur de viſione feneſtre, et viſione trāſeuntiū per feneſtrā ſꝫ ꝙ volūtas in vtrunqꝫ abſolute fertur. ¶ Ad ſcōm dōm, ꝙ finis inquātū eſt res quedā eſt aliud volūtatis obiectū ꝙ̄ id qđ eſt ad finē: ſꝫ inquantū eſt ratio volēdi id qđ eſt ad finē, eſt vnum ⁊ idem obiectū. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ motus qui eſt vnus ſubiecto poteſt ratiōe differre ſm principiū ⁊ finē: vt aſcēſio ⁊ deſcenſio. ſicut dicitur in. 3. phyſi. ſic igit inquātuꝫ motus volūtatis fertur in id quod eſt ad finē, prout ordinatur ad finē, eſt electio. motus aūt voluntatis qui fertur in finē ſꝫ ꝙ acquiritur per ea que ſunt ad finē, vocatur intentio. cuius ſignū eſt ꝙ intentio finis eſſe poteſt etiaꝫ nondum determinatis his que ſunt ad finem quorum eſt electio.

¶ Utrum intentio conueniat brutis animalibus. Arti. 5.

AD quintū Uidetur ꝙ bruta animalia intendant finem. natura enim in his que cognitiōe carent, magis diſtat a rationali natura ꝙ̄ natura ſenſitiua que ē in animalib⁹ brutis: ſed natura intēdit finē etiam in his que cognitione carēt: vt probatur in. 2. phyſic. ergo multo magis bruta animalia intendunt finem. ¶ P̄. Sicut intentio eſt finis ita et fruitio: ſed fruitio cōuenit brutis animalibus: vt dictū eſt: ergo ⁊ intētio. ¶ P̄. Eius eſt intendere finē cuius eſt agere propter finem, cum intendere nihil ſit niſi in aliud tendere: ſed bruta animalia agunt propter finē, mouetur enim animal vel ad cibum querendum, vel ad aliquid huiuſmodi. ergo bruta animalia intendunt finem. 22ᵉ. qō. 110. ā. 1. cor. et. 2. diſt. 38. ā. 1. cor. ⁊ ad 2ᵐ.

Sed cōtra Intētio finis importat ordinationē alicuius in finē qđ eſt rationis: cum igitur bruta animalia nō habeant ratione, videtur ꝙ nō intendant finē.

R̄ñdeo Dicendū, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, intendere eſt in aliud tēdere, qđ quidē eſt ⁊ mouētis ⁊ moti, ſꝫ quidē igitur ꝙ dicitur intendere finē id qđ mouet ad finē ab alio, ſic natura dicit intendere finē, quaſi mota ad ſuum fineꝫ a deo, ſicut ſagitta a ſagittante. ⁊ hoc mō etiā bruta animalia intendūt finē inquantū mouētur a b inſtinctu naturali ad aliquid. Alio mō intendere finē eſt mouentis: prout ſcilicet ordinat motum alicuius, vel ſui, vl' alterius in finē: quod eſt rōnis tantum. vnde per hunc modum bruta non intendunt finem quod eſt proprie ⁊ principaliter intendere: vt dictum eſt.

Ad ṗmū Ergo dicendū, ꝙ rō illa procedit ſm qđ intēdere eſt eius quod mouetur ad finē. ¶ Ad ſꝫ dicendū, ꝙ fruitio non importat ordinationem alicuius in aliquid ſicut intentio: ſed abſolutam quietem in fine. ¶ Ad tertium dicendū, ꝙ bruta animalia mouentur ad finem, nō quaſi conſiderantia, ꝙ per motum ſuum poſſint conſequi finem, qđ eſt proprie intendētis ſed quaſi concupiſcentia finem naturali inſtinctu mouentur ad finem quaſi ab alio mota, ſicut ⁊ cetera que mouentur naturaliter.

¶ De electione que eſt actus voluntatis in comparatione ad ea que ſunt ad finem. Queſtio. 13.

COnſequēter Conſiderandum eſt de actibus voluntatis, qui ſunt in comparatione ad ea que ſunt ad finē. et ſunt tres eligere, conſentire, ⁊ vti. electionē autē precedit conſilium. Primo ergo conſiderandum eſt de electione. Secundo de conſilio. Tertio de conſenſu. Quarto de vſu. ¶ Circa electionem queruntur ſex. Primo cuius potentie ſit actus: vtrum voluntatis vel rationis. Secundo vtrum electio conueniat brutis animalibus. Tertio vtruꝫ electio ſit ſolum eorum que ſunt ad finē, vel etiā quandoqꝫ finis. Quarto vtrum electio ſit tantum eorum que per nos aguntur. Quinto vtrum electio ſit ſolum poſſibiliuꝫ. 1. qō. 83 ā. 3. cor.
Sexto vtrum homo ex neceſſitate eligat vel libere. Et. 2. di.

¶ Utrum electio ſit actus voluntatis vel rationis. Arti. 1. 24. q. 1.

AD ṗmū Uidetur ꝙ electio non ſit actus voluntatis, ſed rōnis: electio eñi collationē quandā importat qua vnū alteri prefertur: ſed cōferre eſt rōnis. ergo electio ē rōnis. ¶ P̄. Eiuſdem eſt ſyllogizare ⁊ concludere. ſyllogizare autem in operabilibus eſt rationis. cum igitur electio ſit quaſi concluſio in operabilibus: vt dicitur in 7. ethic. videtur ꝙ ſit actus rationis. ¶ P̄. Ignorātia non pertinet ad volūtatē, ſed ad vim cognitiuam: eſt autem quedam ignorantia electionis: vt dī in. 3. ethi. ergo videtur ꝙ electio non pertineat ad voluntatem ſed ad rationem. ar. 2. Et veri. qō. 22. ā. 15 et. 3. a ꝺ. lect. 6. et c. 2. di. 6. lec. 2. ñ.

Sed cōtra Eſt, ꝙ pħs dicit in. 3. ethi. ꝙ electio ē deſiderium eorum que ſunt in nobis. deſiderium autem eſt actus voluntatis. ergo ⁊ electio.

R̄ñdeo Dōm, ꝙ in noīe electiōis importaꝛ aliquid ꝑtinēs ad rōnem ſiue ad intellectū: et aliqđ pertinēs ad volūtatē. Dicit eñi Pħs in. 6. Ethico. ꝙ electio eſt ap-

medii ſeu principium in intellectu pluriū eſt vnum: medium vero ſeu principium in intētione non oportet eſſe vnum ſed cōtingit eſſe plura. Et ꝓpterea de intentione conceditur pluralitas ſimul, que negaꝛ de intellectiōe.

¶ Super articu. 4. 1. q. 8. ā.
CIrca quarti articuli deciſionem 3. Et. 2.
reuideto ꝙ ſcripſi ſuperius in. qō. 8. arti. 3. diſt. 38. ar. 4. Et 3. di. 14. ar. 1. qō. 4. col. Et ſi. q. 22. arti. 14.
¶ Circa rñſionem ad tertium nota reſponſionem datam vt exca habeas ꝙ actus volūtatis in finem intētionis nomine ſignificatus importat motum in finem vt terminum aliorum: ita ꝙ motus iſte primo attingit terminum: et deinde terminabilia in iſtum: electio vero econtra ꝓmo attingit terminabilia et deinde terminum. Et ſic ſe habent ſicut deſcenſus ⁊ aſcenſus. Intentio enim deſcendit a principio ad ea que ſunt ad iſtum. Electio vero ab his aſcendit ad finem omnium principium: ⁊ ſignum affertur in litera: quia quandoqꝫ intēdimus non electis adhuc mediis ad intentum: vt pꝫ in quotidiana experientia.
¶ De quinto articulo nihil ſcribēdum occurrit.

¶ Super. q. 13.
CIrca qō. 13ᵉ ordinem ⁊ actum innumeratorum numeruꝫ at ordinem plura ſunt dicenda: ſed locis proprijs reſeruanda. ſꝫ hic illud tantum dicendū eſt: quare primo de electione quam de conſilio tractanduꝫ ſit quā conſiliū precedat electionem.
¶ Ad hoc breuiter dicitur qđ licet abſolute conſilium ſit prius electione ⁊ eius cauſa ac per hoc prius de conſilio vtpote cauſa quā de electione tractandum videatur. Ordo tñ doctrine habet qđ prius de ipſa electione ſecundum ſe ⁊ deinde de eius cauſa tractet. ⁊ merito vt primo tractet quid eſt: et deinde cauſa extrinſeca illius. vnde in ſequentibus pri⁹ authores tractat de actibus ſeu paſſionibus: ⁊ de rebus: ⁊ deinde de cauſis eiꝰ.

¶ Super articulum primum.

Circa rationem, omiſſo primo articulo poſitam in ſecundo art. dubium occurrit de illius efficacia: fundatur enim ratio ſup differẽtia inter appetitũ intellectiuũ et ſenſitiuũ in hoc q appetitus ſenſitiuus naturaliter eſt determinatus ad vnũ particulare. Intellectiuus vero ad bonũ in communi. hec aũt differentia aut aſſumit falſum aut eſt inefficax. Nam ſi intendit quod appetitus ſenſitiuus eſt determinatus ad vnũ particulare, i. vnũ numero falſum aſſumit. Conſtat enim q appetitus ſenſitiuus ouis nõ eſt determinatus ad hanc numero herbã, alioquin nõ poſſet comedere aliam. Si aũt intẽdit q ẽ determinatus ad vnũ particulare. i. ſpãle (puta delectabile ſecũdũ tactũ) tũc inefficax eſt proceſſus qm ſicut ſtãte determinatione naturali appetitus intellectiui ad bonũ i cõi ſtat q electiuus ſit particularium bonorũ cõtentorũ ſub bonum cõi: ita ſtante determinatione nãli appetitus ſenſitiui ad tale bonum in gñe vel in ſpẽ ſtat quod ſit electiuus particularũ bonorũ cõtentorũ ſub illo cõi. Sicut. n. appetitus intellectiuus indeterminatus ẽ ad particularia ſui obi: ita appetitus ſenſitiuus indeterminatus eſt ad particularia ſui nãli. vñ ex maiori vilitate obi illius appetitus q̃ iſti⁹ non põt inferri niſi q electio illius ad multo plura ſe extendit q̃ electio iſtius et tñ inferri nõ q ille eligit et iſte non. ¶ Ad euidẽtiã huius difficultatis ſciẽdũ eſt q duplr aliquis po[ten]t determinata inuenitur ad obm primo ſm ſe ipſam. ſcdo ſm ſuum actũ exercitũ. et determinatio quidẽ po[tentie] ſm ſeipſam attẽditur penes habitudinẽ po[tentie] ad obm formale adequatum. Oĩs enim po[tentia] ad obm aliqd eſt ſic determinata. Determinatio vero ſm actum exercitũ attẽditur penes habitudinẽ act⁹ poſiti i rerũ nã ad obm. Eſt nãq, vt a nõnullis doctrina ſtatuitur, ita et ſenſus et via ſecundũ q intellectus nec ſm ſe nec ſcdm ſuum exercitũ actũ determinatus eſt niſi ad ens in cõi: ita q nõ ſolum intellectus ſed intelligere in actu exercito ita indeterminationẽ retinet q terminari ſit ad ens i cõi: ſenſus vero licz ſm ſe ſit determinat⁹ non ad hoc ſenſibile ſz tale genus ſenſibile puta viſibile ſentire tñ puta videre in actu exercito nunq̃ ẽ ad obz in cõi aut cõiter, puta coloratũ vt ẽ aut coloratum vage: ſed ſemper eſt ad hoc coloratum determinatum. vñ ad pñtem appetitiuã deſcendendo dicitur q inter appe[titu]m intellectiuũ et ſenſitiuũ tãta eſt drĩa q ille nec ſcdm ſe nec ſcdm ſuum actum exercitũ determinatus eſt niſi ad bonũ in cõi. Iſte vero ſm ſe quidem determinat⁹ eſt ad ſpãle bonũ puta ꝯueniẽs nature ſenſitiue, ſm actum vero ſuũ exercitum determinatus eſt ad hoc ſingulare bonũ nunc hic ſic et c. oblatum: licet enim appetitus ſenſitiue nõ adequet hoc ſingulare ſz tale genus boni: ipſi tamen in ſingulis ſuis actibus ſe exercentis adequantur ſigillatim ſingularia hic nunc ſic: quibus non accidũt he circunſtantie: ſz eis quaſi conſtituunt. Ouis enim vt in riſione ad ſm in litera de refutando illam herbam et hanc accependo facit hoc: quia determinatus eſt appetitus ei⁹, vt in actu exercito hanc nũc hic ſic oblatã proſequatur et hec manifeſte eſt intentio litere: vt pdicta rõ clarificat. et ex ea hr in lrã: qm ex vtraqz determinatione infertur negatio virtutis libertatis inuẽte in electione. Appetit⁹ ſiquidem electiuus et eſt liber ad eligẽdũ et non eligendũ et ad hoc vel illud eligendũ. Ex hoc aũt q appetitus ſenſitiuus determinat⁹ eſt ſecundum ſeipſum ad ſpãle bonũ hr negatio prime libertatis: qm non eligere non continetur ſub illo ſpãli bono q eſt eius adequatũ obiectum ac per hoc non poteſt appeti tali appetitu. Ex eo aũt quod appetitus ſenſitiuus ſecundũ ſuum actum exercitum neceſſitatur naturaliter ad hoc determinatum particulare oblatum nunc hic ſic et c. habetur negatio ſecunde libertatis. Quod enim ad hoc determinatum eſt nõ poteſt in aliud declinare. Et p hec patet reſponſio ad obiectã et quam efficax ſit litere ratio.

¶ In reſponſione nd ſm et tertium eiuſdem 2. ar. aduerte q quãq ars nõ poſſit dare nature ſubam actus ſed modum: et electio non ſignificet modũ actus ſed ipſum actũ ſubaliter: nulla arte fieri poteſt vt aliquod brutum eligat: ſed quod apparet diſcretionis et electionis in operibus ſimiarũ, canum, et ſimilium mire diſciplinatorum: ſit illo eodez modo quo a naturali inſtinctu reguntur: ſicut enim naturalẽ inſtinctum ſic ordinata ſortiti ſunt animalia quedam vt in litera dicitur: ita habitus acquiſitus in illis ex frequentia actuum inclinat illos per modum inſtinctus: et hoc ipſum quod inclinabilia ſunt animalia ſecundũ huiuſmodi mores ex natura habent inchoatiue completiue vero ab aſſuefactione.

Marginal references: 2.di.25 art.1.ad 6.et 7m. et.5.me tec.15.ar. — ſ.art.4. t.6.cor. Et.3.q. 18.ã.4. cor.et li. 4.3ca. 95.ſina. Et opu. 2.c.177 c.3.eth. lect.1. Et.1.pi her.lect. 14.ſina.

petitiua intelleꝯ, vel appetitus intellectiu⁹ q̃cũq aũt duo ꝯcurrũt ad aliqd vnũ ꝯſtituendũ, vnũ eorũ eſt vt formale reſpectu alterius. vñ Greg. nice. dicit, q electio neq eſt appetitus ſm ſeipſam neq conſiliũ ſolũ ſed ex his aliqd ꝯpoſitũ: ſicut enim dicimus animal ex anima et corpore ꝯpoſitũ eſſe neq vero corpus eſſe ſm ſeipſum, neq animã ſolam: ſed vtrunq, ita et electionem. Eſt autẽ cõſiderandũ in actibus anime, q actus qui eſt eſſentialiter vnius potentie vel habitus recipit formã et ſpeciem a ſuperiori po[tentia] vel habitu, ſm q ordinatur inferi⁹ a ſuperiori. ſi enim aliquis actũ fortitudinis exerceat ꝓpter dei amorẽ, actus quidẽ ille materialiter eſt fortitudinis: formaliter vero charitatis. Manifeſtũ eſt autẽ q ratio quodãmodo voluntatẽ precedit et ordinat actũ ei⁹ inq̃ãtũ ſ. voluntas in ſuũ obm tẽdit ſz ordinẽ rõnis eo quod vis apprehenſiua appetitiue ſuum obm repreſentat. ſic igitur ille actus quo voluntas tendit in aliquid qd proponitur vt bonũ: ex eo q per rõnẽ eſt ordinatum ad finẽ, materialiter quidẽ eſt voluntatis, formaliter aũt rõnis: in hmõi autem ſuba actus materialiter ſe hz ad ordinẽ q imponitur a ſuperiori potẽtia. et iõ electio ſubaliter nõ eſt actus rõnis, ſed voluntatis. perficitur enim electio in motu quodã aie ad bonum qd eligitur, vñ manifeſte actus eſt appetitiue potentie.

Ad primũ Ergo dõm, q electio importat collationez quãdam precedentẽ: nõ q eſſentialiter ſit ipſa collatio. ¶ Ad ſcdm dõm, q concluſio ſyllogiſmi que ſit in operabilib⁹ ad rationem pertinet, et dicitur ſnĩa vel iudiciũ, quã ſequitur electio: et ob hoc ipſa cõcluſio pertinere videtur ad electionem tanq̃ ad conſequens.

¶ Ad tertiũ dicendum, q ignorantia dicitur eſſe electionis, non q ipſa electio ſit ſciẽtia: ſed quia ignoratur quid ſit eligendum.

¶ Utrum electio conueniat brutis animalibus. Articu.2.

Ad ſcd'm Uidetur, qd electio brutis animalibus conueniat. electio enim eſt appetitus aliquorum pp finem: vt dicitur in.3.ethic. ſed bruta animalia appetunt aliqd ꝓpter finẽ. agũt. n. pp finem. et ex appetitu. ergo in brutis aialibus eſt electio. ¶ P̃. Ipſum nomen electionis ſignificare videtur q aliquid pre aliis accipiatur: ſed bruta animalia accipiũt aliquid pre aliis: ſicut manifeſte appet q ouis vnam herbã comedit, aliã refutat. ergo i brutis aialib⁹ eſt electio. ¶ P̃. Ut di in.6.ethi. Ad prudẽtiã ptinet q aliqs bene eligat ea que ſunt ad finẽ: ſed prudẽtia conuenit brutis animalib⁹. vñ dicitur in ꝑncipio meta. qd prudẽtia ſunt ſine diſciplina quecũq ſonos audire nõ potẽtia ſunt, vt apes. et hoc etiã ſenſui manifeſtũ videtur: apparẽt. n. mirabiles ſagacitates in operibus aialiũ, vt apum et aranearũ, et caniũ. canis enim inſequẽs ceruuz ſi ad triuiũ venerit, odoratu quidẽ explorat an ceruus primam vel ſecundã viã tranſierit: q ſi inuenerit nõ trãſiſſe iam ſecurus per tertiã viaz incedit vt explorãdo quaſi vtens ſyllo diuiſiuo, quo cõcludi poſſet ceruum per illam viam incedere, ex quo nõ incedit per alias duas: cum non ſint plures. ergo videtur q electio brutis animalibus conueniat.

Sed Contra eſt, q Grego. nice. dicit q pueri et irrationalia voluntarie quidem faciunt, non tamen eligentia. ergo in brutis animalibus non eſt electio.

Rñdeo Dicendũ, q cũ electõ ſit preacceptio vnius reſpectu alterius neceſſe eſt q electio ſit reſpectu pluriuz que eligi poſſunt et ideo in his q̃ ſunt penitus determinata ad vnũ, electio locum nõ hz. Eſt autẽ differẽtia inter appetitũ ſenſitiuũ et voluntatem, qr vt ex predictis patet appetitus ſenſitiuus eſt determinatus ad vnũ particulare ſm ordinẽ nature, voluntas aũt eſt quidẽ ſm nature ordinẽ determinata ad vnũ cõe qd eſt bonũ: ſz indeterminate ſe hz reſpectu particularium bonorũ. et ideo ꝓprie voluntatis eſt eligere, nõ aũt appetitus ſenſitiui: qui ſolus eſt in brutis animalibus. et propter hoc brutis animalibus electio non conuenit.

Ad pmũ Ergo dõm, q non omnis appetitus alicuius ꝓpter finẽ vocatur electio: ſed cũ quadã diſcretione vnius ab altero: q̃ locũ hr̃e nõ põt niſi vbi appetit⁹ põt ferri ad plura. ¶ Ad ſm dõm: q brutum aial accipit vnũ pre alio: qr appetit⁹ ei⁹ eſt naturaliter determinat⁹ ad ipſuz: vnde ſtatim qñ p ſenſum vel p imaginationẽ repreſentatur ſibi aliqd ad qd nãliter inclinatur, eius appetit⁹ abſq electione mouetur ad ipſum: ſicut etiã abſq electiõe ignis mouetur ſurſum et nõ deorſum. ¶ Ad 3m dõz, q ſicut dr in.3.phy. Motus eſt act⁹ mobilis a mouẽte: et iõ virt⁹ mouentis apparet in motu mobilis: et ꝓpter hoc in oibus que mouentur a rõne apparet ordo rõnis mouentis: licet ipſa q̃ a rõne mouẽtur rationẽ non habeant: ſic enim ſagitta directe tendit ad ſignũ ex motione ſagittantis, ac ſi ipſa rationẽ haberet dirigentẽ et idem apparet in motibus horologiorũ, et omnium ingeniorum humanorũ que arte ſiunt. Sicut autẽ comparantur artificialia ad artẽ humanam ita comparantur oĩa naturalia ad artem diuinam: et ideo ordo apparet in his que mouentur ſcdm naturam. ſicut et in his que mouentur ſcdm artem: vt dicitur in 2.phy. et ex hoc contingit q in operib⁹ brutorum aialiũ apparent quedam ſagacitates inquantum habent inclinationẽ naturalem ad quoſdam ordinatiſſimos proceſſus: vtpote a ſumma arte ordinatos. et propter hoc etiã quedam animalia dicuntur prudentia vel ſagacia: non quod in eis ſit aliqua ratio vel electio. quod ex hoc apparet: quod omnia que ſunt vnius nature ſimiliter operantur.

¶ Utrũ electio ſit ſolũ eorũ q̃ ſunt ad finem vel etiam quandoq ipſius finis. Arti.3.

Circa materiam quinti ⁊ ſexti articuli obmiſſo tertio ⁊ quarto. aduerte conſeſſor quod diſpoſitio erronee rationis fit non ſolum per oppoſitam rationem aut veritatis cognitionem ſed etiam per exclusionem ad applicationem ad opus. verbi gratia mulier audiēs a predicatore quod vti alieno capillis eſt peccatum mortale, quia eſt ſimulatio: cōcipiēſ que ex ratione audita ⁊ authoritate predicatoris talem vſum eſſe peccatum mortale: et ex alia parte vellet vti huiuſmodi capillis: ⁊ inde ratione. hinc appetitu mouente neſcit ſoluere motiua rationis erronee contrarie appetitui ſuo: tamen patens abſꝗ ſolutione rationis id ſibi licere: vtitur talibus capillis. In hoc ⁊ ſimilibus non eſt proprie loquendo voluntas diſcordans a ratione errante: quia non fit contra conſcientiam: ⁊ ratio eſt quia licet maneat ratio errans in ſe non manet tamen applicata ad hoc velle nec actualiter nec virtualiter: ſed deponitur applicatio illa: ac per hoc erronea cōſcientia que in applicatione conſiſtit. licite autem hoc abſꝗ vlla alia ratione ſit etiam ſi ex impetu vel libito fiat: quia ratio erronea non habet in ſe vnde liget: ſed quatenus acceptatur. vnde ex quacunꝗ cauſa non acceptetur vel in ſe vel in applicatione non ligat.

1.q̃.21. ã.1.co.

la ⁊ peccatũ: ſed ratio vel cõſcientia errãs precipiendo ea que ſunt per ſe mala, vel prohibendo ea que ſunt per ſe bona ⁊ neceſſaria ad ſalutem, nõ obligat. vñ in talibus voluntas diſcordãs a ratione vel cõſcientia errante non eſt mala. Sed hoc irrationabiliter dicitur. in indifferentibus enĩ voluntas diſcordãs a ratione vel cõſcientia errãte eſt mala aliquo modo propter obiectum, a quo bonitas vel malitia bonitatis dependet, nõ autem propter obiectum ſecundum ſui naturã: ſed ſecũdum quod per accidens a ratione apprehendit̃ vt malũ ad faciendum vel ad vitandum: ⁊ qr obiectum voluntatis eſt id, quod proponitur a ratione vt dictũ eſt, ex quo aliquid proponitur a ratione vt malum, voluntas dum in illud fertur accipit rationem mali. hoc autem cõtingit non ſolum in indifferentibus: ſed etiã in per ſe bonis vel malis, nõ ſolum enim id quod eſt indifferens poteſt accipere rationẽ boni vel mali per accidens, ſed etiã id quod eſt bonũ poteſt accipere rationem mali: vel illud quod eſt malum rationẽ boni propter apprehenſionem rationis: puta abſtinere a fornicatione bonum quoddam eſt: tñ in hoc bonum non fertur voluntas, niſi ſecundũ ꝙ a ratione proponitur. Si ergo proponat̃ vt malũ a ratione errante: fertur in hoc ſub ratione mali. vnde voluntas erit mala: qr vult malũ: nõ quidem id qđ eſt malum per ſe: ſed id qđ eſt malum per accidens propter apprehenſionem rationis: ⁊ ſimiliter credere in Chriſtũ eſt per ſe bonum ⁊ neceſſariũ ad ſalutem: ſed voluntas nõ fertur in hoc niſi ſm ꝙ a ratione proponitur. vnde ſi a ratione proponatur vt malum voluntas fertur in hoc vt malum, non quia illud ſit malum ſm ſe: ſed quia eſt malum per accidens ex apprehẽſione rationis. ⁊ ideo philoſophus dicit in. 7. ethi. Quod per ſe loquendo incontinens eſt qui non ſequitur etiam rõnem rectam: per accidens autem qui non ſequitur rationem falſam. Unde dicendum quod ſimpliciter omnis voluntas diſcordãs a ratione, ſiue recta ſiue errante ſemper eſt mala.

Ad primũ Ergo dđm, quod iudiciũ rationis errantis licet non deriuetur a deo: tamen ratio errãs iudicium ſuum proponit vt verum: ⁊ per conſequens vt a deo deriuatum a quo eſt omnis veritas. ¶ Ad ſecundum dicendum, quod verbum Aug. habet locũ quando cognoſcitur quod inferior poteſtas precipit aliquid contra preceptum ſuperioris poteſtatis. Sed ſi aliquis crederet quod preceptum proconſulis eſſet preceptum imperatoris contemnendo preceptum proconſulis contemneret preceptum imperatoris. Et ſimiliter ſi aliquis homo cognoſceret ꝙ ratio humana dictaret aliquid contra preceptum dei non teneretur rationem ſequi: ſed tunc ratio non totaliter eſſet errans, ſed quando ratio errans proponit aliquid vt preceptum dei, tunc idem eſt cõtemnere dictamen rationis ⁊ dei preceptum. ¶ Ad tertiũ dđm, ꝙ rõ quãdo apprehẽdit aliquid vt malum ſemper apprehẽdit illud ſub aliqua ratiõe mali: puta qr cõtrariat̃ diuino ꝑcepto vel qr eſt ſcãdalum, vel propter aliquod huiuſmodi: ⁊ tunc ad talem ſpeciem malitie reducitur talis mala voluntas.

¶ Utrũ voluntas concordans rationi errãti ſit bona. Art. 6.

§ ar. 5. ⁊ locis ibi inductis.

AD ſextũ Sic proceditur. Uidetur, qđ voluntas concordans rationi erranti ſit bona. Sicut enim volũtas diſcordãs a rõne tendit in id quod ratio iudicat malum, ita voluntas concordãs rationi tendit in id qđ ratio iudicat bonũ: ſed voluntas diſcordans a ratione etiam errante eſt mala, ergo voluntas concordans rationi etiam erranti eſt bona. ¶ P. Uoluntas concordans precepto dei ⁊ legi eterne ſemper eſt bona: ſed lex eterna ⁊ preceptũ dei proponitur nobis per apprehenſionem rationis etiam errãtis ergo voluntas concordans etiam rationi errãti eſt bona. ¶ P. Uoluntas diſcordãs a ratione errãte eſt mala. ſi ergo voluntas concordans rationi erranti ſit etiam mala, videtur quod omnis voluntas habentis rationem errantem ſit mala, ⁊ ſic talis homo erit perplexus, ⁊ ex neceſſitate peccabit: quod eſt inconueniens. ergo voluntas concordans rationi erranti eſt bona.

Sed contra Uoluntas occidentiũ apl'os erat mala: ſed tñ concordabat rationi erranti ipſorum: ſm illud Ioan. 16. Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obſequium ſe preſtare deo. ergo voluntas concordans rationi erranti poteſt eſſe mala.

Reſpondeo Dđm, ꝙ ſicut ꝑmiſſa queſtio eadẽ ẽ cũ queſtione qua q̃ritur vtrũ cõſciẽtia erronea liget, ita iſta queſtio eadẽ eſt cũ illa qua q̃ritur vtrũ cõſcientia erronea excuſet. Hec aũt queſtio depẽdet ab eo quod ſupra de ignorantia dictum eſt. dictum eſt enim ſupra quod ignorantia quandoqꝫ cauſat inuoluntarium quandoque autem non. Et quia bonum ⁊ malum morale conſiſtit in actu inquantum eſt voluntarius (vt ex premiſſis patet) manifeſtum eſt quod illa ignorantia que cauſat inuoluntarium tollit rationem boni ⁊ mali moralis, non autem illa que inuoluntarium non cauſat. Dictum eſt etiam ſupra quod ignorantia que eſt aliquo modo volita ſiue directe, ſiue indirecte, non cauſat inuoluntarium, ⁊ dico ignorantiam directe voluntariam in quam actus voluntatis fertur. Indirecte autem propter negligentiã ex eo qđ aliqs nõ vult illud ſcire qđ ſcire tenetur. vt ſupra dictũ eſt. Si igitur ratio vel conſcientia erret errore voluntario vel directe, vel propter negligentiam, quia eſt error circa id quod quis ſcire tenetur: tunc talis error rationis vel conſcientie non excuſat, quin voluntas concordans rationi vel conſcientie ſic erranti ſit mala. Si autẽ ſit error qui cauſat inuoluntarium proueniens ex ignorantia alicuius circunſtantie abſqꝫ omni negligentia: tunc talis error rationis vel conſcientie excuſat vt voluntas concordans rationi errante non ſit mala. puta ſi ratio errans dicat quod homo teneatur ad vxorem alterius accedere, voluntas concordans huic rationi erranti eſt mala: eo quod error iſte prouenit ex ignorantia legis dei quam ſcire tenetur. Si autem ratio erret in hoc quod credat aliquam mulierem ſubmiſſam eſſe ſuam vxorem, ⁊ ea petente debitum velit eam cognoſcere excuſatur voluntas eius vt non ſit mala: quia error iſte ex ignorantia circunſtantie prouenit que excuſat ⁊ inuoluntarium cauſat.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ ſicut diony. dicit in 4. cap. de di. nomi. Bonum cauſatur ex integra cauſa, malum autem ex ſingularibus defectibus, ⁊ ideo ad hoc quod dicatur malũ id in quo fertur voluntas ſufficit, ſiue quod ſecundum ſuam naturam ſit malum, ſiue ꝙ apprehendatur vt malum: ſed ad hoc quod ſit bonum requiritur quod vtroqꝫ modo ſit bonum. ¶ Ad ſecundum dicendum, quod lex eterna errare non poteſt: ſed ratio humana poteſt errare: ⁊ ideo voluntas concordãs rationi humane non ſemper eſt recta, nec ſemper eſt concordans legi eterne. ¶ Ad tertium dicendum, quod ſicut in ſyllogiſticis vno inconuenienti dato neceſſe eſt alia ſequi, ita in moralibus vno inconuenienti poſito ex neceſſitate alia ſequuntur: ſicut ſuppoſito quod aliquis querat inanem gloriã, ſiue propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur ſiue dimittat, ſemper peccabit. Nec tamen eſt perplexus: quia poteſt intentionem malam dimittere. ⁊ ſimiliter ſuppoſito errore rationis vel conſcientie qui procedit ex ignorantia non excuſante neceſſe eſt quod ſequatur malum in voluntate. nec tamen eſt homo perplexus: quia poteſt ab errore recedere cum ignorantia ſit vincibilis ⁊ voluntaria.

2. d. 38. ar. 4. ad 4. ⁊ 4. ſ. 5 cor. ⁊ d. 40. ã. 2. ⁊ in expo. lit.

¶ Utrum voluntatis bonitas in his que ſunt ad finẽ dependeat ex intentione finis. Articu. 7.

AD ſeptimũ Sic proceditur. Uidetur quod bonitas voluntatis non dependeat ex intentione finis. Dictum eſt enim ſupra, quod bonitas voluntatis dependet ex ſolo

¶ Super ar. 7.

Circa titulum articuli ſeptimi: aduerte quod licet hactenus de voluntate id eſt de actu interiori voluntatis in hac queſtione tractatum ſit in hoc articulo queſtio eſt de voluntate id eſt de actu interiori voluntatis vt diſtinguitur contra intentionem. Ea autem neceſſitas queſtionis huius fuit: quia voluntas ab intentione ſepe diſtingui ſolet: ⁊ plurimum intentio indicari in continuis moium frequentia voluntaſqꝫ ex intentione accuſari vel excuſari.

¶ Super articulum octauum.

In titulo articuli octaui voluntas ſumitur vt in precedenti articulo.
¶ In corpore euſdē articuli: aduerte primo quod auto: plus determinat quā queſiuit: queſiuit enim de quantitate voluntatis et intentionis, determinat autem de quantitate predictorum ⁊ actus etiam exterioris ⁊ hoc ad perfectionem doctrine: et propter identitatem rationis quo ad hoc in voluntate et actu exteriori ſublatis impedimentis. Aduerte ſecundo quod in litera diſtinguitur tam voluntas quam actus exterior reſpectu ſcilicet ſecundum ſe ⁊ vt ſtat ſub intentione: et dicitur qđ nec quantitas ex obiecto nec quantitas ex modo intentionis deſcendit neceſſario in actum volitionis: aut actus exterioris ſecundum ſe ſeu materialiter id eſt vt tendunt in ſua obiecta propria: ſed quantitas vtraq; ſcilicet ex obiecto et modo intentionis redundat in vtrunq; actum ſcilicet voluntatis et exterioris vt ſtant ſub intentione ſeu formaliter id eſt vt tendunt in finem quem reſpicit intentio.
¶ In reſponſione ad tertium euſdem articuli dubium occurrit quomodo verificetur quod quantum mala eſt intentio tantum mala eſt volūtas: an ſcilicet verificatur de voluntate materialiter ⁊ ſecundū ſe: aut formaliter ⁊ vt ſtat ſub intentione. Si ſecundo modo nulla eſt differentia inter quantitatem bonitatis ⁊ malicie in hoc quoniam vt in corpore articuli patet quantitas intentionis bone redundat in voluntatem ⁊ actū formaliter. Si primo modo ſic committitur falſum manifeſte: quoniam neutra malitia neceſſario deſcēdit ex intentione in voluntatem materialiter.

I. art. 7. ad. 2. Et mal. q. 2. ā. 2. ad. 8. ¶ Ad hoc dicitur qđ ea que dicta ſunt in corpore articuli verificantur de quantitate bonitatis et malitie. Et de bonitate quidem in litera patet: de malitia aūt eiſdem rationibus probatur: ꝙ enim quantitas mala intentionis ex obiecto non neceſſario deſcen

obiecto: ſed in his que ſunt ad finem aliud eſt obiectum voluntatis, ⁊ aliud finis intentus. ergo in talibus bonitas voluntatis nō dependet ab intētione finis. ¶ P̄. Velle ſeruare mandatū dei pertinet ad voluntatem bonam: ſed hoc poteſt referri ad malum finem ſcilicet ad finem inanis glorie vel cupiditatis dum aliquis vult obedire deo propter temporalia cōſequenda. ergo bonitas voluntatis non dependet ab intentione finis. ¶ Preterea. Bonum ⁊ malum ſicut diuerſificant voluntatē ita diuerſificant finē. ſed malitia volūtatis nō depēdet a malitia finis intēti: q̄ enī vult furari vt det eleemoſynam voluntatē malam habet, licet intendat finem bonū. ergo etiam bonitas voluntatis non dependet a bonitate finis intenti.

Sed Contra eſt, ꝙ aug. dicit. 9. confeſſionum, ꝙ intentio remuneratur a deo: ſed ex eo aliquid remoneratur a deo, q̄ eſt bonum. ergo bonitas voluntatis ex intentione finis dependet.

Rn̄deo Dōm, ꝙ intētio dupl'r ſe pōt habere ad volontatem, vno modo vt precedens, alio mō vt concomitās. Precedit quidem cauſaliter intentio voluntatem, quādo aliquid volumus propter intentionem alicuius finis: ⁊ tunc ordo ad finem conſideratur vt ratio quedam bonitatis ipſius voliti, puta cum aliquis vult ieiunare propter deum, habet enim ieiuniū rationem boni ex hoc ipſo quod fit ꝓpter deū. vnde cum bonitas voluntatis dependeat a bonitate voliti, vt ſupra dictū eſt, neceſſe eſt quod dependeat ex intentione finis: conſequitur autem intentio voluntatem quando accedit voluntati preexiſtenti, puta ſi aliqs vellet aliquid facere, ⁊ poſtea referat illud in deum, ⁊ tunc prime voluntatis bonitas non dependet ex intentione ſequenti, niſi quatenus reiteratur actus voluntatis cum ſequenti intentione.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ qñ intentio ē cauſa volēdi, ordo ad finē accipitur vt quedā rō bonitatis in obiecto: vt dictū eſt. ¶ Ad ſecundum dicendum quod voluntas nō poteſt dici bona ſi ſit intētio mala cauſa volēdi. qui enim vult dare eleemoſynam propter inanem gloriā conſequēdā: vult id quod de ſe eſt bonū ſub ratione mali. ⁊ ideo prout eſt volitū ab ipſo eſt malum. vnde volūtas eius eſt mala. Sꝫ ſi intētio ſit cōſequēs: tunc volūtas potuit eſſe bona, ⁊ per intentionem ſequentē non depr auatur ille actus volūtatis q̄ preceſſit ſed actus voluntatis qui iteratur. ¶ Ad tertium dicendum, quod ſicut iam dictum eſt, malum contingit ex ſingularibus defectib⁹, bonum autem ex tota ⁊ integra cauſa. vnde ſiue voluntas ſit eius quod eſt ſecūdum ſe malum ⁊ ſub ratione boni, ſiue ſit boni ſub rōne mali, ſemper volūtas erit mala: ſed ad hoc quod ſit volūtas bona: requiritur quod ſit bona ſub ratiōe boni, id eſt, ꝙ velit bonū et propter bonum.

¶ Utrū quantitas bonitatis vel malitie in voluntate ſequatur quantitatem boni vel mali in intentione. Arti. 8.

Ad octauū Sic proceditur. Uf, ꝙ quātitas bonitatis in volūtate dependeat ex quātitate bonitatis in intentione. q̄ ſuper illud Matth. 12. Bon⁹ hō de theſauro bono cordis ſui ꝓfert bona: dicit glo. Tātū boni quis facit, quātū intēdit: ſed intentio nō ſolū dat bonitatē actui exteriori: ſed etiā volūtati, vt dictū eſt. ergo tm̄ aliquis hꝫ bonā volūtatē quātū intēdit. ¶ P̄. Augmētata cā augmētatur effectus: ſed intētionis bōitas eſt cauſa bone volūtatis. ergo quātū quis intēdit de bono tm̄ volūtas eſt bona. ¶ P̄. In malis quantū aliquis intendit: tantū peccat. ſi enim aliquis proiiciens lapidem intenderet facere homicidium: reus eſſet homicidij. ergo pari ratione in bonis tm̄ eſt bona voluntas, quantum aliquis bonum intendit.

Sed contra Poteſt eſſe intentio bona ⁊ volūtas mala. ergo pari ratione poteſt eſſe intentio magis bona, ⁊ voluntas minus bona.

Reſpōdeo Dōm, ꝙ circa actum ⁊ intentionem finis duplex quātitas pōt cōſiderari. Una ex parte obiecti: q̄ vult maius bonum vel agit. Alia ex intentione actus, q̄ intenſe vult vel agit qđ eſt maius ex parte agentis. Si igitur loquamur de quātitate vtriuſq; quantum ad obiectum: manifeſtum eſt quod quantitas actus non ſequitur quantitatem intentionis. quod quidem ex parte actus exterioris contingere poteſt dupliciter. Uno modo, q̄ obiectum quod ordinatur ad finem intentum non eſt proportionatum fini illi: ſicut ſi quis daret decem libras: non poſſet conſequi ſuam intentionem ſi intenderet emere rem valentem cētum libras. Alio modo propter impedimenta que ſuperuenire poſſunt circa exteriorem actum que non eſt in poteſtate noſtra remouere: puta aliquis intendit ire vſq; Romam, ⁊ occurrunt ei impedimenta quod nō poteſt hoc facere. ſed ex parte interioris actus voluntatis non eſt niſi vno modo q̄ interiores actus volūtatis ſunt in poteſtate noſtra: non autem exteriores actus: ſed voluntas poteſt velle aliquod obiectum non proportionatū fini intēto: ⁊ ſic voluntas que fertur in illud obiectum abſolute cōſideratum non eſt tantum bona quantum eſt intentio. ſed quia etiam ipſa intentio quodammodo pertinet ad actum voluntatis inquantum ſcilicet eſt ratio eius, propter hoc redundat quantitas bone intentionis in voluntatem inquantum ſcilicet voluntas vult aliquod bonum magnum vt finem: licet illud per quod vult conſequi tantum bonum non ſit dignum illo bono. Si vero conſideretur quantitas intentionis ⁊ actus ſecundum intentionem vtriuſq;, ſic intenſio intentionis redondat in actum interiorem ⁊ exteriorem voluntatis, q̄ ipſa intētio quodāmodo ſe habet formaliter ad vtrūque, vt ex ſupradictis pꝫ, licet materialiter intentione recta exiſtente intenſa poſſit eſſe actus interior vel exterior non ita intenſus materialiter loquendo, puta cū aliquis nō ita intēſe vult medicinam ſumere, ſicut vult ſanitatem, tamen hoc ipſum quod eſt intenſe intendere ſanitatem redondat formaliter in hoc qđ eſt intenſe velle medicari. ¶ Sed tamen hoc eſt cōſiderādū qđ intētio actus interioris vel exterioris pōt referri ad intētionē vt obūm, puta cū aliquis intēdit intēſe velle, vel aliquid intenſe operari, ⁊ tm̄ non propter hoc intenſe vult vel operatur: quia quantitatē intenti boni non ſequitur bonitas actus interioris vel exterioris, vt dictū eſt. Et inde eſt ꝙ non quantum aliquis intendit mereri meretur q̄ quantitas meriti cōſiſtit in intentione actus vt infra dicetur.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ gloſſa illa loquitur

dat in voluntatem ſecundum ſe, patet ex hoc ꝙ intendens aliquod magnum malū poteſt velle vt aliquo medio non ſufficiēter conſono tanto malo: ſicut ſi quis vellet emere epiſcopatum ⁊ offerret ſolas preces. Quod etiam quantitas male intentionis ex modo non deſcendat in quantitatē act⁹ ſecundum ſe: patet ex hoc quod cōtingat intenſe intendentē adulterium, minus libenter frangere murum per quem ingrediatur ad iniuriam habendum. Quā igitur non oporteat eſſe verum quod quantum mala eſt intentio tantū mala ſit voluntas materialiter: relinquitur vt verificetur hoc dictū de voluntate formaliter id eſt vt ſtat ſub intentione. Et ad obiectionem contra hoc dicitur qđ ſtante hoc ſaluatur differētia inter quantitatem bonitatis ⁊ malitie, in hoc quod quantitas malitie intētionis eſt ſemper quantitas malitie voluntatis formaliter, ſicut quod abſolute cōſtituit eam tantum malam: quantitas vero bonitatis intentionis non oportet quod ſit quantitas bonitatis voluntatis. Et ratio differentie eſt: quia ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter: ita magis ad magis. Conſtat autem quod malitia in intentione ſufficit ad conſtituendam voluntatem malam, bonitas autem non: quia bonum conſtat ex cauſa integra, malum autem ex particularibus defectib⁹. vnde dando eleemoſynam propter inanem gloriam non ſolum intentio eſt mala ſed ⁊ actus formaliter: et conſequenter quanto peior eſt intentio tanto peior erit actus formaliter: ſicut abſolute conceditur quod actus dantis eleemoſynam propter inanem gloriā eſt malus: ita abſolute concedendum eſt quod actus dantis eleemoſynam propter maximā affectionem inanis glorie eſt peior. Et ſimiliter ſi fiat propter maius malum: puta ſubuerſionem fidei. ſed furando diuitem propter ſubueniendum pauperibus bonitas intentionis non conſtituit bonitatem actus: ⁊ conſequenter quātitas bonitatis in

quantum ad reputationẽ dei qui precipue conſiderat intentionem finis. Unde alia gloſſa dicit ibidem quod theſaurus cordis intẽtio eſt: ex qua deus iudicat opera, bonitas enim intentionis (vt dictum eſt) redundat quodammodo in bonitatẽ voluntatis que facit etiam exteriorem actum apud deum meritorium. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſola bonitas intentionis non eſt tota cauſa bone voluntatis. vnde ratio non ſequitur. ¶ Ad tertium dicendum, quod ſola malitia intentionis ſufficit ad malitiam voluntatis. et ideo etiam quantum mala eſt intentio, tantum etiam mala eſt voluntas: ſed non eſt eadem ratio de bonitate: vt dictum eſt.

¶ Utrum bonitas voluntatis dependeat ex conformitate ad voluntatem diuinam. Arti. 9.

1.di.48 art.1. Et hi.q. 23.ar.7. co. AD nonum Sic proceditur. Uidetur quod bonitas volũtatis humane nõ dependeat ex conformitate voluntatis diuine. Impoſſibile eſt enim voluntatem hominis conformari voluntati diuine: vt patet per id quod dicitur Eſa. 55. Sicut exaltãtur celi a terra, ita exaltate ſunt vie mee a vijs veſtris, et cogitationes mee a cogitationibus veſtris. Si ergo ad bonitatem voluntatis requireretur conformitas ad diuinam voluntatem ſequeretur quod impoſſibile eſſet hominis voluntatem eſſe bonam, quod eſt inconueniens. ¶ P̄. Sicut voluntas noſtra deriuatur a voluntate diuina, ita ſcientia noſtra deriuatur a ſcientia diuina: ſed non requiritur ad ſcientiam noſtram quod ſit conformis ſcientie diuine. multa enim deus ſcit que nos ignoramus. ergo non requiritur quod volũtas noſtra ſit conformis voluntati diuine. ¶ P̄. Voluntas eſt actionis principium: ſed actio noſtra non poteſt conformari actioni diuine. ergo nec voluntas.

Sed contra Eſt, quod dicitur Mat. 26. Nõ ſicut ego volo, ſʒ ſicut tu vis. qđ dicit qꝛ rectum vult eſſe hominẽ, et ad deum dirigi vt aug. dicit in enchi. Rectitudo aũt volũtatis eſt bonitas eius. ergo bonitas volũtatis dependet ex conformitate ad voluntatem diuinam.

Reſpondeo Dicendum, quod ſicut dictum eſt, bonitas voluntatis dependet ex intentione finis: finis autem vltimus voluntatis humane eſt ſummũ bonũ quod eſt deus vt ſupra dictum eſt. Requiritur ergo ad bonitatẽ humane voluntatis quod ordinetur ad ſummum bonum: hoc autẽ bonum primo quidem et per ſe comparatur ad voluntatẽ diuinam, vt obiectum proprium eius: illud autem quod eſt primũ in quolibet genere eſt menſura et ratio omniũ que ſunt illius generis. vnumquodqꝫ autem rectum et bonum eſt inquantum attingit ad propriam menſuram. ergo ad hoc quod voluntas hominis ſit bona, requiritur quod conformetur voluntati diuine.

Ad primum Ergo dicendum, quod voluntas hominis non poteſt conformari voluntati diuine per equiparantiam: ſed per imitationem, et ſimiliter conformatur ſcientia hominis ſcientie diuine inquantum cognoſcit verum, et actio hominis actioni diuine inquantum eſt agenti conueniens, et hoc per imitationem, non autẽ per equiparantiam. ¶ Unde patet ſolutio ad ſecundum et ad tertium argumentum.

¶ Utrum neceſſarium ſit voluntatem humanam conformari voluntati diuine in volito ad hoc ꝙ ſit bona. Arti. 10.

1.q.19 ar.2.ad 3.et 22. q.104. ar.4.ad 3.e.1.di. 48.ar.3 et.4. Et hi.q. 23.ar.7 et.8. Et opuſ. q.87. AD decimum Sic proceditur. Uidetur, quod voluntas hominis non debeat ſemper conformari diuine volũtati in volito. Nõ enim poſſumus velle quod ignoramus, bonum enim apprehenſum eſt obiectum voluntatis: ſʒ quid deus velit ignoramus in plurimis. ergo nõ poteſt humana voluntas diuine voluntati conformari in volito. ¶ P̄. Deus vult damnare aliquem quẽ preſcit in mortali peccato moriturum. ſi ergo homo teneretur conformare voluntatem ſuam diuine volũtati in volito, ſequeretur quod homo teneretur velle ſuam damnationem: quod eſt inconueniens. ¶ P̄. Nullus tenetur velle aliquid quod eſt cõtra pietatẽ, ſed ſi hõ vellet illud quod deus vult hoc eſſet quandoqꝫ contra pietatem: puta cum deus vult mori patrem alicuius. ſi filius hoc idem vellet contra pietatem eſſet. ergo non tenetur conformare voluntatem ſuam voluntati diuine in volito.

Sed contra Eſt, quia ſuper illud pſal. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectum cor habet qui vult quod deus vult, ſʒ quilibet tenetᷣ habere. rectũ cor. ergo quilibet tenetur velle quod deus vult. ¶ Preterea. Forma voluntatis eſt ex obiecto ſicut et cuiuſlibet actus. ſi ergo teneretur homo conformare voluntatem ſuam voluntati diuine requiritur quod teneatur conformare in volito.

¶ Preterea. Repugnantia voluntatum conſiſtit in hoc quod homines diuerſa volunt: ſed quicunqꝫ habet voluntatem repugnantem diuine voluntati habet malam voluntatem. ergo quicunqꝫ non conformat voluntatem ſuam voluntati diuine in volito habet malam voluntatem.

Rñdeo Dicendum, quod ſicut ex predictis patet, voluntas fertur in ſuum obiectum ſecundum quod a ratione proponitur. contingit autem aliquid a ratione conſiderari diuerſimode: ita quod ſub vna ratione eſt bonum, et ſecundum aliam rationem non bonum. et ideo ſi voluntas alicuius velit illud eſſe ſecundum quod habet rationem boni eſt bona. et voluntas alterius ſi velit illud idem non eſſe, ſecundum quod habet rationem mali erit voluntas etiam bona. ſicut iudex habet bonam voluntatem dum vult occiſionem latronis, quia iuſta eſt. voluntas autem alterius puta vxoris vel filij, qui vult non occidi ipſum inquantum eſt ſecundum naturam mala occiſio eſt etiam bona. cum autem voluntas ſequatur apprehenſionem rationis vel intellectus, ſecũdũ qđ ratio boni apprehẽſi fuerit cõmunior, ſm hoc et voluntas fertur in bonũ communius: ſicut patet in exemplo propoſito. nam iudex habet curam boni communis quod eſt iuſtitia: et ideo vult occiſionem latronis que habet rationem boni ſecundum relationem ad ſtatum communem. vxor autem latronis conſiderare habet bonum priuatum familie: et ſecundum hoc vult maritum latronem non occidi. bonum autem totius vniuerſi eſt id quod eſt apprehenſum a deo qui eſt vniuerſi factor et gubernator. vnde quicquid vult: vult ſub ratione boni communis quod eſt ſua bonitas que eſt bonum totius vniuerſi. Apprehenſio autem creature ſecundũ ſuam naturam eſt alicuius boni particularis proportionati ſue nature. contingit autem aliquid eſſe bonum ſecundum rationeʒ particularem quod non eſt bonum ſecundum rationem vniuerſalem: aut econuerſo: vt dictuʒ eſt. Et ideo contingit quod aliqua voluntas eſt bona volens aliquid ſecũdum rationeʒ particularem conſideratum, quod tamen deus non vult ſecundum rationem vniuerſalem: aut econuerſo. Et inde eſt etiã quod poſſunt diuerſe voluntates diuerſorum hominũ circa oppoſita eſſe bone: prout ſub diuerſis rationibus particularibus volunt hoc eſſe vel non eſſe. Non eſt autem recta voluntas alicuius hominis volentis aliquod bonum particulare: niſi referat illud in bonum commune ſicut in finem: cum etiam naturalis appetitus cuiuſlibet partis ordinetur in bonum commune totius. ex fine autem ſumitur quaſi formalis ratio volendi illud quod ad finem ordinatur: vnde ad hoc quod aliquis recta voluntate velit aliquod particulare bonum; oportet quod illud particulare bonum ſit volitum materialiter, bonum autem commune diuinum ſit volitum formaliter. Uoluntas igitur humana tenetur conformari diuine voluntati in volito formaliter: tenetᷣ enim velle bonũ diuinum et commune. ſed non materialiter ratione iam dicta. Sed tamen quantum ad

intentione non conſiſtit quoadmatem bonitatis actu. Ja vno enim non ponitur bonitas. in eo nec quantitas illius cogitari poteſt. et hec eſt intentio litere.

¶ Super ar. 9.

IN articu. 9. Circa illa verba ad bonitatem voluntatis humane requiritur qđ ordinetur in ſummum bonum. memento quod ordinari in ſummum bonum contingit triplicitér. Uno modo in communi et hoc commune eſt bonis et malis quilibet enim propter aliquid operatur apparens ſibi ſummum bonuʒ. Alio modo in ſpeciali confuſe tamen ſicut ſi quis ſciret in quo conſiſtat ſummum bonum puta in viſione dei vel in deo. operetur propter ſummum bonum quod in veritate eſt ſummũ bonum: et hoc poteſt conuenire bonis. Tertio modo in ſpeciali et diſtincte: vt ſi quis operaretur propter deum cognoſcendum, amandum etc. Et hoc etiam contingit dupliciter: puta propter cognitionem amoremqꝫ etc. ad que natura poteſt: et ad que gratia dei eleuat. In propoſito igitur ad bonitateʒ voluntatis humane requiritur quod ordinetur ad ſummum bonum non apparenter ſed quod in veritate eſt ſummum confuſe vel diſtincte naturaliter vel ſupernaturaliter ſecundum ſtatum perſone. Quod dico propter pueros et ignorantes. Si enim ſecundum proportioneʒ conceſſi ſibi luminis in verum ſummum bonum ordinẽt actiones ſuas bone moraliter erunt. Et ſi non, non.

¶ Super ar. 10.

IN artic. 10. intelligito verba in reſponſione ad primum verbis in corpore articuli et memor ſupradictorum in artic. 6. que ſtio. prime aduerte qđ quia velle aliquid ſub ratione boni eſt velle illud propter ſummum bonum. Ideo dicitur quod voluntas volens aliquid ſub ratione boni eſt conformis diuine voluntati in volito formaliter quod eſt velle propter diuinum et commune

mune bonū. Sed caue ne pptrea dicas oēm voluntatē ſemp cōformari diui ne in volito formalr: qꝛ nullus opaꝫ aſpiciēs ad malū: ſꝫ ad aliquā boni ratio nē. Et ꝯſr voluntas mala cōformatur diuine voluntati in volito formalr. hoc enī falſum eſt. ſꝫ enī volūtas ꝗ̄cunqꝫ mala inquantū habet aliquid boni ſit cōformis diuine volūtati: ac per hoc poſſit ſm quid dici cōformis diuine vo luntati in volito formalr: ſicut pōt ſm quid dici bona: ſimplr tñ illa ſola volū tas eſt conformis di uine voluntati in vo lito formalr que ſub rōne boni nō apparē tis ſed veri exercetur. Ad hanc enim confor mitatem tenemur cū illa que eſt ſm boni rō nem ſiue veri ſiue ap parentis nati ſumus. In hac perſiſtere vir tutis opus eſt.

¶ Super queſt. 20. articulum. 1.

Circa queſtionis 20. articulum primū diligenter nota ſo terminos titulī ſcꝫ actū voluntatis actūꝫ exteriorem ꝛ prioritatem bonitatis moralis. Actus voluntatis ſumit pōt dupl'r. Uno mō ſm ſe. Alio mō vt eſt forma ſeu pditio ē ciuſ exterioris humanorū̄ ꝗc ſumitur ꝑmo mō. Itē actus exterior ſumit tripl'r. ꝑmo ſm id preciſe qd̄ hꝫ a po" exeqūtiua a re ipe la: co ſeclūſa obedientia volūtarīā. Et ſic cum non ſit capax bonitatis vel malitie moralis: qꝛ hec circa voluntaria ꝯſiſtit: non ſumit. Alio mō ſumitur. vt eſt cōpoſitū ex ſupradictis ꝛ actu voluntario ita ꝙ ex ipſo ꝛ voluntatio actū fit vnꝰ numero actus: et ſicꝫ nō ſimiliter hic eſt ſed eſt ꝯparatio prius ad volū ꝛ econuerſo. Tertio mō ſumit ſm' id ꝙ hꝫ ex ſe ꝛ qd̄ prīcipat ex actu voluntario ita ꝙ diſtinguatur actus exterior volūtarius ꝯ ipſm actū volūtatis in ſe. qd̄ ſit illud quod ſignificat hꝫ volūtarius, ꝛ hoc mō ſumitur l ppoſito vbi comparaſ actus exterior humanus actui interiori voluntario in ſe cui primo conueniat bonitas moralis, et eſt ſermo de prioritate nature, ꝛ exterior a voluntate ꝛ actus eius intellectus hoc in loco ex actus exterior ꝯ: cauſaretur enim eius fit alienum a volūtate. ¶ In corpore eiuſdeꝫ articuli: aduerte pri mo diligenter quod ſicut de ceteris rebus tractando decebꝰ doctrinam facimus exi ſtentibus tempore ſuo in verum natura. Et tamen eaſdem ra abſtractione concepta dī ſcutimus ꝛ examinamus, ꝛ ea que de illis quantum abſtracte cō cepta ſm ſe vera deprehendimꝰ, in eiſdē

vtrunqꝫ, aliquo modo voluntas humana cō formatur voluntati diuine: qꝛ ſecundū ꝙ cō formatur voluntati diuine in cōmuni ratio ne voliti, conformatur ei in fine vltimo: ſm autem ꝙ nō conformatur ei in volito mate rialiter, conformatur ei ſm rationem cauſe efficientis: qꝛ hanc propriā inclinationē con ſequentem naturā vel apprehenſionē par ticularem huius rei habet res a deo ſicut a cauſa effectiua. vnde conſueuit dici ꝙ confor matur quantum ad hoc voluntas hominis voluntati diuine: quia vult hoc quod deus vult eum velle. Eſt ꝛ alius modus cōformi tatis ſecundum rationem cauſe formalis vt ſcilicet homo velit aliquid ex charitate ſi cut deus vult: ꝛ iſta etiam conformitas re ducitur ad conformitatem formalem que at tenditur ex ordine ad vltimum finem, quod eſt proprium obiectum charitatis.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ volitum diuinum, ſcōm rationeꝫ cōem quale ſit ſcire poſſumus. Scimus. n. ꝙ deus quicquid vult, vult ſub rōne boni. ꝛ ideo, quicunqꝫ vult aliquid ſub quacūqꝫ rō ne boni hꝫ voluntatem cōformē volūtati di uine quantū ad rōnem voliti: ſꝫ in particu lari neſcimus qd̄ deus velit: et quantum ad hoc non tenemur cōformare voluntateꝫ no ſtrā diuine voluntati in ſtatu tñ glorie oēs videbunt in ſingulis que volēt ordineꝫ eoꝝ ad id quod deus circa hoc vult: ꝛ ideo non ſolum formaliter, ſed materialiter in oībus ſuam voluntatem deo conformabūt. ¶ Ad ſcōm dōm, quod deus nō vult damnationē alicuius ſub rōne damnationis: nec morteꝫ alicuius inquantum eſt mors: qꝛ ipſe vult omnes homines ſaluos fieri: ſed vult iſta ra tione iuſtitie. vnde ſufficit circa talia ꝙ ho mo velit iuſtitiam dei ꝛ ordinem nature ſer uari. ¶ Unde patet ſolutio ad tertium.

Ad primum Uero qd̄ in cōtrariū obijciebat dōm, qd̄ magis vult qd̄ deus vult qui conformat vo luntatē ſuā voluntati diuine quantū ad rō nem voliti, quā qui cōformat quantum ad ipſam rem volitaꝫ: qꝛ volūtas principalius fertur in finem quam in id qd̄ eſt ad finem. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſpēs ꝛ forma actus magis attenditur ſcōm rationē obie cti quā ſecundum id quod eſt materiale in obiecto. ¶ Ad 3ᵐ dōm, ꝙ nō eſt repugnan tia voluntatū quando aliqui diuerſa volūt non ſm eandē rōnem: ſed ſi ſub vna ratione eſſet aliquid ab vno volitū qd̄ alius nollet, hoc induceret repugnantiam voluntatum. quod tamen non eſt in propoſito.

¶ De bonitate ꝛ malitia exteriorum actuū humanorum. Queſtio. 20.

Deinde Conſiderandū eſt de bonitate ꝛ malitia quantum ad exterio res actus. ¶ Et circa hoc q̄runt ſex. ¶ Primo vtrū boni tas ꝛ malitia ꝑ prius ſit in actu voluntatis, vel in actu exteriori. Secun do, vtrum tota bonitas vel malitia actus exterioris depēdeat ex bonitate volūtatis. Tertio, vtrum ſit eadem bonitas et mali tia interioris ꝛ exterioris actus. Quarto, vtrum actus exterior addat de bonitate vel malitia ſupra actum interiorem. Quinto, vtrum euentus ſequens aliquid addat de bo nitate vel malitia ad actum exteriorem. Se xto, vtrum idem actus exterior poſſit eſſe bo nus ꝛ malus.

in rerū na inuentis verificamus: vt patet inductiue: ita de actibus hūanis ex terioribꝰ loquēdo intellige, ꝙ acꝰ talis. puta vti re ſua qñ opꝫ ꝛ vbi opꝫ ꝛc. eſt ſm ſe actus formalr bonus moralr ex ghe ꝛ circunſtantijs. ſicut ſapere vide re ꝛc. ſunt quedam ſm ſe formalr bona traſcēdēter: ꝛ ꝙ poſiti in rerū natura hmōi actus ſunt etiam formalr boni: nec eſt alia bonitas qua eſt bonus acꝰ abſtracte ꝯceptus, ꝛ actus in rerum nā ꝑoſitꝰ: ſicut nō eſt alia hūanitas qua hō abſtracte ꝯceptꝰ eſt hō: ꝛ qua hō poſitꝰ in rerū nā eſt hō: ſꝫ bene eſt aliꝰ eſſendi modus qꝛ in rerū nā ꝛ in abſtractione. Scito ſibe quod aliud eſt loqui de actibus abſolute aliud vt ſunt obta: aliud vt ſunt in rerū natura aliud vt ſunt in exequtione. Que. n. ꝯueniūt alicui abſolute conueniunt in rerum nā niſi cōueniūt nō repugnāter: vt alibi dictum eſt. que aūt conueniunt vt obta ſunt ꝛ q̄ vt in exe cutione ſunt habitudines important ad ea q̄ ſunt obta: ꝛ a qbꝰ hñt ꝛc. predibata autē volunt hec eē vt intelli gas ꝑmo ꝙ acꝰ exte rior ꝛbi ꝯta vti re ſua abſolute eſt formaliter bonꝰ moralr: ac p hoc poſitꝰ in rerū nā eſt ꝯ formalr bonꝰ moralr ꝛ poſitus in eſſe obtus voluntatis ꝛ ſic eſt bonꝰ etiam obtiue: ꝛ poſitus in executione eſt effe ctiue bonus. Secundo ꝙ quidem eſt loqui de conditionibꝰ ſm ſe rei abſolute ꝛ in rerū natura non diſtat vna inter bonitatem mora lem actus exterioris ſm ſe ꝛ vt in rerū na tura: ſed p eadem cō paratis: ac per hoc quaꝫ dē ꝙ bonitas ex mā ꝛ circūſtantijs priꝰ con uenit actui extra ſcōm ſe ꝙ voluntati intelli gas ꝙ prius conuenit huiuſmodi bōitas a ctui exteriori in rerum natura quā voluntati. Et cum hic intelligas tertio quod prius con uenit bonitas iſta a ctui exteriori obiectiue quam in exequutione: ꝛ ſic prius cōuenit hec bonitas actui exterior ri ſecundū ſe ac p hoc in rerum nā abſolute. ſecūdo ipſimet obtiue. tertio actui volunta tis cui obijcitur quar to ipſimet in executio ne: ſicut ſanitas primo conuenit animali ſiue abſtracte ꝯceptꝰ, ſiue in rerū nā deinde con uenit medicine et quī buſcunqꝫ alijs. Scito quarto ꝙ ſi queras rō nem q̄re bonitas acꝰ exterioris ex mā ꝛ cir cūſtantijs prius cōue nit ipſi quā voluntati in litera tangitur du plex ratio. Prima eſt quia conuenit ipſi per ſe, ꝛ conſequenter vo luntati per ipſam: non eſt ideo tollere ſſc̄a eſt malus dꝰ moralr qꝛ velle hoc eſt malum ſed

¶ Utrum bonitas vel malitia per prius ſit in actu voluntatis vel in actu exteriori. Articu. 1.

Ad primū Sic proceditur. Uidetur, quod bonum ꝛ malum per prius conſiſtat in actu exteriori quam in actu voluntatis. Uoluntas e nim habet bonitatem ex obiecto: vt ſupra di ctum eſt: ſed actus exterior eſt obiectum in terioris actus voluntatis: dicimur enim vel le furtum, vel velle dare eleemoſynam. ergo malum ꝛ bonum per prius eſt in actu exte riori quam in actu voluntatis. ¶ Preterea. Bonum per prius conuenit fini: quia ea que ſunt ad finem habent rationem boni ex ordi ne ad finem: actus autem voluntatis non poteſt eſſe finis: vt ſupra dictum eſt: actus autem alterius potentie poteſt eſſe finis. er go per prius conſiſtit bonum in actu poten tie alterius, quaꝫ in actu voluntatis. ¶ Pre terea. Actus voluntatis formaliter ſe habet ad actum exteriorem, vt ſupra dictum eſt: ſed id quod eſt formale eſt poſterius: nam forma aduenit materie: ergo per prius eſt bonum ꝛ malum in actu exteriori, quam in actu voluntatis.

Sed contra Eſt, quod Augu. di cit in libr. retracta tionum: quod voluntas eſt qua peccatur ꝛ recte viuitur. ergo bonum ꝛ malum morale per prius conſiſtit in voluntate.

Rñdeo Dicendum, quod aliqui a ctus exteriores poſſunt dici boni vel mali dupliciter. Uno modo ſecun dum genus ſuum ꝛ ſecundum circunſtan tias in ipſis conſideratas. ſicut dare eleemo ſynam ſeruatis debitis circunſtantijs dici tur eſſe bonum. Alio modo dicitur aliquid eſſe bonum vel malum ex ordine ad finem: ſicut dare eleemoſynaꝫ propter inanem glo riam dicitur eſſe malum. cum autem finis ſit proprium obiectum voluntatis, manife ſtum eſt quod iſta ratio boni vel mali quam habet actus exterior ex ordine ad finem per prius inuenitur in actu voluntatis: ꝛ ex eo deriuatur ad actum exteriorem. bonitas au tem vel malitia quam habet actus exterior ſecundum ſe propter debitam materiam ꝛ debitas circunſtantias, non deriuatur a vo luntate: ſed magis a ratione. vnde ſi conſi deretur bonitas exterioris actus ſecundum quod eſt in ordinatione ꝛ apprehenſione ra tionis, prior eſt quam bonitas actus volun tatis: ſed ſi conſideretur ſecundum quod eſt in executione operis ſequitur bonitatem vo luntatis que eſt principium eius.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ actus exterior eſt ob iectum voluntatis inquantum proponitur voluntati a ratione vt quoddam bonum ap prehenſum ꝛ ordinatum per rationem ꝛ ſic eſt prius quam bonum actus voluntatis: inquantum vero conſiſtit in executione o peris eſt effectus voluntatis: ꝛ ſequitur vo

ſed econuerſo: q2 hoc eſt malum moraliter .ideo voluntas eius eſt mala. Se- cunda eſt: quia hec bonitas pendet a ratione ⁊ non a voluntate: ſed quo hoc verum ſit in ſequenti tractabitur arti. Et qd reliquũ eſt .ſ. quo bonitas actus propria exterioris in executione ſit a voluntate in. 3. art. tractabitur.

nitas inuenta in exteriori actu ex fine pendet nõ ſolum ex ratione: ſed etiam per ſe ex voluntate interiori, ex gñe autẽ ⁊ circunſtantijs ex rõne ſolum: ideo illa in voluntatem vt proximam per ſe cauſam: hec in rationem deducta eſt. ℭ Ad ſm dicitur: ꝙ lʒ hic ſermo ſit de actu exteriori ſimplr ⁊ non reſtricto ad executionem: tñ iungendo ipſum cum dictis in articulo precedenti poteſt dici ꝙ hic eſt ſermo de actu exteriori vtroqȝ modo: vt in litera patet. Et quia contra primum membrum obiicit: rñdet primo ꝙ nõ eſt idẽ loqui de actu exteriori abſolute ⁊ vt obiectum eſt voluntatis: ⁊ ꝯñr non eſt idem dicere actus exterior eſt ſm ſe bonus vel malus, ⁊ non ex voluntate: ⁊ dicere ꝙ obiectũ voluntatis eſt bonum ſm ſe ⁊ non ex voluntate. Actus enim exterior ſm ſe abſtrahit ab obiecto ⁊ non obiecto voluntatis. Dicitur ſecundo ꝙ hic etiam incidit error ſicut in priori dubio quia non fit cõparatio obiecti ad obiectũ: puta act⁹ exterioris ad finẽ: ſed bonitatis actus ex fine ad bonitatẽ eiuſdẽ ex genere ⁊ circũſtantijs: vnde dato ꝙ idem ſit iudiciũ de bonitate actus ⁊ finis ꝙ .ſ. neutra pẽdet ex voluntate: non tamen eſt idem iudicium de bonitate ex fine participata in actu ⁊ bonitate eiuſdẽ ſecũdum genus ⁊ circunſtantias quia illa ex voluntate hec non pendet: vt hoc ſit in litera.

ℭ Tertio dicitur ꝙ ſi compareretur obiectum ad obiectũ adhuc aliqd ſingulare inſinuaretur in actu qd nõ in fine: dicẽdo ꝙ bonitas actus extrinſeci obi non eſt ex voluntate: q2 hoc obum differt a fine dupliciter. Primo q2 eſt actio quedã. Scdo q2 eſt depẽdens a voluntate: eſt enĩ actus human⁹: finis autẽ nec dependẽs aliquid a voluntate nec actionem aliquam exprimit. vñ dicere de actione a voluntate dependente: ꝙ nec dependet in ꝓpria bonitate ab actu interiori voluntatis aliquid annotatione dignum eſt: nõ ſic de fine: quoniam liquidum eſt. Ad id vero qd ꝯ ſcðm membrũ obiicit dr: ꝙ licet actus exterior in executione habeat bonitatem vtrãqȝ ex voluntate. Et voluntas ab obiectis: diſſimiliter tñ hoc fit: q2 bonitas ex fine deſcẽdit in actum interiorẽ voluntatis per ſe ⁊ formaliter. In actũ vo exteriorem in executiõe denominatiue tñ: bonitas vero ex gñe ⁊ circũſtantia ex obo deriuatur in actum interiorem denominatiue tñ: ⁊ per eum in actũ exteriorem formaliter: ſicut ex ſano in animali: denominat medicina ſana quia animal fit ſanum formaliter. vñ non eſt de vtraqȝ bonitate eadem ratio etiam in executiõe. Et ad hoc inſinuãdũ in lr̃a de ſcða bonitate dicit ꝙ voluntas ſm ꝙ in rõnẽ fert hʒ hãc bonitatem: quaſi non habeat ipſam ſimpliciter: ſed in ordine ad aliud: ſicut cãter accidit in hmõi denominationibus. Sed tũc inſurgit queſtio mota in 4⁰ dubio: quare bonitas vocata ex fine ineſt voluntas formaliter: ⁊ vocata ex obiecto nõ: precipue quum obiectũ etiã ſit finis voluntatis: ⁊ hec queſtio ſoluet in ſolutione quarti dubij. ℭ Ad tertium ergo dubiũ dicitur: ꝙ ſi poſſet ſeparari bonitas alicuius finis vt circũſtantie eſt a bonitate eiuſdem vt ſpecificans reſpectu eiuſdem actus. facile dici poſſet diſtinguẽdo ꝙ finis vt circũſtãtia ſpectat ad bonitatem actus exterioris ex gñe ⁊ circũſtantijs: finis autem vt ſpecificans ſpectat ad voluntatem: ⁊ ſic nõ eſſet implicatio dicere ꝙ bonitas ex fine in actu exteriori pẽdet ex voluntate: ⁊ ꝙ bonitas ex genere ⁊ circunſtantijs etiam finis non pendet ex voluntate: quia in prima ꝓpoſitione eſſet ſermo de bonitate ex fine ſpecificãte actum exteriorem formaliter ſumptũ. In ſcðo vero de bonitate ex fine ⁊ circũſtãtia eiuſdẽ materialiter ſumpti. Sed quia intelligi non põt ꝙ idẽ numero actus exterior moralis ſit talis materialiter ſumptus ex aliquo fine vt circunſtantia ⁊ nõ ſit talis formaliter ſumptus ex eodem fine vt ſpecificante: non eĩ ſi quis orat vt furet intelligi põt ꝙ oratio ſit mala ex furto circunſtante: ⁊ oratio vt volita ſit non mala ex furto ſpecificante. Et rurſus q2 finis vt finis licet adiunctus eſt circunſtantia actus exterioris moralis vt ex ſupradictis patet: ⁊ finis vt finis eſt obiectum proprium voluntatis: ideo dicendum eſt ꝙ bonitas ex fine ſiue circunſtante: ſiue ſpecificante media voluntate ad exteriorem actum pertinet: ita quod actus exterior non habet bonitatem ex fine circunſtante niſi dependente a voluntate: ⁊ bonitas ex fine deriuatur in actum interiorem voluntatis ſpecificatiue ⁊ formaliter: in actum vero exteriorem formaliter ſumptum idest vt ſtat ſub interiori: ſpecificatiue quoqȝ ſed ſecundario: in eundem autem materialiter ſumptum vt adiacẽs circunſtantia. Quum ergo comparatur bonitas actus exterioris ex fine ad bonitatem eiuſdem ex genere ⁊ circunſtantijs: intellige ex circunſtantijs manentibus pure circunſtantijs qualis non eſt circunſtantia finis. q2 vt ſuperius eſt dictũ tranſit in ſpecificãs: ⁊ conſequenter ſubſtãtiale.

luntatem. ℭ Ad ſcðm dicendum, ꝙ finis eſt prior in intentione, ſed eſt poſterior in executiõe. ℭ Ad tertiũ dðm, ꝙ forma ſm ꝙ eſt recepta in mãa eſt poſterior via gñationis ꝗ mãa lʒ ſit prior nã: ſʒ hʒ ꝙ eſt in cã agẽte eſt oib⁹ modis prior: voluntas aũt comparatur ad actũ exteriorem, ſicut cauſa efficiens: vñ de bonitas actus voluntatis eſt forma exterioris actus ſicut in cauſa agente exiſtens.

ℭ Utrum tota bonitas ⁊ malitia exterioris actus dependeat ex bonitate voluntatis. Articu. 2.

AD Secundum ſic procedit. Uidet ꝙ tota bonitas ⁊ malitia actus exterioris dependeat ex voluntate. dicitur enim Mat. 7. Non põt arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala facere fructus bonos: per arborem autem intelligitur voluntas, ⁊ per fructum opus, ſm glo. ergo non põt eſſe ꝙ voluntas interior ſit bona. ⁊ actus exterior ſit malus, aut econuerſo. ℭ P̄. Augu. dicit in lib. retractationũ ꝙ non niſi voluntate peccatur. ſi ergo nõ ſit peccatum in voluntate, non erit peccatum in exteriori actu ⁊ ideo tota bonitas vel malitia exterioris actus ex voluntate dependet. ℭ P̄. Bonũ ⁊ malum de quo nunc loquimur ſunt differentie moralis actus. Differentie autem per ſe diuidunt genus ſm p̄hm in. 8. meta. cum igitur actus ſit moralis ex eo ꝙ eſt voluntarius, videtur ꝙ bonũ ⁊ malum accipit in actu ſolũ ex parte voluntatis.

Sed ꝯ eſt, ꝙ Aug. dt in li. ꝯ mediaciũ, ꝙ quedam ſunt q̃ nullo quaſi bono fine aut bona voluntate poſſunt bñ fieri.

Rñdeo Dðm, ꝙ ſicut iã dictũ eſt in exteriori actu põt conſiderari duplex bonitas vel malitia. Una ſm debitã mãm ⁊ circũſtãtias. Alia ſm ordinẽ ad finẽ. Et illa quidẽ q̃ eſt ſm ordinẽ ad finẽ tota dependet ex voluntate: illa autẽ q̃ eſt ex debita mãa vel circũſtãtijs depẽdet ex ratione. ⁊ ex hac depẽdet bonitas voluntatis ſm ꝙ in ipſam fertur. ℭ Eſt aũt cõſiderandum ꝙ ſicut. ſ. dictũ eſt, ad hoc ꝙ aliqd ſit malũ ſufficit vnus ſingularis defect⁹: ad hoc aũt ꝙ ſit ſimpliciter bonum non ſufficit vnũ ſingulare bonũ, ſʒ requiritur integritas bonitatis: ſi igitur voluntas ſit bona ⁊ ex obiecto ꝓprio: ⁊ ex fine, ꝯñs eſt actum exteriorem eſſe bonũ, ſed non ſufficit ad hoc ꝙ actus exterior ſit bon⁹, bonitas voluntatis que eſt ex intẽtione finis: ſed ſi voluntas ſit mala ſiue ex intẽtione finis, ſiue ex actu volito, conſequens eſt actum exteriorem eſſe malum.

Ad primũ Ergo dðm, ꝙ voluntas bona: prout ſignificat̃ p arborem bonam eſt accipienda ſm ꝙ habet bonitatem ex actu volito, ⁊ ex fine intento. ℭ Ad ſm dðm, ꝙ non ſolum aliquis volun

ℭ Super Arti. 2.

In titulo. 2. artic. ſtatim dubium occurrit quomodo poſt determinationem quod bonitas aliqua prius cõuenit actui exteriori quam voluntati: dubitari rite poteſt, an tota eius bonitas pendeat ex voluntate. Si enim prius actus conuenit ꝗ voluntati aliqua bonitas liquet ꝙ illa nõ pendet a voluntate. prius enim nõ dependet a poſteriori: ac per h̃ cõſtat ꝙ nõ tota bonitas actus exterioris pendet ex voluntate. Nulla ergo eſt hic rationabilis queſtio. ℭ Ad hoc dr ꝙ quia act⁹ exterior voluntarius claudit in ſe dependentiam a voluntate. Ideo ſtat ꝙ bonitas prius ſm naturã inſit ipſi actui humano exteriori quam voluntati: adhuc reſtat ambiguũ an etiã illa bonitas q̃ prius ei conuenit depẽdeat a voluntate: lʒ. n. prius non dependeat a poſteriori: qd tñ prius ineſt alicui põt dependere ab eo cui poſterius ineſt. Et eſt ſile ſi concluſo ꝙ ſanũ prius ineſt animali quã medicine quereretur an ſanitas animalis dependeat a medicina. ℭ Circa doctrinam in corpore eiuſdem ſecundi articuli traditam dubiũ occurrit quadruplex. Primo quia ſicut bonitas ex materia ⁊ circunſtantijs eſt ex rõne ita bonitas finis: neqȝ enim finis neqȝ actus quicunqȝ pertinet ad genus moris niſi vt ſtat ſub ordine rationis. Ratio ergo eſt cauſa ois bonitatis: vtraqȝ ergo bonitas debuit in rõnem reduci: ⁊ nõ altera in voluntatem ⁊ altera in rõnem vt in litera fit. ℭ Secundum dubium eſt: q2 aut hic ſermo eſt de actu exteriori abſolute aut vt eſt in exequutione. Si abſolute: quũ ſic preueniat voluntatem vt obiectum, nihil aliud eſt dicere ꝙ bonitas actus exterioris non eſt a voluntate ꝗ dicere ꝙ bonitas obiecti voluntatis nõ eſt a voluntate: ⁊ quum hoc commune ſit vtriqȝ voluntatis obo. ſ. fini ⁊ actui extrinſeco: debuit de vtroqȝ dici ꝙ nõ dependet a voluntate: ⁊ nõ diſpar iudiciũ proferri: vt in litera fit. Si autẽ vt eſt effectus voluntatis: quũ bonitas vtraqȝ ex obis ad actũ voluntatis, et ex actu voluntatis in actũ exteriorem imperatũ ⁊ factum deuenerit: par quoqȝ debuit proferri ſnĩa ꝙ vtraqȝ .ſ. eſt a voluntate dependente ab obiecto ſub ratione: ⁊ non ſicut in litera fit, altera tantum bonitas in voluntatem reduci. ℭ Tertiũ dubium eſt: q2 quũ vna circũſtãtia actũ actus exterioris ſit finis: oportʒ ꝙ bonitas actus exterioris ex gñe ⁊ circũſtantijs dependeat a voluntate: quia ab ea dependet bonitas ex fine vt in lr̃a dr. Eſt ergo implicatio dicere ꝙ bonitas actus exterioris ex fine dependet a voluntate: ⁊ ꝙ bonitas ei⁹ ex genere ⁊ circunſtantijs non dependet ex ea. Clauditur enim in hac bonitas ex fine. ℭ Quartũ dubium eſt directe ꝯ bonitatẽ actus exterioris in executiõe: quia quum reſpectu voluntatis obm ⁊ finis coincidãt: vt dictum eſt actus exterior obm voluntati oportet ꝙ ſit eius finis: ac p h̃ volũtas ſit bona ex eo ſicut ex fine. Et tunc ſic: bonitas ex fine in actu exteriori pẽdet tota ex volũtate: quia finis eſt obiectum ꝓpriũ volũtatis. Sed bonitas actus exterioris eſt bonitas ex fine: quia actus exterior obiectum ⁊ finis eſt voluntatis: ergo tota bonitas actus exterioris pẽdet ex voluntate: ⁊ idem eſt iudicium de vtraqȝ bonitate. ℭ Ad primũ horũ dicitur ꝙ hic non comparat̃ finis actui exteriori: vt argumentum credit. Sed comparat̃ bonitas vel malitia ex fine in actu exteriori inuenta, bonitati vel malitie ex genere ⁊ circunſtantijs in eodẽ exiſtenti. verbi grã in hoc actu vti re ſua qñ oportet ⁊c. ꝓpter bonũ patrie inuenit̃ duplex bonitas .ſ. ex fine: q2 ꝓpter bonum patrie ex gñe ⁊ circunſtantijs: q2 re ſua qñ opʒ ⁊c. ⁊ fit hic cõparatio earũ: ⁊ dicit̃ primo ꝙ bonitas ex fine in h̃mõi actu inuẽta pendet p ſe ex interiori actu voluntatis: q2 finis ex hoc ꝙ eſt ꝓprium voluntatis ſolius obum confert inter actus actui voluntatis primo bonitatem ſuã ita ꝙ voluntatis act⁹ eſt primo bonus tali bonitate: ⁊ p h̃ ſm talis bonitas conuenit cuicunqȝ cõuenit: ⁊ conſequẽter actus humanus exterior prefatus hʒ ꝙ ſit tali bonitate bonus ex actu interiori voluntatis. Dicitur ſcðo ꝙ bonitas ex genere ⁊ circunſtantijs in eodẽ actu inuẽta nõ pendet ex voluntate: q2 non ideo hic actus eſt ſic bonus quia velle ipſum eſt bonum: ſed econuerſo: ſed pendet ex rõne: inter potentias enim anime principia moralis bonitatis vel malitie ſunt ratio vel volũtas. Si ergo volũtas non eſt p ſe cauſa huius: relinquitur ꝙ rõ ſit. Et reuera rõ eſt principium nõ ſolũ humane ſʒ etiã omnis bonitatis ⁊ malitie moralis: q2 eſt principiũ totius eſſe moralis: ſed quia bo-

¶ Utrum bonitas ⁊ malitia ſit eadem exterioris ⁊ interioris actus. Articu. 3.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ actus nālēs nō ſunt in poteſtate nālis agētis: cū natura ſit determinata ad vnū. ⁊ idō lȝ in actib⁹ nālib⁹ ſit peccatū, nō tñ eſt ibi culpa. ℂ Ad ſm dōm, ꝙ rō aliter ſe hȝ in artificialib⁹ ⁊ alr̄ in moralibus. In artificialib⁹. n. rō ordinat̄ ad finē ꝑticularē, qd̄ eſt aliqd ꝑ rōnē excogitatū. In moralib⁹ autē ordinat̄ ad finē cōem totius humane vite: finis aūt ꝑticularis ordinat̄ ad finē communē. Cum eñ peccatū ſit per deuiationē ab ordine ad finē, vt dictū eſt, in actu artis cōtingit dupl'r eſſe peccatū. Uno modo ꝑ deuiationem a fine particulari intento ab artifice, ⁊ hoc peccatum erit proprium arti: puta ſi artifex intendens facere bonū opus, faciat malum: vel intendens malū faciat bonum. Alio modo per deuiationem a fine cōi humane vite. ⁊ hoc modo dicet̄ peccare, etiam ſi intēdat facere malum opus, ⁊ faciat per hoc vt alius decipiat̄. ſed hoc peccatū nō eſt propriū artificis inquantū artifex ſed inquantum homo eſt. vnde ex primo peccato culpatur artifex inquantum artifex, ſed ex ſcdo culpatur homo inquantū homo. Sed in moralibus vbi attenditur ordo rationis ad finē communē humane vite ſemper peccatū ⁊ malū attenditur per deuiationem ab ordine rationis ad finem cōem humane vite. ⁊ ideo culpatur ex tali peccato homo ⁊ inquantū eſt homo, ⁊ inquantū moralis eſt. vñ philoſophus dicit in .6. eth. ꝙ in arte volēs peccans eſt eligibilior: circa prudentiam autem minus, ſicut ⁊ in virtutibus moralibus: quarum prudentia eſt directiua. ℂ Ad tertium dicendum, quod illa infirmitas que eſt in malis voluntarijs ſubiacet poteſtati hominis. ⁊ ideo nec tollit nec diminuit rationem culpe.

ℂ Utrum actus humanus inquantum eſt bonus vel malus habeat rationem meriti vel demeriti. Articu. 3.

AD Tertiū videt̄ ꝙ actus humanus non habeat rōnem meriti ⁊ demeriti propter ſuam bonitatem vel malitiam. meritū enim ⁊ demeritum dicitur ꝑ ordinē ad retributionē que locū ſolum habet in his que ad alterū ſunt. ſed nō omnes actus humani boni vel mali ſunt ad alterum, ſed quidā ſunt ad ſeipſum: ergo non omnis actus humanus bonus vel malus, habet rōnem meriti vel demeriti. ℂ P̄. Nullus meretur penā vel premiū ex hoc quod diſponit vt vult de eo cuius eſt dominus: ſicut ſi homo deſtruat rem ſuā non punitur ſicut ſi deſtrueret rem alterius. ſed homo eſt domin⁹ ſuorum actuū. ergo ex hoc ꝙ bene vel male diſponit de ſuo actu nō meretur penā vel premium. ℂ P̄. Ex hoc ꝙ aliquis ſibipſi acquirit bonum non meretur vt ei bene fiat ab alio. ⁊ eadē ratio eſt de malis. ſed ipſe actus bonus eſt quoddam malū ipſius. nō ergo ex hoc ꝙ homo facit malum actum vel bonum meretur vel demeretur.

2.d.40 ar.5. Et 4.d.16 q.3.ā.1 qō.1.ad 1ᵐ. Et mal. q.2 ar.2. ad 5ᵐ.

Sed Contra eſt, ꝙ dr̄ Eſaie. 3. dicite iuſto qm̄ bene: quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet: vel impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.

Rñdeo Dicendum, ꝙ meritū ⁊ demeritū dicūtur in ordine ad retributionē que fit ſȝ iuſtitiā: retributio aūt ſm iuſtitiam fit alicui ex eo ꝙ agit in profectū vel nocumētum alterius. ℂ Eſt aūt cōſiderandū ꝙ vnuſquiſqȝ in aliqua ſocietate viuens eſt aliquo mō pars ⁊ membrū totius ſocietatis. quicūqȝ ergo agit aliqd in bonū vel malum alicuius in ſocietate exiſtētis hoc redundat in totā ſocietatē: ſicut qui ledit manū ꝑ cōſequens ledit hoīem. Cū ergo aliquis agit in bonū vel malū alterius ſingularis ꝑſone: cadit ibi dupl'r ratio meriti vel demeriti. Uno mō ſm ꝙ debet̄ ei retributio a ſingulari perſona, quā iuuat vel offendit. alio modo ſm ꝙ debetur ei retributio a toto collegio. Quando vero aliquis ordinat actum ſuum directe in bonū vel malū totius collegij, debet̄ ei retributio primo quidem ⁊ principaliter a toto collegio: ſcdario vero ab oībus collegij partib⁹. cum vero aliquis agit qd̄ in bonum propriū vel malum vergit etiā debetur ei retributio, inquantum etiam hoc vergit in cōe ſm ꝙ ipſe eſt pars collegij: lȝ non debeatur ei retributio inquātū eſt bonū vel malum ſingularis perſone que eſt eadem agenti, niſi forte a ſeipſo ſm quandā ſimilitudinem, prout eſt iuſtitia hominis ad ſeipſum. Sic igitur patet ꝙ actus bonus vel malus hȝ rōnem laudabilis vel culpabilis ſm ꝙ eſt in poteſtate voluntatis: rōnem vero rectitudinis ⁊ peccati ſecūdum ordinem ad finem: rationem vero meriti ⁊ demeriti ſecundum retributionem iuſtitie ad alterum.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ qñqȝ actus hoīs boni vl' mali etſi nō ordināτur ad bonū vel malū alterius ſingularis ꝑſone: tñ ordinant̄ ad bonū vel ad malū alterius qd̄ eſt ipſa cōitas. ℂ Ad ſcdm dōm, ꝙ homo qui hȝ dominiū ſui actus, ipſe etiam inquātū eſt alterius. ſ. communitatis cuius eſt pars, meretur aliquid vel demeretur, inquātū actus ſuos bene vel male diſponit. ſicut etiam ſi alia ſua de quibus cōitati ſeruire debet, vel bene vel male diſpenſat. ℂ Ad tertiū dicēdum, ꝙ hoc ipſum bonum vel malum qd̄ aliquis ſibi facit per ſuum actum, redundat in communitatem: vt dictum eſt.

¶ Utrum actus humanus inquantum eſt bonus vel malus habeat rationem meriti vel demeriti apud deum. Arti. 4.

AD Quartũ ſic ꝓceditur. Videt ꝙ act⁹ hominis bonus vel malus non habeat rõnẽ meriti vel demeriti per cõparationẽ ad deũ. q2 vt dictũ eſt meritũ ⁊ demeritũ importat ordinẽ ad recõpenſationẽ ꝓfectus vel damni ad alterũ illati. ſʒ bonus actus hoīs vel malus non cedit in aliquem ꝓfectũ vel damnũ ipſius dei, dicitur eñi Job. 35. Si peccaueris qd ei nocebis: porro ſi iuſte egeris quid donabis ei: ergo actus hoīs bonus vel malus nõ hʒ rõnem meriti vel demeriti apud deum. ¶ ꝓ. Inſtrumentũ nihil meret vel demeret apud eũ ꝗ vtitur inſtrumẽto. q2 tota actio inſtrumẽti eſt vtentis ipſo. ſed homo in agẽdo eſt inſtr̃m diuine virtutis principaliter ipſum mouentis: vñ dicit Eſa. x. Nunquid gloriabit ſecuris cõtra eũ ꝗ ſecat in ea: aut exaltabit ſerra cõtra eũ a quo trahitur: vbi manifeſte hominẽ agẽtẽ cõparat inſtrumento. ergo hõ bñ agẽdo vel male non meret vel demeretur apud deum. ¶ ꝓ. Act⁹ humanus habet rõnem meriti vel demeriti inquantum ordinatur ad alterũ. ſed non omnis actus humanus ordinatur ad deum. ergo non oẽs actus boni vel mali habent rationem meriti vel demeriti apud deum.

Sed Cõtra eſt, ꝙ dr̃ eccl. vlt. Cuncta ꝗ fiunt adducet deus in iudicium ſiue bonũ, ſiue malũ. ſʒ iudiciũ importat retributionẽ reſpectu cui⁹ meritũ vel demeritũ dicit. ergo oĩs act⁹ hoīs bon⁹ vel malus habet rationẽ meriti vel demeriti apud deum.

Rñdeo Dicẽdũ, ꝙ ſicut dictũ ẽ, act⁹ alicuius hoīs hʒ rõnem meriti vel demeriti ſm ꝙ ordinat ad alterũ, vel rõne eius, vel rõne cõĩs: vtroqʒ autẽ modo actus noſtri boni vel mali habẽt rõnẽ meriti vel demeriti apud deũ. ratione ꝗdẽ ipſius inq̃ntum eſt vltimus hoīs finis. eſt autẽ debitũ, vt ad finẽ vltimũ oẽs actus referãtur, vt ſupra habitũ eſt. vnde ꝗ facit actũ malũ nõ referibilem in deũ non ſeruat honorẽ dei qui vltimo fini debetur. Ex parte vero toti⁹ cõitatis vniuerſi: q2 in qualibet cõicatione ille qui regit cõitatem precipue hʒ curã boni cõĩs: vnde ad eum pertinet retribuere ꝓ his que bene vel male fiũt in cõitate. Eſt autem deus gubernator ⁊ rector totius vniuerſi, ſicut in primo hitũ eſt, ⁊ ſpecialiter rõnaliũ creaturarũ. vñ manifeſtũ eſt ꝙ actus humani hñt rõnẽ meriti vel demeriti ꝑ cõparationem ad ipſum. alioqñ ſequeret quod deus nõ haberet curã de actibus humanis.

Ad pmũ Ergo dicẽdũ, ꝙ per actum hominis deo ſecundũ ſe nihil põt accreſcere vel deperire: ſed tamẽ homo quãtum in ſe eſt, aliquid ſubtrahit deo vel ei exhibet, cum ſeruat vel non ſeruat ordinẽ quem deus inſtituit. ¶ Ad ſm dõm, ꝙ homo ſic mouet a deo vt inſtrumentũ, ꝙ tamen non excludit quin moueat ſeipſum per liberũ arbi. vt ex ſupradictis patet. ⁊ ideo ꝑ ſuum actũ meretur, vel demeret apud deũ. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ homo nõ ordinatur ad cõitatẽ politicã ſm ſe totũ, ⁊ ſm oĩa ſua. ⁊ ideo nõ oportet ꝙ quilibet actus eius ſit meritori⁹ vel demeritorius per ordinem ad cõitatẽ politicã. ſed totum ꝙ homo eſt ⁊ qđ poteſt ⁊ habet, ordinandum eſt ad deum. ⁊ ideo omnis actus hominis bonus vel malus habet rationẽ meriti vel demeriti apud deum quantum eſt ex ipſa ratione actus.

¶ De ſubiecto paſſionum anime. Qõ. 22.

POſt hoc cõſiderãdum eſt de paſſionib⁹ anime. ¶ Et primo in gñali. Scdo in ſpeciali. ¶ In generali aũt quatuor occurrũt circa eas ꝯſiderãda. Primo quidẽ de ſubiecto earũ. Scdo de differẽtia earũ. Tertio de cõparatione earũ adinuicẽ. Quarto de malitia ⁊ bonitate ipſarũ. ¶ Circa primũ querunt tria. Primo vtrum aliqua paſſio ſit in aĩa. Secundo vtrum magis in parte appetitiua: ꝗ̃ in appꝛehẽſiua. Tertio vtrum magis ſit in appetitu ſenſitiuo quam intellectiuo: qui dicitur voluntas.

¶ Utrum aliqua paſſio ſit in anima. Ar. 1.

AD Primũ ſic proceditur. Videt ꝙ nulla paſſio ſit in anima. pati eñi eſt propriũ materie. ſed aĩa nõ eſt cõpoſita ex materia ⁊ forma, vt in primo habitum eſt. ergo nulla paſſio eſt in anima. ¶ ꝓ. Paſſio eſt motus, vt dicitur in. 3. phy. ſed anima non mouetur, vt probatur in primo de anima. ergo paſſio non eſt in anima. ¶ ꝓ. Paſſio eſt via in corruptionem. nam omnis paſſio magis facta abijcit a ſubſtantia: vt dicitur in lib. topicorum. ſed anima eſt incorruptibilis. ergo nulla paſſio eſt in anima.

Sed Contra eſt, ꝙ apoſtolus dicit ad ro. 7. Cũ eſſemus in carne paſſiones peccatorum que per legem erant, operabantur in membris noſtris. peccata autem ſunt proprie in anima. ergo ⁊ paſſiones que dicuntur peccatorum ſunt in anima.

Rñdeo Dicendũ, ꝙ pati dicit tripl̃r. Uno mõ cõĩter ſm ꝙ omne recipere eſt pati etiã ſi nihil abijciatur a re, ſicut ſi dicatur aerem pati qñ illuminatur, hoc autẽ magis eſt perfici ꝗ̃ pati. Alio modo dicitur ꝓprie pati qñ aliqđ recipit cũ alterꝰ abiectiõe. ſed hoc cõtingit dupl̃r. qñqʒ n. abijcitur id qđ non eſt conueniens rei. ſicut cũ corpus animalis ſanatur, dicitur pati: q2 recipit ſanitatem, egritudine abiecta. Alio mõ quando econuerſo contingit, ſicut egrotare dicit pati: q2 recipit infirmitas ſanitate abiecta: ⁊ hic eſt propriiſſimus mod⁹ paſſionis. nã pati dicitur ex eo ꝙ aliqđ trahitur ad agẽtẽ: qđ aũt recedit ab eo qđ eſt ſibi cõuenientẽ, maxime videt ad aliud trahi. ⁊ ſil̃r in primo de generatione dicit, ꝙ qñ ex ignobiliori gñat nobilius eſt gñatio ſimpl̃r ⁊ corruptio ſm qđ, ecõuerſo aũt qñ ex nobiliori ignobilius gñatur. ⁊ his tribus modis cõtingit eſſe in aĩa paſſionẽ. nã ſm receptionẽ tm̃ dicit ꝙ ſentire ⁊ intelligere eſt quoddam pati, paſſio autem cum abiectione non eſt niſi ſm tranſmutationem corporalẽ. vnde paſſio proprie dicta non põt cõpetere aĩe niſi per accidens: inq̃ntũ. ſ. cõpoſitũ patit, ſʒ in hoc eſt diuerſitas. nam qñ hmõi trãſmutatio ſit in deterius, magis proprie habet rationem paſſionis, ꝗ̃ qñ ſit in melius. vnde triſtitia magis proprie eſt paſſio ꝗ̃ letitia.

Ad pmũ Igitur dõm, ꝙ pati ſecundũ ꝙ eſt cum abiectione ⁊ tranſmutatione propriũ eſt materie. vnde non inuenitur niſi in cõpoſitis ex materia ⁊ forma. ſed pati prout importat receptionem ſolã non eſt neceſſariũ ꝙ ſit materie. ſed poteſt eſſe cuiuſcũqʒ exiſtis in potẽtia. Anima autẽ etſi nõ ſit cõpoſita ex materia ⁊ forma, habet tamen aliquid potẽtialitatis ſecũdũ quam conuenit ſibi recipere ⁊ pati: ſcdm ꝙ intelligere pati eſt, vt dicitur in. 3. de anima. ¶ Ad ſcdm dicendum, ꝙ pati ⁊ moueri, etſi

Et hec. 6. lec. 3. ¶ Super Art. 3. IN calce vltimi articu. eiuſdem queſtio. aduerte illa vltima verba quãtum eſt ex ipſa rõne actus: dupl̃r eñi oĩs alicuius act⁹ humanus poteſt habere rationem meritorij vel demeritorij. Primo ex ipſa ratione actus. Secũdo ex ſtatu perſone agentis. Et hoc quidem ſecundo modo nõ omnis actus humanus eſt meritorius vel demeritorius: ſed exiſtentis in ſtatu gratie. primo vero modo omnis actus hũanus eſt meritorius vel demeritorius: ⁊ vt preſeruaret ſe author addidit q̃tũ ẽ ex ipſa rõne actus. Et hoc intellige loquẽdo de merito vite eterne ſeu ſimpliciter apd deũ: latiſſime eñi loquendo de merito omnis act⁹ bonus retributionem et malus punitionem exposcat. ⁊ quoniã difficultas illa in oĩs actus exñtis in gratia ſit meritorius vel demeritorius reſpectu vite eterne: ex precepto charitatis pẽdet. Et inferius de his erit ſermo in queſtione cẽteſima: iccirco illucuſqʒ differantur ſoluenda argumenta Scoti in quol. qõ. 17. ⁊ in. 2. ſentẽ. diſtin. 41. ⁊ durandi in 40ª. diſtin. 2.

¶ In reliquis huius queſtionis nihil occurrit ſcribendum.

¶ Super queſtio. 22. Articu. 1.

CIrca rationem paſſionis magis proprie aſſignandam in primo articu. 22. q. dubiũ occurrit: quia quum omnis paſſio anime, de qua eſt ſermo. ſit cum aliqua diſconuenienti trãſmutatiõe corporali, quã ſ. opʒ motum cordis a naturali ſuo motu aliqualiter recedere: ſequitur quod omnis paſſio eſt cum trãſmutatione in deterius: ⁊ nulla ſit in melius.

¶ Ad hoc dicitur: qđ abſolute loquẽdo concedendum eſt qđ oĩs paſſio anime eſt cum aliqua preternaturali mutatiõe: quia cordis motus intenditur aut remittitur a ſuo naturali motu ⁊ ex hoc illa opera anime que vocamus eius paſſiones hñt rationem ⁊ nomẽ paſſionis: verum quia inter preternaturales mutationes daſ latitudo ⁊ min⁹ mala reſpectu magis male hʒ rõnem melioris. Ideo paſſiones ille que ad peius declinant magis proprie paſſiones dñr: declinant autem in peius mutationes ille que ſunt materia paſſionũ cõſiſtentium in fuga ſeu retractione: vt timor ⁊ triſtitia ꝗ̃ ille, que ſunt materia paſſionũ conſiſtentium in extenſione ſeu ꝓſecutione vt amor et letitia: q2 vita humana conſiſtit in vitali extenſione cordis ad totum corpus. Et propterea i litera dicitur: ꝙ triſtitia habet magis rationem paſſiõis ꝗ̃ letitia: iſta eñi preternaturalitatẽ ſolam intẽſionis motus hʒ: illa vltra preternaturalitatẽ remiſſionis motus habet motum contrarium vitali extenſioni cordis ad corporis partes. Ex eadem ꝗ̃ radice. ſcʒ maioris receſſus a naturali: paſſione quacũqʒ intenſe habent magis rationem paſſionis quã remiſſe: motus enim corporalis maior ibi interuenit. hec autẽ que dicimus notanter dicimus abſolute dici: quoniam ſi eſſet ſermo non abſolute ſed in ordine ad hũc melancholicũ: vel ſic quomodo licet diſpoſitum nihil prohibere videt ꝙ tranſmutatio oppoſite paſſionis: puta letitie ſit naturalis ſimpliciter etiã illi: preternaturalis autem huic ſic nunc intento. Alteri enim extremo nõ ſolũ extremum ſed mediũ opponitur: vt dicitur in. 5. phy. ⁊ motus cordis qui huic, nunc, ſic ⁊c. eſt intenſior: ſimpliciter etiam ipſi bone diſpoſito põt eſſe naturalis: vt infirmis videt contingere quum ad aliqualem letitiã exercitati a cordis preſſura leuantur. Signũ autẽ ꝙ in omni paſſiõe aĩe ſit tranſmutatio aliqua preternaturalis in corde eſt neminem in paſſione eadem actualiter diutius perdurare ſine corporali leſiõe aut curatione.

¶ In reſponſione ad primum et ſecundum aduerte ꝙ quia motus animi qui vocant anime paſſiones: ſcilicet amor, timor, ira ⁊ alia huiuſmodi habent rationem paſſionis proprie ſm ꝙ interueniunt in eis aliqua tranſmutatio corporalis ⁊ huiuſmodi tranſmutatio ẽ annexa motui anime. Ideo huiuſmodi actus appetitiue animalis habẽt quidem rationeʒ paſſionis ratione annexi

3. diſt. 15. q. 2. ar. 1. Et hi. q. 26. ar. 1. ⁊ 2. co.

habent ad rationem appetitiui motus: et talis patitur ire vel timoris ſecũdum ſe. propter qđ in litera dicitur ꝙ anime conuenit huiuſmodi pati per accidẽs & alibi. s. in. 26. qõ. de veritate dicitur qđ iraſci, timere &c. conueniunt anime per ſe: & reuera hoc hʒ compoſitum ratione anime. illud ratione corporis

bus triſtitiam: & a delectabilibus coniunctis delectationem etiam ſi nõ […]mus: ſicut a ſenſibilibus ſenſationes.

¶ Super Artic. 2.

I. qõ. 41. ar. 1. co. Et 3. qõ. 25. ã. 4. cor. Et ſcđ. q. 26. ã. 3. cor. & ad 18m. Et Dio. 2. lec. 5. co. 1. Et 2. ethi. lec. 5. co. 1. & Et 1. pi. lec. 2. co. 3.

In corpore articu. 2. aduerte quod quum determinatum fuerit in. 1. arti. quod motus animi habet rationem paſſionis ex adiuncta tranſmutatione corporali: putaret quiſpiam quod ex maiori propinquitate ad huiuſmodi tranſmutationem debuiſſet definiri an appetitiua vel apprehenſiua pars ſapiat paſſionem. Et licet hoc licitum fuiſſet: et eadem concluſio ab autore habita ex hac radice habebatur: eo ꝙ nulla vis apprehenſiua cauſat tranſmutationem corporalem niſi mediãte appetitiua: ac per hoc appetitiua propinquior paſſioni magis eam participat: ita ꝙ infallibiliter cadat in eius ratione vt in reſpõſione ad tertiũ in litera dicitur. Attamen exorſus autor ex propriis rationibus motuũ apprehenſiue & appetitiue intentum venatus eſt. ita ꝙ ſecluſa tranſmutatione corporali inuenit appetitiuum motum habere magis rõnẽ paſſionis: quum enim ſecluſo corpore pati conſiſtat in recipere ab agente & trahi in illud quod eſt agẽs aſſimilando ſibi patiens trahit illud ad ſe: & pars apprehenſiua minus trahatur ad agens q̃ pars appetitiua: cõſequens eſt ꝙ paſſionis cõiter dicte magis habeat rõnem pars appetitiua q̃ apprehẽſiua. & probatur minor in litera: quia pars apprehẽſiua trahitur ab agẽte ad hoc vt ſit ipſum ſecundum eſſe intentionale: pars vero appetitiua trahitur ab agente ad hoc vt iungat ſibi ſm eſſe naturale. Sed accidit dubitatio: quia aut hic eſt ſermo de paſſione vt eſt ab agente aut communiter vt eſt ſiue ab agente ſiue a fine. Si primo modo: tunc ambigua videt ratio: quũ de appetibili an moueat effectiue appetitum magna queſtio eſt. Si ſcđo modo: tunc nihil valet ratio: qr magis patit qui proprie patit q̃ qui metaphorice. finis autẽ metaphorice agit. Et hoc igitur ꝙ appetitiua magis trahitur ad ſuũ obiectũ q̃ pars apprehenſiua ad ſuum: nõ ſequitur ꝙ magis patiatur: quũ apprehenſiua patitur vere idest a vere agente: appetitiua autem non patitur vere. ¶ Ad hoc dicitur ꝙ ſumitur paſſio vere & nõ metaphorice. & quod appetibile vt dicit auer. in ſecundo metaphy. 36 ſecundum quod eſt in anima eſt agens deſiderium & trahit ad ſe finem: vt eſt in re: ita quod differentia aſſignata in litera conſiſtit in hoc ꝙ agens in partem apprehenſiuam trahit ipſum ad ſe in eſſe intentionale: & hic ſiſtit: ad hoc enim actio hec & paſſio ordinatur. Appetibile autem agens in partem appetitiuam trahit ipſam effectiue ad hoc vt iungatur ſibi realiter: quomodo contingat iſta coniunctio realis: ſufficit enim quod paſſio illa per ſe ordinatur ad realem coniunctionem. Quod autem a multis vertatur in dubium an appetibile agat in appetitum: eis relinquatur hec dubitatio: nos enim experimur inferri nobis a malis futuris apprehenſis timorem: a preſentibus

non cõueniat anime per ſe, cõuenit tñ et per accidẽs: vt i primo de anima dr. ¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ rõ illa procedit de paſſione que eſt cũ trãſmutatione ad deterius. & huiuſmodi paſſio aĩe cõuenire nõ põt niſi p accñs: p ſe aũt conuenit compoſito quod eſt corruptibile.

¶ Utrum paſſio magis ſit in parte appetitiua quam in apprehenſiua. Articu. 2.

Ad Secundum videt ꝙ paſſio magis ſit in parte anime apprehenſiua quam in parte appetitiua. qđ enim eſt primum in quolibet genere videt eſſe maximũ illorum que ſunt in genere illo, & cauſa aliorum: vt dicit in. 2. metaphyſice. ſed paſſio prius inuenit in parte apprehenſiua quã in parte appetitiua. nõ enim patit pars appetitiua niſi paſſione precedẽte in parte apprehenſiua. ergo paſſio eſt magis in parte apprehenſiua quã in parte appetitiua. ¶ P̃. Quod eſt magis actiuum, videt eſſe minus paſſiuum: actio enĩ paſſioni opponit. ſed pars appetitiua eſt magis actiua q̃ pars apprehenſiua: ergo videtur quod in parte apprehenſiua magis ſit paſſio. ¶ P̃. Sicut appetitiua ſenſitiuus eſt virtus in organo corporali, ita & vis apprehenſiua ſenſitiua. ſed paſſio anime fit proprie loquẽdo ſecundũ tranſmutationem corporalem. ergo non magis eſt paſſio in parte appetitiua ſenſitiua quã in apprehenſiua ſenſitiua.

Sed Cõtra eſt, ꝙ aug. dt in. ix. de ciui. dei, ꝙ mot⁹ animi greci pathos: noſtri autem ſicut Cicero perturbationes, quidã affectiones vel affectus, quidam vero ſicut in greco habetur expreſſius paſſiones vocãt: ex quo patet qđ paſſiones anime ſunt idem quod affectiones. ſed affectiones manifeſte pertinẽt ad partẽ appetitiuam, & nõ apprehenſiuam. ergo & paſſiones magis ſunt in appetitiua quam in apprehenſiua.

Rñdeo Dõm, ꝙ ſicut iam dictuʒ eſt, nomine paſſiõis importatur quod patiens trahatur ad id qđ eſt agẽtis. Magis autẽ trahitur anima ad rẽ per vim appetitiuã q̃ per vim apprehenſiuam, nã per vim appetitiuam anima habet ordinem ad ipſas res, prout in ſeipſis ſunt. vñ philoſophus dicit in. 7. meta. ꝙ bonũ & malum que ſunt obiecta appetitiue potẽtie ſunt in ipſis rebus: vis autẽ apprehẽſiua nõ trahitur ad rẽ ſm ꝙ in ſeipſa eſt, ſed cognoſcit eam ſm intentionem rei quã in ſe hʒ vel recipit ſcđm proprium modum: vnde & ibidem dicitur qđ verum & falſum que ad cognitionem pertinẽt, non ſunt in rebus, ſed in mente. vnde patet ꝙ ratio paſſiõis magis inuenitur in parte appetitiua quam in parte apprehenſiua.

Ad primũ Ergo dicendũ, ꝙ econuerſo ſe hʒ in his q̃ pertinent ad perfectionem & in his que pertinẽt ad defectũ. nam in his que ad perfectionem pertinẽt attendit intẽſio per acceſſum ad vnũ primum principiũ: cui quãto eſt aliquid propinquius tãto eſt magis intẽſum: ſicut intẽſio lucidi attendit per acceſſum ad aliquid ſumme lucidum, cui quãto aliquid magis appropinquat tanto eſt magis lucidũ. ſed in his que ad defectũ pertinẽt, attendit intẽſio non per acceſſum ad aliqđ ſummũ, ſed per receſſum a perfecto. qr in hoc ratio priuationis & defectus cõſiſtit: & ideo quãto minus recedit a primo, tãto eſt minus intẽſum. & pp hoc in principio ſemper inuenit paruus defect⁹ qui poſtea procedendo magis multiplicat. paſſio aũt ad defectũ pertinet: qr eſt alicuius ſecundum ꝙ eſt in potentia. vnde in his que appropinquant primo perfecto. s. deo inuenitur parum de ratione potẽtie & paſſionis. in aliis aũt cõſequẽter plus: & ſic etiam in priori vi aĩe ſcʒ apprehẽſiua inuenit minus de ratiõe paſſionis. ¶ Ad ſcđʒ dõm, ꝙ vis appetitiua dicit eſſe magis actiua: qr eſt magis principiũ exterioris actus. & hoc habet ex hoc ipſo ex quo habet ꝙ ſit magis paſſiua. s. ex hoc ꝙ habet ordinem ad rem prout eſt in ſeipſa per actionẽ enim exteriorem venimus ad conſequendas res. ¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ ſicut in primo dictũ eſt, dupliciter organũ anime poteſt trãſmutari. Uno modo trãſmutatione ſpirituali ſm ꝙ recipit intentionẽ rei. & hoc per ſe inuenitur in actu apprehenſiue virtutis ſenſitiue. ſicut oculus immutatur a viſibili, non ita ꝙ coloretur, ſed ita ꝙ recipiat intentionẽ coloris. Eſt aũt & alia naturalis trãſmutatio organi prout organum trãſmutatur q̃tum ad ſuam naturalem diſpoſitionẽ: puta qđ calefit aut infrigidatur, vel alio modo ſimili tranſmutat. & huiuſmodi trãſmutatio per accidens ſe habet ad actũ apprehenſiue virtutis ſenſitiue: puta cũ oculus fatigatur ex forti intuitu. vel diſſoluitur ex vehementia viſibilis, ſed ad actum appetitus ſenſitiui p ſe ordinat huiuſmodi tranſmutatio: vnde in diffinitione motuuʒ appetitiue partis materialiter ponit aliqua naturalis tranſmutatio organi: ſicut dr ꝙ ira eſt accẽſio ſanguinis circa cor. vñ patet ꝙ ratio paſſionis magis inuenit in actu ſenſitiue appetitiue, q̃ in actu ſenſitiue virtutis apprehenſiue: licet vtraque ſit actus organi corporalis.

¶ In reſponſione ad primum: dubium occurrit quia ſi in his que pertinent ad defectum intenſio non attenditur penes acceſſum ad aliqđ maius: oportet falſam reddere aut excipere iam a doctrina tradita in ſecũdo meta. allegata in argumentis quã in primo poſteriorũ. s. propter quod vnũquodq; tale illud magis: deinde quia videmus ꝙ potentia maior eſt penes acceſſum ad materiam primam. Cõſtat autẽ potentiam defectũ ſonare. ¶ Ad hoc dr ꝙ doctrina hic tradita non ſolũ dicta ſed probata rõne eſt: qr. s. ratio priuationis & defectus cõſiſtit in hoc ſcilicet in receſſu a perfecto. Regulare quippe eſt quod vnũquodq; eſt magis et minus tale ſecundum ſui cõſtitutiui propriam latitudinem: vt patet inductiue: defectiua igitur quum cõſtituantur per hoc qđ eſt deficere ab aliquo: quãto magis ab illo deficiũt tanto magis erunt defectiua hec enim eſt propria latitudo deficientis vt ſic. Ex hoc autẽ quod defectiua vt ſic penes maiorem elongationem a perfectione magis defectiua ſunt: conſequens eſt ꝙ maior defectus non ſit a minori defectu vt propria cauſa ſed ex ipſa elongatione interueniente: ſicut enim in perfectionibus intenſio eſt penes acceſſum ad cauſam quia perfectio effectus eſt ex cauſa: ita ſi in malis defectiuis cõſequens eſſet ex precedente in ſua cauſa vt propria cauſa defectus effectus intenderetur ſecundum acceſſum ad cauſam. Et ex hoc patet ſolutio prime obiectionis: in defectiuis enim cauſa defectiua non eſt propria cauſa effectus defectiui quo ad defectũ ſed ex hoc ipſo quod magis elongatur a perfectione magis defectiuũ eſt. Unde licet pars apprehenſiua ſit cauſa appetitiue: & potentialitas in apprehenſiua cauſa & potentialitatem in appetitiua: maior tamen potẽtialitas inuenitur in appetitiua ex hoc ipſo ꝙ magis recedit ab actu q̃ apprehenſiua quod eſt dictũ ꝙ potentialitas ſua non tota eſt a potẽtialitate apprehẽſiue ſed ex neceſſitate adueniẽs. Ad ſcđam autem obiectionem dicitur ꝙ qr vt dicitur. x. met. menſura debet eſſe certiſſima nihil prohibet quo ad nos defectus menſurari penes acceſſum ad aliquod poſitiuum ſumme deficiens ſicut infirmitates maiores & minores dicimus per acceſſum ad mortem. & ſimiliter potentialis apud nos per acceſſum ad materiam primam: quum in rei veritate ille per receſſum a vita & iſte per acceſſum ab actu maiores vel minores ſunt. ¶ In reſponſione ad ſecundum aduerte quod nõ concedit autor ꝙ vis appetitiua ſit magis actiua ſimpliciter: ſed quo ad principiandum actum exteriorem: vis enim apprehenſiua quum mouet appetitiuam eſt magis in actu ſimpliciter, & magis actiua quodammodo. appetitiua autem efficacior eſt ad actum exteriorem: quia ei obediunt vires executiue: & quia primum mouens eſt ad exercitium actus: quod tamen totum: vt in literis dicitur, habet ex eodem ex quo habet quod ſit magis paſſiua: ex natura nanq; appetitiua eſt & quod tendat in bonum in finem in rem ſecundum ſeipſam.

Conſtat nanq; ꝙ ex hoc quod finis eſt obiectum appetitus, ſupremus appetitus habet ꝙ ſit motiuus ſimpliciter ad exercitium, ⁊ vniuerſaliter ꝙ appetitus mouet membra: vt patet ex tertio de anima.

¶ Super articulum tertium.

In articulo tertio dubium hic ſoluendum occurrit, quod in pluribus locis moueri poteſt, ⁊ eſt dubium ad hominem: ſcilicet ſanctum Thomã: ſcilicet quo pacto ipſe in prima parte queſt. 82 articu. quarto ponit differentiam inter motionem intellectus ⁊ voluntate ex conuerſo: in hoc quod intellectus finaliter, voluntas vero effectiue mouet. Et hic vult quod bonum intellectum eſt actiuũ in voluntatem.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ bonum apprehenſum mouet appetitum dupliciter: effectiue ſcilicet ⁊ finaliter. Effectiue quidem cauſando ipſum actum appetitus. finaliter vero quoniam ipſe actus in appetitu cauſatus tendit in bonum apprehenſum vt finem. differenter tamen apprehenſum bonũ cauſat vtroq; modo: quia ad cauſandum effectiue vtitur eſſe vt forma. Ad cauſandum vero finaliter, vtitur eſſe vt eſſe: appetibile enim puta ſanitas apprehenſa ratione ſui eſſe quaſi forma facit in appetitu deſiderium ſui vt ſic in eſſe reali iuxta illud Auerroys in. 12. metaphyſice cõmento. 36. Balneum in anima agit deſiderium ⁊c. Unde inter ceteras cauſalitates effectiuas ⁊ hanc qua appetibile mouet appetitum duplex eſt differentia. Prima licet occulta eſt: quia reliquis forma eſt ratio agendi, vnde et paſſum aſſimilatur agenti. In hac vero vt bonũ inuenitur omnifariam, obiectum formale appetitus eſſe induit rationem forme. vnde appetitus nõ ſuſcipit ſimilitudinem agentis: ſed conuenientis ſibi in ordine ad tale appetibile. Secunda eſt manifeſta: quia in ceteris cauſa effectiua non per ſe eſt niſi effectiua. In hac vero neceſſario ipſa effectiua eſt finalis non per accidens, ſed per ſe: quoniam per ſe effectus eius eſt actus per ſe tendens in cauſam illam vt finem. propter quod Auerroys in de ſubſtantia orbis, reprehendit dicentes finem non eſſe agens dicendo quod finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria. Quia vero cauſalitas iſta non eſt nec poteſt eſſe pure effectiua: ſed eſt effectiua ⁊ finalis: connumerata eſt contra finalem a ſancto Thoma in prima parte ⁊ alibi: quia autem in veritate interuenit cauſalitas effectiua, ideo hic ⁊ alibi quandoq; exprimitur quod bonum apprehenſum eſt actiuum et appetitus eſt paſſiuus ⁊c. Eſt ergo differentia inter intellectum ⁊ voluntatem in mouendo in hoc quod voluntas mouet effectiue intellectum et alias anime vires quo ad exercitium actus. intellectus autem mouet illam finaliter, et cum hoc effectiue ad ſpecificationem actus ex illa efficientia que neceſſario iungitur fini: propter quod vt dictum eſt finalis tantum cauſalitas expreſſa eſt. Quod autem hec ſit autoris mens non ſolum ex dictis nunc haberi põt: ſed ex ſuperius dictis: ſcilicet quod intellectus ratione obiecti mouet appetitum in genere cauſe formalis, de quo tamen nullo in prima parte loco allegato fit mentio.

¶ Ex hoc enim habes quod ſi etiam cum dictione excluſiua autor dixiſſet intellectum mouere voluntatem finaliter ſolum adhuc ſtarent que diximus eo quod excluſio non fit a concomitantibus. Et vt dictum eſt ad eſſe finalem concomitatur efficiens ſupradicto modo, ⁊ formalis reſpectu actuum: vt ſuperius explanatum fuit.

¶ Utrũ paſſio ſit magis in appetitu ſenſitiuo ꝙ intellectiuo q̄ dr̄ voluntas. Art. 3.

Ad Tertiũ ſic proced. Uidet ꝙ paſſio nõ magis ſit in appetitu ſenſitiuo ꝙ in appetitu intellectiuo. Dicit enĩ Dion. 2. ca. de diui. no. ꝙ Ierotheus ex quadã eſt doct⁹ diuiniore inſpiratione non ſolũ diſcens, ſed etiã patiẽs diuina: ſ; paſſio diuinoꝝ nõ põt pertinere ad appetitũ ſenſitiuũ, cuius obm eſt bonũ ſenſibile. ergo paſſio eſt in appetitu intellectiuo, ſicut ⁊ in ſenſitiuo. ¶ P̃. Quanto actiuũ eſt potẽtius, tãto paſſio eſt fortior: ſed obm appetitus intellectiui ꝙ eſt bonum vle, eſt potẽtius actiuũ ꝙ obm appetit⁹ ſenſitiui, ꝙ eſt particulare bonũ. ergo ratio paſſionis magis inuenitur in appetitu intellectiuo ꝙ in appetitu ſenſitiuo. ¶ P̃. Gaudiũ ⁊ amor paſſiones quedam eſſe dicuntur: ſed hec inueniuntur in appetitu intellectiuo, et non ſolum in ſenſitiuo: alioquin non attribuerentur in ſcripturis deo ⁊ angelis. ergo paſſiones non magis ſunt in appetitu ſenſitiuo quam in intellectiuo.

Sed 3 eſt ꝙ dicit Dam. in. 2. lib. deſcribens aĩales paſſiones. Paſſio eſt motus appetitiue virtutis ſenſibilis in imaginatione boni vel mali. Et alr̃. Paſſio ẽ motus irrõnalis aĩe p ſuſceptionẽ boni ⁊ mali.

Rñdeo Dcm̃ ꝙ ſicut iã dictũ eſt paſſio ꝓprie inuenit̃ vbi eſt trãſmutatio corꝑalis, q̄ quidẽ inuenit̃ in actib⁹ appetit⁹ ſenſitiui. ⁊ nõ ſolũ ſpũalis ſicut eſt in apprehenſione ſenſitiua: ſ; etiã nãlis. In actu autẽ appetit⁹ intellectiui non requirit̃ aliqua trãſmutatio corꝑalis. q: hmõi appetitus nõ eſt ꝟtus alicuius organi. vñ p; ꝙ rõ paſſionis magis ꝓprie inuenit̃ in actu appetitus ſenſitiui ꝙ intellectiui: vt etiã patet per diffinitiones Dama. inductas.

Ad Primũ ḡ dcm̃, ꝙ paſſio diuinoꝝ ibi dr̄ affectio ad diuina, ⁊ cõiunctio ad ipſa per amorẽ, ꝙ tñ fit ſine tranſmutatione corporali. ¶ Ad ſcm̃ dcm̃, ꝙ magnitudo paſſionis nõ ſolũ dependet ex ꝟtute agentis, ſ; etiã ex paſſibilitate patiẽtis, q: q̄ ſunt bene paſſibilia, multũ patiunt̃ ẽt a paruis actiuis. Licet ḡ obm appetit⁹ intellectiui, ſit magis actiuũ ꝙ obm appetit⁹ ſenſitiui, tñ appetit⁹ ſenſitiuus eſt magis paſſiuus. ¶ Ad tertiũ dcm̃, ꝙ amor ⁊ gaudiũ ⁊ alia hmõi cũ attribuunt̃ deo vel angelis aut hoib⁹ ſcm̃ appetitum intellectiuũ, ſignt ſimplicẽ actũ volũtatis cũ ſ. ſitudine effectus abſq; paſſione. Ut dicit aug. 9. de ciui. dei. Sancti angeli ⁊ ſine ira puniunt, ⁊ ſine miſerie compaſſione ſubueniunt. ⁊ tamẽ iſtarũ nomina paſſionũ cõſuetudine locutionis humane etiam in eos vſurpant̃ propter quandã operũ ſiſitudinẽ non propter affectionũ infirmitatem.

¶ De drĩa paſſionũ adinuicem. Qõ. 23.

Deinde Conſiderandũ eſt de paſſionũ drĩa adinuicẽ. ¶ Et circa hoc querant̃ quatuor. Primo vtrũ paſſiones que ſunt in concupiſcibili ſunt diuerſe ab his que ſunt in iraſcibili. Secundo vtrum cõtrarietates paſſionũ iraſcibilis ſint ſcm̃ contrarietatem boni ⁊ mali. Tertio vtrum ſit aliqua paſſio non habens contrarium. Quarto vtrum ſint alique paſſiones differentes ſpecie in eadem potentia non contrarie adinuicem.

¶ Utrũ paſſiones q̄ ſunt in ↄcupiſcibili ſint diuerſe ab his q̄ ſunt in iraſcibili. Art. 1.

Ad Primũ Sic proceditur. Uĩ ꝙ paſſiones eedẽ ſint in iraſcibili ⁊ in concupiſcibili. Dicit eñ phs in. 2. ethic. ꝙ paſſiones aĩe ſunt quas ſequitur gaudium ⁊ triſtitia: ſed gaudiũ ⁊ triſtitia ſunt in concupiſcibili: ergo oẽs paſſiones ſunt in concupiſcibili: non ergo ſunt alie in iraſcibili et alie in concupiſcibili. ¶ P̃. Math. 13. ſuper illud, Simile eſt regnum celorum fermento ⁊c. Dicit gloſſ. Hiero. In ratione poſſideamus prudẽtiam, in iraſcibili odium vitioꝝ, in concupiſcibili deſiderium virtutum. Sed odium eſt in concupiſcibili, ſicut ⁊ amor cui contrariatur: vt dicitur in. 2. topi. ergo eadẽ paſſio eſt in concupiſcibili et iraſcibili. ¶ Preterea. Paſſiones ⁊ actus differunt ſpecie ſecundum obiecta: ſed paſſionum iraſcibilis et concupiſcibilis eadem obiecta ſunt ſc; bonum et malum: ergo eedem paſſiones ſunt iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis.

Sed Contra diuerſarum potentiarũ actus ſunt ſpecie diuerſi: ſicut videre ⁊ audire: ſed iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis ſunt due potentie diuidentes appetitũ ſenſitiuum: vt in primo dictum eſt: ergo cũ paſſiones ſint motus appetitus ſenſitiui: vt ſupra dictum eſt: paſſiones que ſunt in iraſcibili erunt alie ſecundum ſpeciem a paſſionibus que ſunt in concupiſcibili.

Rñdeo Dicendum ꝙ paſſiones que ſunt in iraſcibili a cõcupiſcibili differunt ſpecie. Cum enim diuerſe po:

¶ Super articulum tertium.

In articulo tertio dubium occurrit de hoc quod etiam in primo articulo dictum eſt: ſcilicet ꝙ in ſola anima ⁊ appetitu intellectiuo nulla eſt ꝓprie paſſio. Eſt autem ratio dubij: quia Scotus in primo ſen. diſtin. primu. q. 3. ⁊ in 4. ſen. diſtinc. 49. q. 7. ponit in voluntate nõ ſolũ operationes ſed paſſiones ſpũales. Et quantũ ipſe inſinuare videt̃, intẽdit ꝙ voluntas tunc operat̃ qñ cõtingit obm. Tunc aũt patitur qñ recipit ab obiecto. ita ꝙ operatio cõiungit potentiã obo, paſſio autẽ nõ: ſed ab obiecto eſt vt eã efficiente tñ. Nulla autẽ hec rõne ꝓbat in ꝓ̃pſa li. ſed ſoluc ſuper ipſis paſſionis nomẽ innixus: ⁊ auctoritatẽ. vñ ꝙ delectatio ſequitur operationẽ q̄ſi per ſe natũ accepit, qd̃ falſum credimus. Paſſionis eñ nomẽ in primis in inanimatis vel ad ſolã receptionẽ vt in intellectu, vel ad receptionẽ p modũ rei que trahit in aliud: vt in appetitu intellectiuo cõſtat inuenire ex. 5. de aĩa. ⁊. 5. meta. Et hec ꝓprie loquẽdo. Metaphorice eñ ↄſueuim⁹ actus voluntatis ſilẽs paſſiõib⁹ appetit⁹ ſenſitiui vocare paſſiões vt velle vindictã vocamus irã: ⁊ velle malũ alicui vocamus odiũ. Et hec loquutio multos iudicio meo fefellit, qd̃ autẽ delectatio ſequat̃ opõnẽ ꝟ accidit et indiſtũ eſt paſſio nõ eñ eis paſſio ſequat̃ opõnẽ: imo ſtat qd̃ paſſio ſit p⁹ opo appetitiua: vt p; de amore. Et tu potes ſic inſpicere qd̃ dicim⁹ amor eſt paſſio: imo prima eſt paſſionũ ⁊ tñ amor eſt operatio tã in appetitu ſenſitiuo ꝙ intellectiuo: ergo diſtinctio inter paſſionẽ et operationẽ appetit⁹ nulla eſt. Minor patet: quia amor maxime cõiungit obm ⁊ apud Scotum eſt ipſa eſſentia beatitudinis. ¶ Preterea delectatio eſt paſſio ⁊ habet pro obiecto ⁊ non ſolum pro cauſa delectabile: ergo delectatio eſt coniungens obiecto: probatur aſſumptum: q: videns deum delectatur de deo tanq; obiecto ſummo delectabili: ⁊ qui habet delectationẽ moroſam delectatur de re cogitata turpi vt obiecto delectabili ac ſi eſſet in re: ⁊ non ſolum vt cauſa efficiente. Dicito ergo ꝙ paſſiones in appetitu ſenſitiuo ſunt vere operationes cauſate tamen ab appetibili: ⁊ habentes pro obiecto appetibile: ſed differentia cõſiſtit in hoc ꝙ in appetitu ſenſitiuo ſunt permixte cum paſſione corporali. In appetitu vero intellectiuo non: ⁊ per excluſionẽ huius compoſitionis dicuntur in eo ſimplices actus ſimiles tamen paſſionibus ſenſitiui appetitus. Hec nunc ſufficiant in communi. In ſpeciali autem inferius quum de delectatione ⁊ triſtitia tractabitur, ſermo erit.

¶ Super queſtionem 23.

Circa. 1. artic. q. 23. quia hic inchoat diſtinctio paſſionum, aduerte quod oportet in toto hoc tractatu ſeruare illud, quolibet proferente contraria ſolicitum eſſe ſtultum eſt: dico autem hoc: quia non omnibus conceſſum apparet vt diſtincte et proprie de huiuſmodi paſſionibus locuti fuerint.

Ri. q. 26 artic. 4.

tentie habeãt diuerſa obá: vt in primo dictũ eſt, neceſſe eſt ꝙ paſſiones diuerſarũ potentiarũ ad diuerſa obá referant. vñ multo magis paſſiones diuerſarũ potentiaruꝫ ſpecie differũt. Maior em̃ dñia obiecti requirit ad diuerſificandã ſpeciẽ potẽtiarũ, ꝙ̃ ad diuerſificandã ſpeciẽ paſſionũ vel actuum. Sicut em̃ in nãlibus diuerſitas gñis conſequit diuerſitatẽ poᵉ mãe, diuerſitas autẽ ſpeciei diuerſitatẽ forme in eadẽ mã: ita in actibꝰ aie actus ad diuerſas potẽtias pertinẽtes ſunt nõ ſolũ ſpecie: ſꝫ etiã gñe diuerſi: actus aũt vel paſſiones reſpicientes diuerſa obã ſpecialia ↄ̄prehẽſa ſub vno cõi obo vnius potẽtie differũt ſicut ſpẽs illius gñis: ad cognoſcendũ ergo que paſſiones ſunt in iraſcibili ꝛ q̃ in ↄcupiſcibili: oꝫ aſſumere obm vtriuſqꝫ potentie: dictũ eſt autẽ in primo ꝙ obm poᵉ cõcupiſcibilis eſt bonũ vel malum ſenſibile ſimplr acceptũ ꝙ eſt delectabile vel doloroſum: ſed qꝛ neceſſe eſt ꝙ interdũ aĩa difficultatẽ vel pugnã patiat adipiſcendo aliquod hmõi bonũ, vel fugiendo aliqđ hmõi malũ, inquantũ hoc eſt quodãmõ eleuatum ſupra facilẽ ptãtẽ aĩalis: ideo ipſum bonũ vel malum ſm ꝙ hꝫ rationẽ ardui vel difficilis eſt obm iraſcibilis. Quecunqꝫ ergo paſſiones reſpiciunt abſolute bonũ vel malum pertinent ad concupiſcibilem: vt gaudium, triſtitia, amor, odium ꝛ ſimilia. Quecunqꝫ vero paſſiones reſpiciũt bonũ vel malũ ſub rõne ardui, prout eſt aliqđ adipiſcibile vel fugibile cũ aliqua difficultate, pertinẽt ad iraſcibilem: vt audacia, ꝛ timor, ſpes ꝛ huiuſmodi.

Ad primũ Ergo dõm, ꝙ ſicut pmo dictũ eſt, ad hoc vis iraſcibilis data eſt aĩalibꝰ: vt tollant ĩpedimẽta quibꝰ concupiſcibilis in ſuũ obm tendere ꝓhibet: vel pp difficultatẽ boni adipiſcẽdi: vel pp difficultatẽ mali ſuperandi. ꝛ iõ paſſiones iraſcibilis oẽs terminant ad paſſiones cõcupiſcibilis: ꝛ ſm hoc etiã paſſiones q̃ ſunt in iraſcibili cõſequunt gaudium ꝛ triſtitiã q̃ ſunt in cõcupiſcibili. ¶ Ad ſm dõm ꝙ odiũ vitiorũ attribuit Hier. iraſcibili nõ ppter rationẽ odij q̃ ꝓprie cõpetit ↄcupiſcibili: ſed ꝓpter impugnationẽ q̃ pertinet ad iraſcibilẽ. ¶ Ad tertiũ dõm, ꝙ bonũ inq̃ntũ eſt delectabile mouet cõcupiſcibilẽ: ſed ſi bonum habeat qnandã difficultatẽ ad adipiſcendũ: ex hoc ipſo hꝫ aliquid repugnãs cõcupiſcibili: ꝛ ideo neceſſarium fuit eſſe aliaꝫ potentiam que in id tenderet: ꝛ ratio eſt eadem de malis: ꝛ hec potentia eſt iraſcibilis. vnde ex conſequenti ſpecies concupiſcibilis ꝛ iraſcibilis ſpecie differunt.

¶ Utrũ cõtrarietas paſſionũ iraſcibilis ſit ſm contrarietatem boni ꝛ mali. Arti. 2.

AD Secundũ ſic procedit. Uĩ ꝙ cõtrarietas paſſionũ iraſcibilis nõ ſit niſi ſm cõtrarietatem boni ꝛ mali. Paſſiones em̃ iraſcibilis ordinantur ad paſſiones cõcupiſcibilis vt dictũ eſt, ſed paſſiones cõcupiſcibilis nõ contrariantur niſi ſm contrarietatem boni ꝛ mali, ſicut amor ꝛ odiũ, ꝛ gaudiũ ꝛ triſtitia: ergo nec paſſiones iraſcibilis. ¶ P̃. Paſſiones differũt ſm obiecta ſicut ꝛ motus ſm terminos: ſed cõtrarietas nõ eſt in motibꝰ niſi ſm cõtrarietatẽ terminorum: vt pꝫ in. 5. phy. ergo neqꝫ in paſſionibus eſt cõtrarietas paſſionũ niſi ſm ↄtrarietatem oboꝝ: obm aũt appetitus eſt bonũ vel malum: ergo nulla potentia appetitiua poteſt eſſe cõtrarietas paſſionũ: niſi ſm contrarietatem boni et mali. ¶ P̃. Omnis paſſio anime attenditur ſm acceſſum ꝛ receſſum: vt Auicen. dicit in. 6. de naturalibus: ſed acceſſus cauſatur ex ratione boni, receſſus autem ex ratione mali: qꝛ ſicut bonũ eſt ꝙ omnia appetunt: vt dicitur in. 1. ethic. ita malum eſt quod omnia fugiunt: ergo cõtrarietas in paſſionibus anime non poteſt eſſe niſi ſecundum bonum ꝛ malum.

Sed Contra, timor ꝛ audacia ſunt contraria vt patet in. 3. ethi. ſed timor ꝛ audacia non differunt ſm bonũ ꝛ malũ: qꝛ vtrunqꝫ eſt reſpectu aliquorum maloꝝ. ergo nõ omnis contrarietas paſſionũ iraſcibilis eſt ſm contrarietatem boni ꝛ mali.

Rñdeo Dõm, ꝙ paſſio quidã motus eſt vt dr in. 3. phy. Uñ opꝫ cõtrarietatẽ paſſionũ accipere ſm ↄtrarietatẽ motuũ vel mutationuꝫ. Eſt aũt duplex contrarietas in mutationibus ꝛ motibus: vt dr in. 6. phy. vna quidẽ ſm acceſſuꝫ ꝛ receſſum ab eodẽ termino: q̃ quidem contrarietas eſt ꝓprie mutationum id eſt generationis q̃ eſt mutatio ad eſſe, ꝛ corruptionis q̃ eſt mutatio ab eſſe: alia autẽ ſm ↄtrarietatem terminorũ que proprie eſt contrarietas motuum: ſicut dealbatio q̃ eſt motus a nigro in albũ opponit denigrationi q̃ eſt motus ab albo in nigrum. Sic igitur in paſſionibus anime duplex contrarietas inuenitur. Una quidẽ ſm ↄtrarietatẽ oboꝝ. ſ. boni ꝛ mali. Alia ſo ſm acceſſum ꝛ receſſum ab eodem termino. In paſſionibꝰ quideꝫ ↄcupiſcibilis, inuenit prima contrarietas tm̃, q̃ ſcꝫ eſt ſm obiecta. In paſſionibꝰ aũt iraſcibilis inuenit vtraqꝫ cuius ratio eſt, qꝛ obm cõcupiſcibilis: vt ſupra dictũ eſt, eſt bonũ vel malũ ſenſibile abſolute. Bonũ aũt inq̃ntum bonũ nõ põt eſſe terminus vt a quo: ſed ſolum vt ad quem: qꝛ nihil refugit bonũ inq̃ntũ bonuꝫ: ſed oĩa appetunt ipm. Siłr nihil appetit malũ inquãtum hmõi: ſꝫ oĩa fugiũt ipſum ꝛ ꝓpter hoc malũ nõ hꝫ rõnẽ termini ad quẽ ſed ſolum termini a quo. Sic igitur oĩs paſſio concupiſcibilis reſpectu boni eſt vt in ipſum ſicut amor, deſiderium, ꝛ gaudium. Omnis vero paſſio reſpectu mali eſt ab ipſa: ſicut odiuꝫ, fuga, ſeu abominatio ꝛ triſtitia. Uñ in paſſionibus concupiſcibilis non poteſt eſſe contrarietas ſm acceſſum ꝛ receſſum ab eodem obiecto: ſed obiectum iraſcibilis eſt ſenſibile bonũ vel malũ, nõ quidem abſolute: ſed ſub ratione difficultatis vel arduitatis: vt ſupra dictum eſt. Bonũ autem arduum ſiue difficile habet rõnem vt in ipm tendatur inq̃ntũ eſt bonũ, ꝙ pertinet ad paſſionem ſpei: ꝛ vt ab ipſo recedatur inquantum eſt arduum ꝛ difficile ꝙ pertinet ad paſſionem deſperationis. Siłr malum arduum habet rationem vt vitetur inquantum eſt malum: ꝛ hoc pertinet ad paſſionem timoris: habet etiam rationem vt in ipſum tendatur, ſicut in quoddam arduum per qđ. ſ. aliquid euadit ſubiectionem mali. ꝛ ſic tendit in ipſum audacia. Inuenit ergo in paſſionibus iraſcibilis contrarietas ſm contrarietatem boni vel mali, ſicut inter ſpem ꝛ timorem. Et iterum ſm acceſſum ꝛ receſſum ab eodem termino ſicut inter audaciam ꝛ timorem. ¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶ Utrum ſit aliqua paſſio anime non habens contrarium. Artic. 3.

AD tertiũ Sic proceditur. Uidet ꝙ omnis paſſio anime habeat aliquod contrarium. Oĩs em̃ paſſio aĩe vel eſt in iraſcibili vel in concupiſcibili ſicut ſupra dictum eſt: ſed vtreqꝫ paſſiones habent contrarietatem ſuo modo: ergo omnis paſſio

Scotus in primis: vt in. 3. ſen. di. 34. apparet, reprehendi⁹ docentes obiectum iraſcibilis eſſe arduum ꝛ volens eos obiectũ eſſe offendens. dicit ꝙ ſemper quando iraſcibilis habet actũ ſuum eſt ibi nolle non ſolum cõcupiſcibilis ſed iraſcibilis. Ex quibus manifeſte apparet qđ apud ipſum iraſcibilis nunqꝫ eſt reſpectu boni: ſed mali tantum reſpuendi, ſuſtinendi, puniendi, et ſiquid aliud eſt hoiuſmodi ac per hoc in ianuis iraſcibilis errauit. Spes em̃ que eſt prima paſſio iraſcibilis oportet quod negetur ab ea, nec vllam rationem inuenio niſi forte ex 26. diſt. eiuſdem tertij quia aſſumat iſtã ſcilicet quia arduuꝫ aut ſignificat abſtra aut ex cedens facultatem potentie cui dicitur arduum aut excedẽs omnia mala ſibi cõtraria: ſed nihil horum eſt: ergo ꝛc. hec autem petitio aut diſtinctio nihil obſtat. quoniam arduum nihil horum formaliter ſignificat: ſed difficultatẽ in bono vel malo: arduas enim res dicimus que difficultatẽ ac ꝓpterea celſitudinem quandam habent, difficilia enim aggredi nõ parnum reputatur: et difficilibus ſuccumbere vel ea fugere non multum vituperamꝰ. Qđ autem bonum difficile et bonum abſolute egeant diuerſis potentiis: in prima parte dictum eſt: et in reſponſione ad tertium hic oſtenditur ex eo quod bonum difficile habet vnde repugnet concupiſcenti. Offendens ergo eſt vnum contentum ſub obiecto iraſcibilis pro quanto ſpectat ad aliquam eius paſſionem: puta iram. Adequatum notẽ obiectum eſt difficile ſiue arduum. Et ſcito quod cum ponitur differentia inter obiectũ concupiſcibilis et iraſcibilis quia illius bonum abſolute, iſtius bonum arduum: perinde eſt ac ſi diceretur quod concupiſcibilis obiectum eſt bonũ ſenſibile, nullo additamento: iraſcibilis vero bonum determinatũ ad rationẽ ardui ſeu difficilis: ita quod illud eſt ſimplex hoc eſt quaſi cõpoſitum. Unde non fallaris putãs quod concupiſcibilis feratur in bonum, et iraſcibilis in illius difficultatem. Sed ſcito

f.q.45. art.4.et q.45.ã. 1.ad.2. ꝗ.3.diſt. 26.q.1. ã 5.cor. Et ki.q. 26.ã.4

et quod concupiſcibilis fertur in bonum: et quod iraſcibilis fertur in bonum arduum, omnis namqꝫ appetitus obiectum eſt bonum: et ita vt dicitur in ſecundo rhetoricorum capitulo primo eſt appetitus apparentis potionis, qđ bonum eſt in re vel apparẽs manifeſte nec refert an idem aut diuerſum ſit bonũ a bono arduo, ſat eſt enim quod diſtinguunt formaliter. Si tamen dicis authoris in queſtione de veritate, queſtione vigeſima quinta, et in tertio ſententiarum diſtinctione vigeſima ſexta ſeruatus fueris, inuenies quod obiectum concupiſcibilis eſt bonum ſenſatum: iraſcibilis vero eſtimanũ. Illam mouẽt ſpecies ſenſibilium, iſtam intentiones elicite.

¶ Super articulum ſecundum.

In ſecundo articulo multa eſſent dubitanda: ſi ſecretas paſſionum nominatarum examinãdi eſſent ſigillatim. Sed quoniam hec ſuis propriis locis reſeruatur, vnum tãtum eſt diſcutiendum, quomodo ſcilicet cõtrarietas inter bonum et malum ſpectet ad iraſcibilem aut enim intelligitur de bono et malo abſolute, et ſic ſpectat ad concupiſcibilem: aut de bono ꝛ malo vt ſub ſunt arduitati: ꝛ ſic nõ conſiderantur ſub rationibus boni et mali: ſed ſub ratione ardui, ſicut ſi loqueremur de ligno ꝛ lapide vt ſubſunt albedini. ¶ Ad hoc dicitur qđ ſicut bonum abſolute contrariatur malo abſolute, ita bonum arduum malo arduo. et ſicut hec ſunt altera ab illis: ita contrarietas eſt alia a contrarietate: licet cõmunicẽt in nomine: quia vtraqꝫ dicit ſecunduꝫ bonũ ꝛ malum. Unde quãꝫ queritur aut ꝛc. reſpõdetur ꝙ neutro modo proprie loquendo: quoniam vt predictum eſt bonum ꝛ malum non concurrunt per accidens, vt ſubſunt. ſ. difficultati: ſed totum hoc bonum arduum, vel malum arduum per ſe cõcurrit, ita ꝙ contrarietas boni ꝛ mali difficiliũ ſpectat ad iraſcibilem: ſunt enim quedã boni ꝛ mali ſpẽs bonum difficile ꝛ malum dif=

anime h3 ꝯtrarium. ¶ Pꝛ. Ois paſſio aie habet bonū vel malum pro obo, que ſunt oba vtriuſque appetitiue partis: ſed paſſioni cui⁹ obm eſt bonum opponitur paſſio: cuius obiectum eſt malum: ergo ois paſſio h3 cōtrarium. ¶ 3. Ois paſſio anime eſt ſm acceſſum vel ſm receſſum, vt dictum eſt: ſed cuilibet acceſſui cōtrariatur receſſus, τ econuerſo. ergo omnis paſſio anime habet contrarium.

Sed cōtra Ira eſt quedā paſſio aie. ſed nulla paſſio cōtraria ponitur ire: vt p3 in. 4. ethi. ergo nō omnis paſſio habet contrarium.

Rñdeo Dīm, ꝙ ſingulare eſt in paſſione ire ꝙ nō pōt hre ꝯtrium neqꝫ ſm acceſſum τ receſſum, neqꝫ ſm ꝯtrarietatem boni τ mali. Cauſat enī ira ex malo difficili iam iacente, ad cuius preſentiā neceſſe eſt ꝙ aut appetitus ſuccūbat: τ ſic nō exit terminos triſtitie qui eſt paſſio cōcupiſcibilis. aut h3 motū ad inuadendū malū leſiuū ꝙ pertinet ad iram. motū autē ad fugiendū hre non poteſt: qꝛ iam malum ponit pñs vel preteritū. τ ſic motui ire non ꝯtriatur aliqua paſſio ſm ꝯtrietatem acceſſus τ receſſus. Sſr etiā nec ſm ꝯtrarietatē boni τ mali. qꝛ malo iacenti opponit bonū iam adeptū qđ iam non pōt habere rationē ardui vel difficilis. nec poſt adeptionē boni remanet alius motus niſi quietatio appetit⁹ in bono adepto, que pertinet ad gaudiū ꝙ eſt paſſio cōcupiſcibilis. vnde motus ire non pōt hre aliquē motū anime contrariū: ſed ſolūmodo opponitur ei ceſſatio a motu: ſicut phs dicit i ſua rhetorica, ꝙ miteſcere opponitur ei quod eſt iraſci, quod non eſt oppoſitum contrarie: ſed negatiue vel priuatiue. ¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶ Utrū ſint aliq̄ paſſiões differētes ſpecie in eadē po⁹ nō cōtrarie adinuicē. Art. 4.

AD quartū Uidetur ꝙ nō poſſint in aliqua po³ eſſe paſſiones ſpecie differentes, τ nō ꝯtrie adinuicē. paſſiones enī aie differūt ſm obiecta. obiecta aūt paſſionū aie ſunt bonū τ malum, ſm quorū differentiam paſſiones habent ꝯtrarietatē. ergo nulle paſſiones eiuſdem potentie non habentes cōtrarietatē adinuicem differunt ſpecie. ¶ 2. Differentia ſpeciei eſt differētia ſm formam: ſed omnis differentia ſm formā eſt ſm aliquā cōtrarietatē, vt dr in. 10. metaphy. ergo paſſiones eiuſdē potētie que non ſunt cōtrarie nō differūt ſpecie. ¶ 3. Cū ois paſſio aie conſiſtat in acceſſu vel receſſu ad bonū vel ad malū, neceſſe vr ꝙ ois differentia paſſionum aie ſit vel ſm differentiā boni vel mali, vel ſm differentiam acceſſus vel receſſus, vel ſm maiorem vel minorem acceſſum vel receſſum. Sed prime due differētie inducunt contrarietatē in paſſionib⁹ aie, vt dictum eſt. tertia autē differētia nō diuerſificat ſpeciem. quia ſic eſſent infinite ſpecies paſſionū anime: ergo nō poteſt eſſe ꝙ paſſiones eiuſdem potentie anime differant ſpecie, τ non ſint contrarie.

Sed Cōtra amor τ gaudiū differūt ſpecie τ ſunt in concupiſcibili, nec tñ ꝯtriant adinuicē quin potius vnū eſt cauſa alterius. ergo ſunt aliq̄ paſſiones eiuſdē potētie que differunt ſpecie, nec ſunt ꝯtrie.

¶ Circa reſponſionem ad primum in eodem articulo aduerte quod illa verba litere prout concupiſcitur ſemel in actu replicãda ſunt ſuper ſecundo mẽbro: ita q̃ ſenſus eſt: q̃ concupiſcibile prout cõcupiſcitur ſemel in actu eſt finitum: vel q2 eſt finitum ſm rem, vel q2 eſt finitum ſm apprehenſionem poteſt enim concupiſci ſemel in actu tam finitum quam infinitum ſecundum rem: vt patet in concupiſcente ſimul infinitam pecuniam: apponit autem has duas conditiones, ſcilicet vnitatis ⁊ actualitatis: quia plurium cõcupiſcentiarum nihil prohibet infinitum concupiſcibile eſſe obiectum: ⁊ ſimiliter concupitum in potentia poteſt infiniti rationem: ſed ſemel ⁊ in actu concupitum non niſi finitum vel vt finitum eſt. Appoſuit autem autor verba illa inter primum ⁊ ſecundum membrum in litera: cum tamen vtriq̃ membro prepoſita clariorem effeciſſent ſenſum predictum vt merita ipſius finiti ſecundum rem a finito ſecundum rationem diſcerneret: finitum enim ſm rem ex parte ſui habet quod ſemel in actu concupiſcatur. Infinitum autem non ex parte ſui ſed rationis apprehendentis vt finitum habet vt ſemel in actu concupiſcatur.

re: ⁊ propter hoc appetitus ſenſitiuus poteſt etiam a ratione vniuerſali moueri mediãte imagine particulari.

¶ Utrũ cõcupiſcentia ſit infinita. Art. 4.

AD quartũ ſic proceditur. Uidetur q̃ concupiſcentia non ſit infinita. Obiectum enim concupiſcentie eſt bonum q̃ habet rationẽ finis: qui autẽ ponit infinitũ excludit finẽ: vt dr̃ in. 2. meta. ergo concupiſcẽtia non poteſt eſſe infinita. ¶ P̃. Concupiſcẽtia eſt boni conuenientis cum procedat ex amore: ſed infinitum cum ſit improportionatum non poteſt eſſe conueniens. ergo concupiſcentia nõ poteſt eſſe infinita. ¶ P̃. Infinita nõ eſt tranſire. ⁊ ſic in eis non eſt peruenire ad vltimum: ſed concupiſcenti fit delectatio per hoc q̃ attingit ad vltimum finẽ. ergo ſi concupiſcentia eſſet infinita: ſequeretur q̃ nunquam fieret delectatio.

Sed contra eſt, q̃ phs dicit in. 1. polit. q̃ infinito ↄcupiſcentie exiſtente homines infinita deſiderant.

Reſpondeo dicendum, q̃ ſicut dictum eſt: duplex eſt concupiſcentia. vna naturalis ⁊ alia nõ naturalis. Naturalis quidẽ cõcupiſcentia nõ põt eſſe infinita in actu, eſt enim eius q̃ natura requirit, natura vero ſemꝑ intendit in aliquid finitum ⁊ certũ: vnde nunq̃ homo concupiſcit infinitũ cibũ, vel infinitũ potũ. ſed ſicut in natura contingit eſſe infinitum in potentia per ſucceſſionem, ita huiuſmodi concupiſcentia contingit infinitam eſſe per ſucceſſionem: vt. ſ. poſt adeptum cibum, iterum alia vice deſideret cibum: vel q̃dcunq̃ aliud quod natura requirit. q2 hmõi corporalia bona cum adueniunt non perpetuo manent ſed deficiunt. Unde dixit dñs Samaritane, Joan. 4. Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum. Sed ↄcupiſcentia non naturalis oĩno eſt infinita. ſequitur enim rationẽ: vt dcm̃ eſt: rationi autẽ cõpetit in infinitum procedere: vnde qui concupiſcit diuitias poteſt eas concupiſcere non ad aliquem certum terminum: ſed ſimplr̃ ſe diuitẽ eſſe quantũcunq̃ poteſt. Poteſt ⁊ alia ratio aſſignari ſꝫ phm̃ in. 1. politic. quare quedam concupiſcẽtia ſit finita, ⁊ quedam infinita, ſemper enim concupiſcentia finis eſt infinita. finis enim per ſe concupiſcit: vt ſanitas. vnde maior ſanitas magis concupiſcitur, ⁊ ſic in infinitum: ſicut ſi album per ſe diſgregat magis albũ magis diſgregat. concupiſcẽtia vero eius q̃ eſt ad finẽ non eſt infinita ſi ſm illã menſurã appetitur q̃ cõuenit fini. vñ q̃ finẽ ponunt in diuitijs, hñt ↄcupiſcentiã diuitiarũ in infinitũ: qui aũt diuitias appetũt ꝓpter neceſſitatẽ vite, cõcupiſcunt diuitias finitas ſufficiẽtes ad neceſſitatẽ vite: vt philoſophus dicit ibidem. Et eadem eſt ratio de concupiſcentia quarumcunq̃ aliarum rerum.

Ad primũ ergo dicendũ, q̃ omne qđ concupiſcitur, accipitur vt quoddam finitum, vel quia eſt finitũ ſm rem prout concupiſcitur ſemel ✱ in actu vel quia eſt finitum ſm qđ cadit ſub apprehenſione. non enim poteſt ſub ratione infiniti apprehendi: q2 infinitũ eſt cuius quãtitatem accipientibus ſemper eſt aliquid extra ſumere: vt dicit in. 3. phy. ¶ Ad ſcdm̃ dicendũ, q̃ ratio quodãmodo eſt virtutis infinite inquantũ põt in infinitũ aliquid conſiderare: vt apparet in additione numerorũ ⁊ linearũ vnde infinitum aliquo modo ſumptum eſt proportionatũ rationi. Nam vniuerſale qđ rõ apprehẽdit eſt quodãmõ infinitũ inquãtum in potẽtia continet infinita ſingularia. ¶ Ad tertium dicendũ, q̃ ad hoc q̃ aliquis de-

✱ Aſ ſimul.

lectetur, non requiritur ꝙ oīa conſequatur que cōcupiſcit: ſed in quolibet concupito quod conſequitur delectatur.

¶ De delectatione ſm ſe. Queſtio. 31.

Deinde Conſiderandū eſt de delectatione ⁊ triſtitia. ¶ Circa delectationē vero conſiderāda ſunt quatuor. Primo de ipſa delectatione ſm ſe. Scd̄o de cauſis delectationis. Tertio de effectibus eius. Quarto de bonitate ⁊ malitia ipſius. ¶ Circa primū querunt̄ octo. Primo vtrū delectatio ſit paſſio. Scd̄o vtrū ſit in tēpore. Tertio vtrū differat a gaudio. Quarto vtrū ſit in appetitu intellectiuo. Quinto de cōparatione delectationum ſuperioris appetitus ad delectationē inferioris. Sexto de cōparatione delectationū ſenſitiuarū adinuicē. Septimo, vtrū ſit aliqua delectatio nō naturalis. Octauo vtrum delectatio poſſit eſſe contraria delectationi.

¶ Utrum delectatio ſit paſſio. Articulus. 1.

ſ. art. 4. ad. 2. et ā. 5. cor. ſ. ad. 2 ⁊c. 4. d. 49. q. 3. ā. 1. q. 1.

Ad primū Sic pcedit̄. Uf ꝙ delectatio nō ſit paſſio. dam̄. eñ in. 2. lib. diſtinguit opationē a paſſione: dicēs ꝙ opatio eſt mot᷑ q̄ eſt ſm nām, paſſio vero eſt mot᷑ contra nām: ſʒ delectatio eſt opatio: vt pħs dicit in. 7. ⁊. 10. ethi. ergo delectatio non eſt paſſio. ¶ p̄. Pati eſt moueri: vt đr in. 3. phy. ſʒ delectatio non cōſiſtit in moueri, ſed in motū eſſe: cauſatur eñ delectatio ex bono iam adepto. ergo delectatio non eſt paſſio. ¶ p̄. Delectatio conſiſtit in quadam perfectione delectati: perficit eñ operationeʒ vt dicitur in. 10. ethi. ſed perfici nō eſt pati vel alterari, vt dicit̄ in. 7. phyſi. ⁊ in. 2. de anima. ergo delectatio non eſt paſſio.

Sed contra Eſt, ꝙ Aug. in. 10. ⁊. 14. de ciui. dei, poſuit delectationem ſiue gaudium vel letitiam inter alias paſſiones anime.

Rñdeo Dōm, ꝙ motus appetitus ſenſitiui ꝓprie paſſio nominatur ſicut ſupra dictuʒ eſt. affectio autem quecunqʒ ex appꝛehenſione ſenſitiua procedēs eſt motus appetitus ſenſitiui. hoc autem neceſſe eſt cōpetere delectationi. nam ſicut pħs dicit in. 1. rheto. delectatio eſt quidā motus anime, ⁊ cōſtitutio ſimul tota ⁊ ſenſibilis in naturā exiſtentē. Ad cui᷑ intellm̄ ꝯſiderādū eſt ꝙ ſicut ꝯtingit in reb᷑ nālib᷑ aliqua cōſequi ſuas pfectiones naturales, ita hoc ꝯtingit in animalib᷑: ⁊ q̄uis moueri ad perfectionē non ſit totū ſimul: tñ ꝯſequi naturalē perfectionē eſt totū ſimul. Hec autē eſt differētia inter animalia ⁊ alias res naturales, ꝙ alie res naturales qñ cōſtituuntur in id ꝙ cōuenit eis ſm naturā, hoc nō ſentiunt: ſed animalia hoc ſentiunt. ⁊ ex iſto ſenſu cauſat̄ quidā motus anime in appetitu ſenſitiuo. ⁊ iſte motus eſt delectatio. Per hoc ergo ꝙ dicit̄ ꝙ delectatio eſt motus anime, ponit̄ in gñe: per hoc aūt ꝙ đr cōſtitutio in exiſtentē naturā, id eſt in id qđ exiſtit in natura rei, ponitur cauſa delectationis. ſ. preſentia connaturalis boni. Per hoc autem ꝙ dicitur ſimul tota, oſtendit ꝙ conſtitutio nō debet accipi prout eſt in cōſtitui: ſed ꝓut eſt in cōſtitutū eſſe quaſi in termino motus: nō eñ delectatio eſt gñatio, prout plato poſuit, ſed magis cōſiſtit in factū eſſe. vt dicit̄ in. 7. ethi. Per hoc autem ꝙ dicitur ſenſibilis, excluduntur perfectiones rerum inſenſibiliū in quibus nō eſt delectatio. Sic ergo patet ꝙ cum delectatio ſit motus in appetitu animali cōſequens apprehenſionem ſenſus, delectatio eſt paſſio anime.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ opatio cōnaturalis nō impedita eſt pfectio ſcd̄a: vt hr̄ in. 2. de aīa. ⁊ idō qñ cōſtituit̄ res in ꝓpria opatione ꝯnaturali ⁊ nō impedita, ſequitur delectatio q̄ cōſiſtit in perfectū eſſe: vt dictū eſt. ſic ergo cū đr ꝙ delectatio eſt opatio, nō eſt predicatio ꝑ eſſentiā ſed ꝑ cauſam. ¶ Ad ſcd̄m dōm, ꝙ in animali duplex motus ꝯſiderari pōt vnus ſm intentionē finis, qui pertinet ad appetitū. ali᷑ ſm executionē qui ꝑtinet ad exteriorē operationē. Licet ergo in eo qui iam conſecutus eſt bonū in quo delectatur, ceſſet motus executionis, quo tendit ad finē: non tñ ceſſat motus appetitiue partis: que ſicut prius deſiderabat nō habitū, ita poſtea delectatur in habito. licet eñ delectatio ſit quies quedā appetitus conſiderata preſentia boni delectantis ꝙ appetitui ſatiſfacit: tamē adhuc remanet immutatio appetitus ab appetibili ratione cuius delectatio motus quidā eſt. ¶ Ad tertium dōm, ꝙ quāuis nomen paſſionis magis ꝓprie conueniat paſſionibus corruptiuis ⁊ in malum tendentibus. ſicut ſunt egritudines corporales, ⁊ triſtitia, ⁊ timor in anima. tamen etiam in bonum ordinantur alique paſſiones: vt ſupra dictum eſt. ⁊ ſecundum hoc delectatio dicitur paſſio.

¶ Utrum delectatio ſit in tempore. Artic. 2.

Ad ſcd̄m Sic procedit̄. Uf, ꝙ delectatio ſit in tpe. delectatio eñ eſt motus quidā vt in. 1. rheto. pħs dicit, ſed motus oīs eſt in tpe. ergo delectatio eſt in tpe. ¶ p̄. Diuturnū vel moroſum đr aliquid ſm tpꝰ: ſʒ alique delectationes dñr moroſe. ergo delectatio eſt in tpe. ¶ p̄. Paſſiōes anime ſunt vnius generis, ſed alique paſſiones anime ſunt in tempore ergo ⁊ delectatio.

Sed cōtra eſt, ꝙ pħs dicit in. 10. ethi. ꝙ ſm nulluʒ tempus accipiet quis delectationem.

Rñdeo Dōm, ꝙ aliquid ꝯtingit eſſe in tpe dupl̄r. vno mō ſm ſe, alio mō per aliud, ⁊ quaſi per accñs. Quia eñ tpꝰ eſt numer᷑ ſucceſſiuorū, illa ſm ſe dicunt̄ eſſe in tpe, de quorū rōne eſt ſucceſſio, vel aliquid ad ſucceſſionē ꝑtinens: ſicut motus, quies, locutio, ⁊ alia hmōi. ſm aliud vero ⁊ nō per ſe dicitur eſſe in tpe, illa de quorum ratione non eſt aliqua ſucceſſio, ſed tñ alicui ſucceſſiuo ſubiacent: ſicut eſſe hoīem de ſui ratione nō habet ſucceſſionē, non eñ eſt motus, ſed terminus motus vel mutationis. ſ. gñationis ipſius: ſed qꝛ humanuʒ eſſe ſubiacet cauſis tranſmutabilib᷑, ſm hoc hominē eſſe eſt in tpe. Sic igit̄ dōm eſt ꝙ delectatio ſm ſe quidē nō eſt in tēpore: ſi eſt eñ delectatio bono iam adepto, ꝙ eſt quaſi terminus motus: ſed ſi illud bonum adeptum trāſmutationi ſubiaceat, erit delectatio per accidens in tempore. ſi autem ſit omnino intranſmutabile delectatio non erit in tempore, nec per ſe, nec per accidens.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ ſicut đr in. 3. de anima, mot᷑ dupl̄r dicit̄. Uno mō, qui eſt actus imperfecti, ſcʒ exñtis in potētia inq̄ꝺum hmōi: ⁊ talis motus eſt ſucceſſiuus ⁊ in tpe. Alius aūt mot᷑ eſt actus pfecti. i. exñtis in actu: ſicut intelligere, ſentire, ⁊ velle, ⁊ hmōi, ⁊ etiā delectari, ⁊ hmōi mot᷑ nō eſt ſucceſſiuus: nec per ſe in tpe. ¶ Ad ſecundū dōm, ꝙ delectatio dicit̄ moroſa vel diuturna ſm ꝙ per accidens eſt in tēpore. ¶ Ad tertium dōm, ꝙ alie paſſiones non habent pro obiecto bonum adeptū ſicut delectatio. vnde plus habent de ratione motus imperfecti quam delectatio, ⁊ per conſequens magis delectationi conuenit non eſſe in tempore.

¶ Utrū delectō differat a gaudio. Art. 3.

ſ. q. 55. art. 2. et 7. cor. et q. 41. ā. 3. co. ⁊. 3. di. 27. q. 1. art. 2. ad. 3. et 4. d. 49. q. 3. ā. 3. q. 1. ad 5

Ad tertiū Sic pcedit̄. Uf, ꝙ gaudium ſit omnino idē ꝙ delectatio. Paſſiōes eñ anime differunt ſm obiecta: ſed idem eſt obm̄ gaudij ⁊ delectationis. ſ. bonū adeptum. ergo gaudium eſt omnino idem quod delectatio. ¶ p̄. Unus motus non terminatur ad duos terminos: ſed idem eſt motus qui terminatur ad gaudium ⁊ delectationem ſcilicet concupiſcentia. ergo delectatio ⁊ gaudium ſunt omnino idem. ¶ Preterea. Si gaudium eſt aliud a delectatione: videtur ꝙ pari ratione ⁊ letitia ⁊ exultatio ⁊ iocūditas ſignificent aliquid aliud a delectatione. ⁊ ſic erūt omnes diuerſe paſſiones quod videtur eſſe falſum. nō ergo gaudium differt a delectatione.

Sed contra Eſt, ꝙ in brutis aīalibus non dicimus gaudiū, ſed in eis dicimus delectationē. nō ergo eſt idem gaudium ⁊ delectatio.

Rñdeo Dōm, quod gaudiuʒ vt Auicenna dicit in lib. ſuo de anima, eſt quedaʒ ſpecies delectationis. ¶ Eſt

¶ Super. q. 31. Ar. 1. In. 1. artic. q. 31. colligʒ requiſita ad delectationē: et videlicet q̄ exigit ſubiectū obm̄ ⁊ tres actus. ſ. cōiunctionis eorum: que diuerſimode ſit (vt inferius pʒ) q̄uā ſignificat ly cōſtitutio cognitionis tñ obiecti cōiunctionis: ⁊ hāc ſignificat ly ſenſibilis ⁊ immutationis appetitus q̄ eſt formalis delectatio: ⁊ hanc ſignificat ly mot᷑ animi. obm̄ exigit cōnaturalitatē q̄ ſignificat ly naturā exiſtentē. cōiunctio vero exigit ſimultatē quā ſignificat ly tota ſimul. Et ſic diffinitio adaptat oīa que inferius ſigillatim diſcuſſa ſunt. ¶ Scd̄o vero nota ꝙ illa verba ſi bonuʒ adeptū ſit oīno intranſmutabile delectatio nec ꝑ ſe nec ꝑ accñs erit in tpe intelligit̄ de bono adepto vt adepto: ita qđ non ſolum ipſum ſm ſe, ſed vt adeptū ſit oīno intranſmutabile, quale erit bonuʒ beati in patria. ¶ In tertio art. aduerte ꝙ illa verba in calce textus articuli. ſ. ꝙ illis nominibus ſcʒ letitie exultationis ⁊ iocunditatis non vtimur, niſi in naturis rationalibus. intelligenda ſunt ſm ꝓprietatē ꝙ ſcʒ non vtimur eis proprie. niſi in rationalibus. Dico autem hoc propter exultationē que etiā pecoribus attribuitur: vt Augu. dicit in epla ad dardanum: ⁊ in pſal. Montes exultauerunt vt arietes: ⁊ colles ſicut agni ouium.

ſ. art. 5. cor. ⁊. 4. diſt. 49. q. 3. ā. 1. q. 3. ⁊ ſi. q. 6. art. 14. ad 12.

eſt ↄſiderandū ꝙ ſicut ſunt quedā ↄcupiſcētie naturales, quedā aūt non naturales: ſed ↄſequunt rationē: vt ſupra dictū eſt: ita et iā delectationū quedā ſunt naturales: ꝛ quedam nō naturales que ſunt cū ratione. Uel ſicut Dam. ꝛ greg. niſſe. dicūt: quedā ſunt corporales, quedā aiales ꝙ in idem redit. Delectamur eñ ꝛ in his que naturaliter concupiſcimus ea adipiſcentes: ꝛ in his q̄ concupiſcimus ſm̄ rationē. ſed nomen gaudij non hꝫ locū niſi in delectatione q̄ conſequit rōnem vñ gaudiū non attribuimus brutis aialibꝰ: ſed ſolū nomen delectationis. omne autē ꝙ cōcupiſcimus ſm̄ naturā poſſumus etiā cū delectatione rōnis cōcupiſcere: ſꝫ nō ecōuerſo. vñ de oībus de quibus eſt delectatio pōt eſſe gaudiū in habentibus rationē: quāuis non ſemꝑ de oībus ſit gaudiū: quiꝗ3 eñ aliquis ſentit aliquam delectationem ſm̄ corpus, de qua tamen nō gaudet ſecundum rationem. Et ſecundum hoc patet quod delectatio eſt in his plus quam gaudium.

Ad primū ergo dōm, ꝙ cū obm̄ appetitus aialis ſit bonū apprehēſum, diuerſitas apprehēſionis ꝑtinet quodammō ad diuerſitatē obiecti. ꝛ ſic delectationes aiales q̄ dicūtur etiā gaudia, diſtinguunt a delectationibꝰ corporalibus: q̄ dicūt ſolū delectationes ſicut ꝛ de concupiſcētijs ſupra dcm̄ eſt. ¶ Ad ſcōm dōm, ꝙ ſimilis dr̄ia inuenit etiā in cōcupiſcentijs: ita ꝙ delectatio rn̄deat cōcupiſcentie, ꝛ gaudiū reſpondeat deſiderio, quod magis videtur pertinere ad cōcupiſcētiā animalē. ꝛ ſic ſm̄ differentiam motus eſt etiam dr̄ia quietis. ¶ Ad tertium dōm, ꝙ alia nomina ad delectationem pertinentia ſunt impoſita ab effectibus delectationis: nā letitia imponit a dilatatione cordis, ac ſi diceret latitia: exultatio vero dr̄ ab exterioribus ſignis delectationis interioris q̄ apparēt exterius, inquantū ſcꝫ interius gaudiū ꝓſilit ad exteriora: iocūditas vero dr̄ a quibuſdā ſpecialibus letitie ſignis vel effectibus. ꝛ tñ oīa iſta noīa videntur pertinere ad gaudiū: non enim vtimur eis niſi in naturis rationabilibus.

¶ Utrum delectatio ſit in appetitu intellectiuo. Artic. 4.

AD quartū ſic ꝓceditur. Uidetur ꝙ delectatio nō ſit in appetitu intellectiuo. Dicit enim phs in primo rheto. ꝙ delectatio eſt motus quidā ſenſibilis qui nō eſt in parte intellectiua. ergo delectatio nō eſt in parte intellectiua. ¶ P̄. Delectatio eſt paſſio quedam, ſed omnis paſſio eſt in appetitu ſenſitiuo. ergo delectatio nō eſt niſi in appetitu ſenſitiuo. ¶ P̄. Delectatio eſt cōmunis nobis ꝛ brutis. ergo non eſt niſi in parte que nobis ꝛ brutis communis eſt.

Sed contra Eſt, ꝙ in pſal. dicit, Delectare in dño, ſꝫ ad deum non pōt extendi appetitus ſenſitiuus: ſed ſolū intellectiuus, ergo delectatio poteſt eſſe in appetitu intellectiuo.

Rn̄deo Dōm, ꝙ ſicut dictū eſt, delectatio quedā ſequit apprehēſionē rōnis, ad apprehēſionē autē rōnis nō ſolū ↄmouet appetitus ſenſitiuus per applicationē ad aliquid particulare. ſed etiā appetitus intellectiuus qui dicit voluntas. et ſm̄ hoc in appetitu intellectiuo, ſiue in volūtate eſt delectatio q̄ dr̄ gaudiū, nō autē delectatio corpalis. hoc tñ intereſt inter delectationē vtriuſꝗ3 appetitꝰ: ꝙ delectatio appetitus ſenſibilis eſt cū aliq̄ trāſmutatione corporali. delectatio autē appetitus intellectiui nihil aliud eſt q̄ ſimplr̄ motus volūtatis ꝛ ſm̄ hoc aug. dicit in. 4. de ci. dei: ꝙ cupiditas et letitia nihil eſt aliud q̄ voluntas in eorum conſecutione que volumus.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ i illa diffinitione phi ſenſibile ponitur cōiter ꝑ quacūꝗ3 apprehenſione dicit eñ phs in. 10. ethi. ꝙ ſm̄ oēm ſenſum eſt delectatio: ſimilr autē ꝛ intelſm̄, ꝛ ſpeculationē. Uel pōt dici ꝙ ipſe diffinit delectationē appetitus ſenſitiui. ¶ Ad ſecundū dōm, ꝙ delectatio habet rationē paſſionis ꝓprie loquēdo, inq̄ſtū eſt cū aliqua trāſmutatione corpali. ꝛ ſic non eſt in appetitu intellectiuo ſed ſm̄ ſimplicē motū: ſic eñ etiā eſt in deo ꝛ in angelis: vnde dicit phs in. 7. ethi. ꝙ deus vna ſimplici operatione gaudet. Et diony. dicit in fin. cele. hierar. ꝙ angeli non ſunt ſuſceptibiles noſtre paſſibilis delectatiōis, ſꝫ cōgaudent deo ſm̄ incorruptionis letitiam. ¶ Ad tertiū dōm eſt, ꝙ in nobis nō ſolū eſt delectatio in qua cōicamus cum brutis: ſed etiā in qua cōicamus cū angelis. vñ ibidem diony. dicit, ꝙ ſancti hoies multotiens fiunt in participatione delectationū angelicarū. ꝛ ita in nobis eſt delectatio non ſolum in appetitu ſenſitiuo in quo cōicamus cum brutis: ſed etiā in appetitu intellectiuo in quo communicamus cum angelis.

¶ Utrū delectationes corporales ꝛ ſenſibiles ſint maiores delectationibus ſpiritualibus ꝛ intelligibilibus. Artic. 5.

AD quintū Sic ꝓcedit. Uidetur, ꝙ delectationes corporales ꝛ ſenſibiles ſint maiores delectationibus ſpiritualibus intelligibilibus. Omnes enim aliquam delectationem ſequuntur ſm̄ phm̄ in. 10. ethi. ſed plures ſequuntur delectationes ſenſibiles q̄ delectationes ſpirituales intelligibiles. ergo delectationes corporales ſunt maiores. ¶ Preterea. Magnitudo cauſe ex effectu cognoſcitur: ſed delectationes corporales habēt fortiores effectus: tranſmutāt eñ corpus ꝛ in quibuſdā inſanias faciūt: vt dicit in. 7. ethi. ergo delectationes corporales ſunt fortiores. ¶ Preterea. Delectationes corporales oportet temperare et refrenare ꝓpter eas:

¶ Super Articulum quartum.

CIrca dicta in. 4. articulo ſcotica ſubtilitas diſcutienda occurrit. Ipſe i. 3. a. q. vt ſuperius allegatū eſt: ponit in volūtate non ſolū operationes, ſed paſſiones illas liberas, iſtas naturales. Illas a voluntate in voluntate, iſtas in volūtate ab obo. vñ in. 3. ſen. di. 15. ex ꝓpoſito probare nititur triſtitiā in voluntate non eſſe operationē eius, ſed paſſionē quadrupl. primo quiā eſt opatio autē velle aut nolle: ſꝫ nō eſt velle vt pꝫ: nec nolle, vt probatur, qꝛ deus ꝛ bti pñt nolle: ꝛ tñ non pñt triſtari. ſcdo. qꝛ ſumme nolente ſorte aliquid euenire ſi illō euenit triſtabit: ꝛ tñ in eo nō fiet aliqua opatio ſm̄ pſt nec ſm̄ aliquē gradū: qꝛ iā ponit ꝙ ſūm. nie noluit, tertio qꝛ operatio ē imediate in ꝑtāte volūtatis vt pꝫ de velle et nolle. Triſtari aūt nō eſt i ꝑtāte volūtatis, cum nolitū aduenit. q̄rto qꝛ opō eſt ꝛ a volūtate ꝛ i volūtate: triſtitia āt eſt q̄dē in volūtate. ſꝫ nō a volūtate. Eſt eñ d̄ his q̄ nobis nolētibꝰ accidunt. ¶ Ad euidentiā huiꝰ difficultatis moueb in tractatu. ſ. de delectatiōe, qꝛ oppoſitorū eadē eſt diſciplina nec inſeriꝰ ſpālr q̄rerē de triſtitia an ſit in volūtate. Scito ꝙ ſi ſolē delectatio et triſtitia eſſent paſſiones: cū ipſe cōſequant alios motꝰ appetitus amorē et odiū formalr vel fruialiter: nihil eñ delectat niſi amatū: ꝛ nihil cōtriſtat niſi odio habitū ſeu nolitū: dōm viderēt ꝙ paſſiones differūt ab opōibꝰ i volūtate: qꝛ ille imediate ſunt illi. he aūt mediātibus illis. ſed qm̄ vt ex dictis pꝫ, amor eſt pura paſſio, q̄ tñ in volūtate manifeſte eſt opatio. Id nō pōt talis ↄditio vr̄ aſſignari paſſionibꝰ trāſlatis in volūtatē. ꝓpter qd ad tales paſſiones deſcēdendo, dico q̄tuor. primo ꝙ tā delectatio q̄ triſtitia eſt a voluntate ꝛ in volūtate ꝓbatur oīs motꝰ voluntatis eſt a duobus motoribꝰ, altero quo ad ſpecificationē. altero quo ad exercitiū: ꝛ motor q ad primū eſt obm̄. q ad ſcōm vo eſt triplex ſ. deus, nā, ꝛ libertas, vt ex ſupradictis pꝫ: ꝛ quecūꝗ3 horū cauſante voluntas ipſa cauſat: vt ex ſupradictis pꝫ. Igit oīs motus volūtatis cauſat a voluntate q̄ ad exercitiū actꝰ, ab obiecto autem quo ad ſpecificam determinationē. Delectatio igitur et triſtitia cum ſint animi motus ſecundum appetitum intellectiuum: vt modo loquimur a voluntate ſunt ꝛ in voluntate: quia immanentes actus ſunt. ſecundo quod delectatio ꝓprie loquendo non eſt velle, nec triſtitia nolle, ꝓbatur. quia ſuperius fruitio actus ſpecie diſtinctus eſt contra velle ꝛ intendere: conſtat autē ꝙ delectatio in volūtate aut eſt fruitio aut eius ſpecies. Et pari ratione triſtitia vt ibi inuenitur diſtinguēda videt a nolle: ꝛ hoc loquendo ꝓprie de velle ꝛ nolle, et ſi largo vocabulo per velle omnis acceptatio voluntatis, ꝛ per nolle omnis refutatio ſignificetur: vt Auguſtini autoritas in littera allata ſonat, dicens quod letitia eſt voluntas: ſic delectatio eſt velle, ꝛ triſtitia nolle. tertio ꝙ tam delectatio q̄ triſtitia eſt a volūtate vt natura ſeu naturalr declarat ex antedictis: ꝛ ꝙ aliqua opatio eſt a volūtate nālr: ꝛ ꝙ fruitio dei clare viſi eſt nālis, ꝛ ꝓbatur: qꝛ nō in ꝑtāte nr̄a eſſe vr̄ triſtari vel delectari apprehēſis delectabilibus ꝛ triſtabilibus ipſi volūtati. i. volitis aut nolitis a nobis. Quarto qd delectatio ꝛ triſtitia habēt magis rōnē paſſionis in voluntate q̄ amor ꝛ odiū: ꝓ quanto ille ſunt vr̄ a volūtate vt nā. hec non. Et id voluntas ad h̄ ſe hꝫ magis actiue q̄ ad illas: imediate: qm̄ ad hoc cū obto, ad illas non. Et propterea putate ſunt vere paſſiones. i. cāte ſolummō ab obto immediate cū tñ ſint opationes nāles ipſius voluntatis ↄtite ab ipſa ꝛ in ipſa ex obtis apprehenſis ꝛ volitis aut nolitis formalr vel fruitialr. Et qm̄ hoc media eſt inter eſſe oīno paſſiones, vt ſcot. poſuit: ꝛ eē oīno opationes voluntarias, ideo abs vtrāꝗ3 veritatem participāt. ſolutiōdā eñ ſimplr ſunt: ꝛ dōm ad pm̄ ꝙ triſtitia ꝓprie loquēdo nec eſt velle: nec nolle. Sed opō ſ3a ria fruitiui: cōiter tñ loquēdo eſt nolle: nō tñ ſecūdū q̄ ſit ex in deo vel btis qꝛ non eſt oē nolle nō eñ ſe hꝫ cōuerſibilr ſꝫ ſic alal ꝛ hō. Ad ſm̄ ꝙ ſumme nolēte ſorte aliqd euenire: eı tñ euenīēte triſtabitur reſultante ex cātu apprehēſo i volūtate nouo motu triſtitie: nec inconuenit ↄcēdēdo cū iſtis i abuſiōe vocabulorū: ꝙ cū ſumma nolitiōe obi abſolute vt futuri adueniat alia nolitio eiuſdē iā pñtis. Sic eñ cū triſtitiam: aliter eñ mouet pñs, ꝛ aliter abſens obm̄: vt dictū eſt. Ad tertiū negatur ꝙ oīs opatio ſit immediate in ꝑtāte volūtatis. imo aliqua nunꝗ3 vt pꝫ: aliq̄ mediate: vt delectatio mediāte. ſ. apprehēſione vel amore obi. Ad q̄rtum dr̄ ꝙ cū hoc ꝙ triſtitia eſt de his que nobis nolentibꝰ accidūt ſtat qd ſit a voluntate vt natura immediate.

I. q. 53. ā. 1. co. ꝛ. 1. diſt. 45. ā. 1. co. ꝛ. 4. diſt. 43. q. 3. ā. 1. q. 6. ꝛ. 2.

I. q. 38. ā. 4. 10. ꝛ. 4. diſt. 49. q. 3. ā. 5. q. 1. ꝛ. 1. eth. l. 13. co. 1. et. 12. me. l. 7. co. 5. ā.

¶ Super articulum quintum.

IN articulo quinto nota illa verba vnde delectationes ſenſibiles nō ſunt tote ſimul. Ex hoc eñ patet quod cū de ratione delectationis dicitur quod eſt tota ſimul intelligitur de ea per ſe: licet per accidens contingat oppoſitum. Connexio enim in qua delectatio conſiſtit: non eſt ſucceſſiua niſi ratione motus adiuncti, vt hic dicitur: ꝛ ex hoc ipſa deficit a perfectione delectationis illa que hoc accidens habet annexum ex quo nō eſt tota ſimul. Delectatio igitur ſecundū ſe eſt tota ſimul, ꝛ abſꝗ3 tēpore vt in articulo ſecundo diſcuſſum eſt: per accidens autem

rum vehementiam: ſed delectationes ſpirituales non oportet refrenare. ergo delectationes corporales ſunt maiores.

Sed Contra eſt, ꝙ dicitur in pſal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Et phūs dicit in .x. ethi. ꝙ maxima delectatio eſt que eſt ſcḋm operationem ſapientie.

Reſpondeo Dicendum, ꝙ ſicut iam dictum eſt, delectatio prouenit ex coniunctione conuenientis cum ſentitur ⁊ cognoſcitur. In operibus autem anime precipue ſenſitiue ⁊ intellectiue eſt hoc conſiderandum ꝙ cum non tranſeant in materiam exteriorem, ſunt actus vel perfectiones operantis. ſ. intelligere, ſentire, velle ⁊ huiuſmodi: nam actiones que tranſeunt in exteriorem materiam, magis ſunt actiones ⁊ perfectiones materie tranſmutate: motus enim eſt actus mobilis a mouente. Sic igitur predicte actiones anime ſenſitiue ⁊ intellectiue, ⁊ ipſe ſunt quoddam bonum operantis: ⁊ ſunt etiam cognite per ſenſum vel intellectum: vnde etiam ex ipſis conſurgit delectatio, ⁊ non ſolum ex eorum obiectis. Si igitur comparentur delectationes intelligibiles delectationibus ſenſibilibus ſcḋm ꝙ delectamur in ipſis actionibus (puta in cognitione ſenſus: ⁊ in cognitione intellectus) non eſt dubium ꝙ multo ſunt maiores delectationes intelligibiles quam ſenſibiles: multo enim magis delectatur homo de hoc ꝙ cognoſcit aliquid intelligendo quam de hoc ꝙ cognoſcit aliquid ſentiendo: quia intellectualis cognitio ⁊ perfectior eſt, ⁊ etiam magis cognoſcitur: quia intellectus magis reflectitur ſupra actum ſuum quam ſenſus: eſt etiam cognitio intellectiua magis dilecta. nullus enim eſt qui non vellet magis carere viſu corporali quam viſu intellectuali eo modo quo beſtie vel ſtulti carent: ſicut aug. dicit in lib. de ci. dei. Sed ſi comparentur delectationes intelligibiles ſpirituales delectationibus ſenſibilibus corporalibus, ſic ſcḋm ſe ⁊ ſimpliciter loquendo delectationes ſpirituales ſunt maiores: ⁊ hoc apparet ſcḋm tria que requiruntur ad delectationem. ſ. bonum coniunctum, ⁊ id cui coniungitur, ⁊ ipſa coniunctio. Nam ipſum bonum ſpirituale eſt maius quam corporale bonum: ⁊ eſt magis dilectum. cuius ſignum eſt ꝙ homines etiam a maximis corporalibus voluptatibus abſtinent, vt non perdant honorem qui eſt bonum intelligibile. ſimiliter etiam ipſa pars intellectiua eſt multo nobilior, ⁊ magis cognoſcitiua quam pars ſenſitiua. Coniunctio etiam vtriuſque eſt ⁊ magis intima ⁊ magis perfecta: ⁊ magis firma. Intimior quidem eſt: quia ſenſus ſiſtit circa exteriora accidentia rei, intellectus vero penetrat vſque ad rei eſſentiam. obiectum enim intellectus eſt ꝙ quid eſt: perfectior autem eſt quia coniunctioni ſenſibilis ad ſenſum adiungitur motus qui eſt actus imperfectus: vnde ⁊ delectationes ſenſibiles non ſunt tote ſimul, ſed in eis aliquid pertranſit ⁊ aliquid expectatur conſummandum: vt patet in delectatione ciborum ⁊ venereorum: ſed intelligibilia ſunt abſque motu: vnde delectationes tales ſunt tote ſimul. Eſt etiam firmior: quia delectabilia corporalia ſunt corruptibilia ⁊ cito deficiunt, bona vero ſpiritualia ſunt incorruptibilia. ¶ Sed quo ad nos delectationes corporales ſunt magis vehementes propter tria. Primo quia ſenſibilia ſunt magis nota quo ad nos quam intelligibilia. Secundo etiam quia delectationes ſenſibiles cum ſint paſſiones ſenſitiui appetitus ſunt cum aliqua tranſmutatione corporali: quod non contingit in delectationibus ſpiritualibus niſi per quandam redundantiam a ſuperiori appetitu ad inferiorem. Tertio quia delectationes corporales appetuntur vt medicine quedam contra corporales defectus vel moleſtias ex quibus triſtitie quedam ſequuntur. vnde delectationes corporales triſtitiis huiuſmodi ſuperuenientes magis ſentiuntur. ⁊ per conſequens magis acceptantur quam delectationes ſpirituales que non habent triſtitias contrarias: vt infra dicetur.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ ideo plures ſequuntur delectationes corporales: quia bona ſenſibilia ſunt magis ⁊ pluribus nota, ⁊ etiam quia homines indigent delectationibus vt medicinis contra multiplices dolores ⁊ triſtitias: ⁊ cum plures hominum non poſſint attingere ad delectationes ſpirituales que ſunt proprie virtuoſorum: conſequens eſt ꝙ declinent ad corporales. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ tranſmutatio corporis magis contingit ex delectationibus corporalibus inquantum ſunt paſſiones appetitus ſenſitiui. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ delectationes corporales ſunt ſecundum partem ſenſitiuam, que regulatur ratione: ⁊ ideo indigent temperari ⁊ refrenari per rationem. ſed delectationes ſpirituales ſunt ſcḋm mentem, que eſt ipſa regula: vnde ſunt ſcḋm ſeipſas ſobrie ⁊ moderate.

22.q.15 a.5.co. 2.q.141 a.4.co. e ad.3.e a.7.co. e.4 dis. 49.q.3. a.5.q.2 Et mal. q.14.a. q.14.a. 4.co.et ad.1.

¶ Utrum delectationes tactus ſint maiores delectationibus que ſunt ſcḋm alios ſenſus. Arti. 6.

AD ſextum Sic proceditur. Uidetur ꝙ delectationes que ſunt ſcḋm tactum non ſint maiores delectationibus que ſunt ſcḋm alios ſenſus. Illa enim delectatio videtur eſſe maxima qua excluſa gaudium omne ceſſat, ſed talis eſt delectatio que eſt ſcḋm viſum. Dicitur enim tobie. 5. Quale gaudium erit mihi qui in tenebris ſedeo ⁊ lumen celi non video. ergo delectatio que eſt per viſum eſt maxima inter ſenſibiles delectationes. ¶ Preterea. Unicuique fit delectabile illud quod amat, vt phūs dicit in .1. rheto. ſed inter alios ſenſus maxime diligitur viſus. ergo delectatio que eſt ſcḋm viſum eſt maxima. ¶ Preterea. Principium amicitie delectabilis maxime eſt viſio: ſed cauſa talis amicitie eſt delectatio. ergo ſcḋm viſum videtur eſſe maxime delectatio.

Sed contra Eſt ꝙ phūs dicit .3. ethi. ꝙ maxime delectationes ſunt ſcḋm tactum.

Reſpondeo Dicendum, ꝙ ſicut iam dictum eſt: vnumquodque inquantum amatur efficitur delectabile: ſenſus autem vt dicitur in .1. meta. propter duo diliguntur. ſ. propter cognitionem ⁊ propter vtilitatem: vnde ⁊ vtroque modo contingit eſſe delectationem ſcḋm ſenſum. Sed quia apprehendere ipſam cognitionem tanquam bonum quoddam proprium eſt hominis, ideo prime delectationes ſenſuum. q. ſ. ſunt ſcḋm cognitionem ſunt proprie hominum: delectationes autem ſenſuum inquantum diliguntur propter vtilitatem, ſunt communes omnibus animalibus. Si igitur loquamur de delectatione ſenſus que eſt ratione cognitionis, manifeſtum eſt ꝙ ſcḋm viſum eſt maior delectatio quam ſcḋm aliquem alium ſenſum. Si autem loquamur de delectatione ſenſus que eſt ratione vtilitatis: ſic maxima delectatio eſt ſcḋm tactum. vtilitas enim ſenſibilium attenditur ſcḋm ordinem ad conſeruationem nature animalis, ad hanc autem vtilitatem propinquius ſe habent ſenſibilia tactus. Eſt enim tactus cognoſcitiuus eorum ex quibus conſiſtit animal. ſ. calidi ⁊ frigidi, ⁊ humidi ⁊ ſicci: ⁊ huiuſmodi: vnde ſcḋm hoc delectationes que ſunt ſecundum tactum ſunt maiores: quaſi fini propinquiores, ⁊ propter hoc etiam animalia alia que non habent delectationem ſcḋm ſenſum niſi ratione vtilitatis non delectantur ſcḋm alios ſenſus niſi in ordine ad ſenſibilia tactus. Neque enim odoribus leporum canes gaudent, ſed cibatione: neque leo voce bouis, ſed comeſtione: vt dicitur in .3. ethic. Cum igitur delectatio tactus ſit maxima ratione vtilitatis: delectatio autem viſus ratione cognitionis. ſi quis vtranque comparare velit: inueniet ſimpliciter delectationem tactus eſſe maiorem delectatione viſus ſecundum quod conſiſtit infra limites ſenſibilis delectationis: quia manifeſtum eſt ꝙ id quod eſt naturale, in vnoquoque eſt potentiſſimum. Huiuſmodi autem delectationes tactus ſunt ad quas ordinantur concupiſcentie naturales: ſicut cibi, et venerea, et huiuſmodi. Sed ſi conſideremus delectationes viſus ſecundum quod viſus deſeruit intellectui; ſic delectationes viſus erunt potiores ea ratione qua et intelligibiles delectationes ſunt potiores ſenſibilibus.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ gaudium: ſicut ſupra dictum eſt: ſignificat animalem delectationem. ⁊ hec maxime pertinet ad viſum: ſed delectatio naturalis magis pertinet ad tactum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod viſus maxime diligitur propter cognitionem: eo quod multas rerum differentias nobis oſtendit: vt ibidem dicitur. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ alio modo delectatio eſt cauſa amoris carnalis: ⁊ alio modo viſio: nam delectatio ⁊ maxime que eſt ſecundum tactum eſt cauſa amicitie delectabilis per modum finis. viſio autem eſt cauſa ſicut vnde eſt principium motus inquantum per viſum amabilis imprimitur ſpecies rei que allicit ad amandum, ⁊ ad concupiſcendam eius delectationem.

aliqua eſt non tota ſimul ⁊ in tempore.

¶ Super articulum ſextum.

IN articulo ſexto aduerte, quod cum dicitur quod delectationes tactus ſunt ad quas ordinantur concupiſcentie naturales: poteſt tripliciter intelligi. Primo, cum preciſione: vt ſcilicet ad ſolas delectationes ſenſuum inquantum vtiles, que appellantur in littera delectationes tactus, ordinentur concupiſcentie naturales: ⁊ hunc ſenſum inſinuat diſtinctio harum delectationum contra delectationes ſenſuum inquantum faciunt cognoſcere: cum ille ſint naturales. iſte non: ⁊ ideo ille potiores. Sed contra hunc ſenſum occurrit auctoritas Ariſtot. in primo rhetorice capitulo decimotertio ponens concupiſcentias ⁊ delectationes naturales, quecunque ſunt non per eſtimare aliquid: ⁊ ſubdit quod tales ſunt quecunque dicuntur eſſe natura: et ſubiungit de ſenſibus omnibus. Et confirmatur ratione: quia pulchra delectant viſum: et ſimiliter ſuaues cantus et etiam ſoni abſque omni vtilitate, et abſque exiſtimatione, ſola naturali conuenientia: vt experientia teſtatur. Secundo igitur poſſunt intelligi ſecundum excellentiam vt ſcilicet ad primas delectationes maxime ordinentur concupiſcentie naturales. Et ex hoc habet intentum auctor, ex naturalitate: quia ex hoc quod naturale eſt potentiſſimum in vnoquoque, magis naturale eſt potentius: ac per hoc delectationes ille ad quas precipue ordinantur concupiſcentie naturales ſunt maiores. Poteſt etiam tertio dici: quod licet ambe delectationes ſcilicet tactus et viſus ſint ſecundum ſe naturales cum ſuis concupiſcentiis: comparate tamen adinuicem delectatio viſus habet rationem animalis, ⁊ delectatio tactus naturalis quia tactus fundamentum eſt et neceſſarium na

ture: viſus autem ad bene eſſe poſterios adueniit. Et quia littera comparabat delectationem hoīs duorum ſenſuum Jdeo etiam que tactus eſt diſtinxit contra iſtam vt naturalem contra animalem: ⁊ huic ſenſui ſaporis: comparatiua aduerbia in reſponſione ad primum in littera poſita.

℄ Super Articulum octauum.

Articulo ſeptimo omiſſo circa octauum in reſponſione ad tertium dubium occurrit: quia ſuperius in q°. 30. arti. ſecundo dictum eſt ꝙ differentia obiecti ſm naturam facit materialem diuerſitatem paſſionum hic vero dr ꝙ obiecta delectationum diuerſificant non ſolum materialiter, ſꝫ formaliter delectationem.

℄ Ad hoc dr breuiter ꝙ doctrine ſuperioris nō repugnat preſens: quã ibi didicimus qđ diuerſitas obiecti ſm virtutē cauſat diuerſitatē paſſionum: non autem diuerſitas ſm naturam. Et vtrūq; eſt verum vt intelligitur: non enim oīs diuerſitas nature obiecti diuerſificat ſpeciem paſſionis: nunc vero dicimus ꝙ aliqua diuerſitas nature obiecti: illa. ſ. que redūdat in diuerſam rationem delectabilis diuerſificat ſpēm paſſionis: cõſtat autē hec ſibi inuicē non aduerſari, nec hoc eſt ſingulare in delectatione, nã idē eſt de concupiſcentia iudiciū. Quãꝫ enim concupiſcentia ſit appetitus delectabilis ad delectationē, ꝗ ſe habeat vt motus ad quietem ipſum terminantē ↄ̃ſa eſt. ꝙ de delectabilibus exiſtētib⁹ ↄ̃rariis ac per hoc diſtinctis ſpecie: neceſſe ſit et delectationes et cõcupiſcentias eſſe ↄ̃trarias. ac per hoc ſpecifice diſtinctas.

℄ Super queſtionem 32.

Circa primum articulū queſt. 32. dubium occurrit: an operatio ſit ꝓpria cã delectationis: vt conſtitutio in connaturale bonum an indiſtincte, ⁊ vt clarior ſit qõ: recolito ꝙ in diffinitione delectationis poſiti ſunt dua actus pro cã delectationis. ſ. cognitio ⁊ conſtitutio: et quia nulli dubium eſt ꝙ cognitio eſt operatio ſi ea rõne operatio eſt cã propria delectationis

℄ Utrū aliq̃ delectatio ſit nō nãlis. Art. 7.

Ad Septimū ſic ꝓcedit. Videtur ꝙ nulla delectatio ſit innaturalis. Delectatio enim in affectibus ale ꝓportionaẜ quieti in corporibus: ſed appetitus corporis nãlis nõ quieſcit niſi in loco ↄnaturali. ergo nec quies appetitus alalis q̃ eſt delectatio põt eſſe niſi in aliquo cõnaturali. nulla ergo delectatio eſt nõ naturalis. ℄ P̃. Illud quod eſt contra naturã eſt violentū: ſed omne violentū eſt ↄ̃triſtãs, vt dr in. 5. meta. ergo nihil ꝙ eſt ↄ̃tra naturã eſt delectabile. ℄ P̃. Cõſtitui in ꝓpriã naturã cū ſentiẜ cauſat delectationē: vt pꝫ in diffinitione phī ſupra poſita: ſed conſtitui in naturã vnicuiq; eſt naturale: quia motus naturalis eſt qui eſt ad terminum naturalem. ergo omnis delectatio eſt naturalis.

Sed Contra eſt, ꝙ phs dicit in. 7. ethi. ꝙ quedã delectationes ſunt egritudinales ⁊ contra naturam.

Rñdeo Dōm ꝙ nãle dr ꝙ eſt ſꝫ nãꝫ: vt dr in. 2. phy. natura aūt in hoīe dupl̃r ſumi põt. Uno modo prout intellectus ⁊ rõ eſt potiſſime hoīs natura: qꝛ ſm eã hõ in ſpecie conſtituiẜ, ⁊ ſm hoc nãles delectationes hoīm dici poſſunt: qꝛ ſunt in eo ꝙ cõuenit ei ſꝫ rationē. ſicut delectari in cõtēplatione veritatis: ⁊ in actibus virtutū eſt naturale hoīm. Alio modo põt ſumi natura in hoīe ſm ꝙ cõdiuidiẜ rationi. ſ. id ꝙ eſt cõmune homini ⁊ aliꝭ, precipue ꝙ rationi nõ obedit ⁊ ſm hoc ea q̃ ꝑtinēt ad cõſeruationem corꝑis: vel ſm indiuiduū: vt cibus, potus, lectus ⁊ hmōi: vel ſm ſpeciē ſicut venereorū vſus dicuntur homini delectabilia naturaliter. ſm vtraſq; autē delectationes cõtingit aliquas eſſe innãles ſimpl̃r loquēdo ſꝫ connãles ſm quid. Cõtingit enī in aliquo indiuiduo corrūpi aliqđ principiorū nãlium ſpeciei: ⁊ ſic id ꝙ eſt cõtra naturã ſpeciei fieri per accñs nãle huic indiuiduo. ſicut huic aque calefacte eſt nãle ꝙ calefaciat. Jta igitur cõtingit ꝙ id qđ eſt contra naturã hoīs vel quãtū ad rationē vel q̃tum ad corꝑis conſeruationē fiat huic homini connãle ꝓꝑ aliquã corruptionē nature in eo exiſtētem. quequidē corruptio põt eſſe vel ex parte corporis ſicut ex egritudine: ſicut febricitantibus dulcia videnẜ amara: ⁊ econuerſo: ſiue propter malam complexionē ſicut aliqui delectantur in comeſtione terre vel carbonum vel aliquorū hmōi: vel etiã ex parte aīe, ſicut propter conſuetudinē aliqui delectantur in comedendo hominẽs: vel in coitu beſtiarū: aut maſculorum, aut aliorum hmōi: que nõ ſunt ſecundum naturam humanam. ℄ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

℄ Utrum delectatio poſſit eſſe delectationi contraria. Artic. 8.

Ad Octauū ſic ꝓcediẜ. Videẜ ꝙ delectationi nõ ſit delectatio contraria. Paſſiones enī anime ſpeciem ⁊ contrarietatē recipiunt ſm obiectū, obiectū aūt delectationis eſt bonū, cū igitur bonū non ſit contrarium bono: ſed bonum malo contrarieẜ: ⁊ malū bono: vt dicitur in predicamētis: videtur ꝙ delectatio nõ ſit cõtraria delectationi. ℄ P̃. Uni eſt cõtrarium vnū vt ꝓbaẜ in. 10. meta. ſed delectationi cõtraria eſt triſtitia. nõ ꝗ delectationi cõtraria eſt delectatio. ℄ P̃. Si delectationi ↄ̃ria eſt delectatio, hoc nõ eſt niſi ꝓꝑ ↄ̃rietatem eorū in quib⁹ aliꝗs delectaẜ. ſꝫ hec dr̃ia eſt materialis: cõtrarietas autē eſt dr̃ia ſm formã: vt dꝫ in. 10. meta. ergo ↄ̃rarietas nõ eſt delectationis ad delectationem.

Sed ↄ̃ra ea q̃ ſe impediunt in eodeꝫ gñe exñtia ſm phm ſunt ↄ̃ria: ſꝫ q̃dam delectatiões ſeinuicē impediūt: vt dr in. 10. ethi. ergo alique delectationes ſunt ↄ̃rie.

Rñdeo Dōm ꝙ delectatio i affectiõib⁹ aīe: ſicut dictū eſt: ꝓportionaẜ quieti i corꝑib⁹ nãlib⁹, dñr aūt due quietes eſſe ↄ̃rie que ſunt in ↄ̃riis terminis: ſicut quies q̃ eſt ſurſum et q̃ eſt deorſum vt dr in 5. phyſi. vnde ⁊ cõtingit in affectibus anime duas delectationes eſſe contrarias.

Ad Primū ꝗ dōm, ꝙ verbū illud phī eſt intelligendū ſm ꝙ bonū ⁊ malū accipitur in virtutib⁹ ⁊ vitiis. nã inueniunẜ duo ↄ̃ria vitia: nõ autē inueniẜ virtus contraria virtuti. Jn aliis aūt nil ꝓhibet duo bona eē adinuicē ↄ̃ria: ſicut calidū ⁊ frigidū, quorū vnū eſt bonū igni, alterū aque. Et per hunc modū delectatio põt eſſe delectationi ↄ̃ria. ſed hoc in bono ↄ̃trarietas eſſe nõ põt: qꝛ bonū virtutis non accipitur niſi per cõuenientiã ad aliquid vnū. ſ. rationē. ℄ Ad ſcdm dōm, ꝙ delectatio ſe habet in affectibus aīe ſicut quies naturalis in corporibus. eſt enī in aliquo cõuenienti, ⁊ quaſi ↄnãli. triſtitia autē ſe habet ſicut quies violēta. triſtabile enī repugnat appetitui aiali, ſicut locus quietis violente appetitui naturali. quieti autē nãli opponiẜ ⁊ quies violēta eiuſdē corꝑis, ⁊ quies naturalis alterius. vt dr l. 6. phy. vñ delectationi opponiẜ ⁊ delectatio ⁊ triſtitia. ℄ Ad tertiū dōm, ꝙ ea in quibus delectamur cuꝫ ſint obiecta delectationis non ſolum faciunt differentiam materialem, ſed etiam formalem, ſi ſit diuerſa ratio delectabilitatis. diuerſa enī ratio obiecti diuerſificat ſpeciem actus vel paſſionis vt ex ſupradictis patet.

℄ De cauſa delectationis. Queſtio. 32.

Deinde Cõſiderandū eſt de cauſis delectatiõis.

℄ Et circa hoc queruntur octo. Primo, vtrum operatio ſit cauſa propria delectationis. Secundo vtrū motus ſit cauſa delectationis. Tertio vtrū ſpes ⁊ memoria. Quarto vtrū triſtitia. Quinto vtrum actiones aliorū ſint nobis delectationis cauſa. Sexto vtrum benefacere alteri ſit cauſa delectationis. Septimo vtrū ſimilitudo ſit cauſa delectationis. Octauo vtrum admiratio ſit cauſa delectationis.

℄ Utrū opõ ſit cã ꝓpria delect. Arti. 1.

Ad primū Sic ꝓcediẜ. Uĩ ꝙ operatio non ſit ꝓpria ⁊ prima cã delectationis. vt enī phs dicit in. 1. rheto. Delectari conſiſtit in hoc ꝙ ſenſus aliquid patiatur: requiriẜ enī ad delectationē cognitio: ſicut dictū eſt: ſed ꝑ prius ſunt cognoſcibilia obiecta operationū q̃ ipſe operationes: ergo operatio nõ eſt ꝓpria cauſa delectatiõis. ℄ P̃. Delectatio potiſſime cõſiſtit in fine adepto. hoc enī eſt ꝙ precipue cõcupiſcitur: ſed non ſemper operatio eſt finis, ſed q̃nq; ipſuꝫ opatū: nõ ergo opatio eſt ꝓpria ⁊ per ſe cauſa delectationis. ℄ P̃. Ocium ⁊ requies dñr ꝑ ceſſationē operationis. hec autem ſunt delectabilia: vt dicitur in. 1. rheto. non ergo operatio eſt propria cauſa delectationis.

Sed Cõtra eſt, ꝙ phs dicit in. 7. ⁊. 10. ethic. ꝙ delectatio eſt operatio cõnaturalis: ⁊ non impedita.

Rñdeo Dōm, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt: ad delectationē duo requirūtur. ſ. conſecutio boni conuenientis, ⁊ cogni-

tionis: quia opꝫ cognitionem interuenire vt cãm q̃nia ſolo clara eſt. qꝛ vero ſatis ambiguū eſt an conſtitutio ſit neceſſario opatio. Jdeo ſi ea rõne opatio eſt cã propria delectationis dr: qꝛ oīs itaq; conſtitutio talis in connaturale bonuꝫ cauſans delectationē eſt operatio ſingulare dictū et diſputabile eſt. Et eſt later hos duos ſenſus tñta dr̃ia: ꝙ in primo indiſtincte ⁊ ſine ↄ̃tractione aliqua opatio ponitur cã delectationis. in ſcdo hõ opatio ponẜ prima eē cauſa dē ⁊ vt cõſtitutio in cõnãli ⁊ ꝓ pte affirmatiua huius ſcdi ſenſus ſunt verba autoris in iſta reſponſio ꝙ ↄſequtio boni ↄuenientis conſiſtat in operatione. Et in reſponſione ad primum dr ꝙ q̃ habem⁹ nõ delectãt niſi apprehēſa vt habita. et hẽc nihil aliud eſt q̃ ꝗs vnũ vel poſſe vti: qđ eſt per aliquã operationē: ꝑ parte ſcda negatiua eſt: qꝛ ꝑ primum eſſe ⁊ viuere et alia hmōi delectant: ⁊ tñ conſtitutio aſa in eis nõ eſt ꝑ operari: ſed ꝑ eſſe: delectant quoq; nos multa in q̃b⁹ conſtituimur non per operari ſed ꝑ recipere ſeu pati: vt per cū calefieri vel refrigerari delectamur delectat et conueniens locus in quo per eſſe in loco non per operari conſtituimur.

℄ Ad euidētiã huius dubij ſcito ꝙ qꝛ delectatio q̃ ex rationē hꝫ conſequutio boni connaturalis exigitur ad cauſandã delectationē ꝓpter conſequutū eſſe ꝙ eſt totū ſimul ⁊ ↄſecutū eē exigere ꝑ eē. qđ eſt magis a motu elongatū: ⁊ ꝓpterea magna cã eſt delectationis conſequutū eſſe q̃ conſequutio: et magis eē q̃ cõſequutū eē: ꝗ cau⁹ ſignum ſcientie ⁊ virtutes aliꝫ acq̃ſite vel indite mõ vt in exiſtentes apprehēſe delectãt: ⁊ non ſolum qñ acquiſite ſunt aut ſcdꝫ acquiſitionis memoriam. Et omnia conſequuta ⁊ omne conſequutum eſſe delectat inquantum ponit in aliquo eſſe conſone. Unde cum in diffinitione delectationis dicitur quod delectatio eſt conſtitutio tota ſimul in naturam ⁊c. Nomine conſtitutionis intelligẽ non ſolum conſequutum eſſe, ſed eſſe: ſiue ſit tale eſſe per cõſtitutionē, ſiue non.

4. d. 49 q. 3. a. 5 q. 4. co.

Cōſtituit eſt deus glorioſus in eſſe ſine ꝯſumatiōe: ⁊ delectationē tñ ſummā ap-
phēſuꝫ (eo facit⁊ noon nſm eſſe apphēſuꝫ delectat: nō qꝛ ānā ꝯſtituā. ſꝫ qꝛ
facit nobis: in hꝯl. n. meri⁹ dilectaret, ſi nō aliūde hēremꝰ. ꝑ intellis iſ iſte cxpōſſe
dicēns vtrūqꝫ requiſitū ad delectationē cām in opatiōe ꝯſiſtere diſtingue ⁊ di
cito ꝙ delectabilia ſunt duplicia: quedā cōgenita: ⁊ qdā ſuperuenientia. Et ꝙ
autor de ſuperuenientibꝰ ſolicitꝰ in iſta cōſequutionis nole intentionē ſuā ſigni
ficauit ⁊ voluit conſe-
cutionem in operatio-
ne conſiſtere: extenſo
operationis vocabu-
lo ad omnem actionē
paſſionē motūqꝫ. De-
lectabilia quippe oīa
que ſuperueniunt iun
guntur nobis motu
aliquo: vel vt obiecta
operationū immanen
tium: vel ſaltē vt mā
vſus vt tranſitōe ad pu
mū ce. 2. dī. Nec tñ ta-
cuit oīno autor de con
ſiſtendo cāuſe delecta
tionē in ꝯgenitis. Nā
in art. 7. expreſſe dixit
ꝙ ſilr: inquantū vnuꝫ
eſt delectabile. Cōſtat
eñ ꝙ vnitas ſimiliuꝫ
eſt vnitas in eſſendo: ⁊
qꝛ vt dī in. 1. rhet. ori-
ſto. ſilr delectat vt ip-
ſummet ꝯſuetū eſt ꝙ con
ſimilitudo in delectatiōe
ꝯgenitorū ſicut ⁊ in de
lectatione ſimiliūꝫ ſit
ſm eē: ēt ſi nulla inde
opatio pueniret. Et ꝑ
hec patet ſolutio obie
ctorum ⁊ queſtionis.
¶ Circa cām delecta-
tionis ex parte obiecti
ſ. boni cōuenientis du-
biū occurrit: an ſit con
ueniēs formaliter: an
denolatiue. i. an obm
cāns delectationeꝫ ſit
res denolata a relatio
ne cōuenientie: an ſit
ipſa ꝯuenientia. qꝺ eñ
res ſit abſoluta q̄ de-
nolat cōueniēs: ꝑbat
ex cōi cōditiōe actiuo
4.d.49 rū: ratio eñ agendi in
q.3.a.2. qliꝫ actiuo res abſolu
ad.3. ta eſt. relō autē actiui
aut approximationis
ꝯditio eſt ſine qua nō.
Cōſtat aūt ꝙ bonum
cōueniēs actiuum eſt
delectationis. Qꝺ aūt
ſit ipſa cōuenientia ꝑ
bat ex eo ꝙ niſi appre
hendat aliqꝺ vt cōue
niēs non cauſat dele
ctatio. ¶ In hac dubi
tatiōe inuenio ſcotū in
3. ſen. diſt. 15. tenuiſſe
ꝙ cōueniēs ⁊ diſcōue-
niens ſm ſola abſolu-
ta dicunt rōnes cāndi
delectationem ⁊ triſti-
tiā ſm relōnes ſo di-
cere cās ſine qꝛbꝰ nō
vt relationes actiui ⁊
approximationis: nec
alibi inuenio eiꝰ funda
mentū. Mihi: ſo vt ꝙ
relatio cōuenientie vel diſconuenientie in actu exercito cōcurrat ad cauſan-
dam delectationē vel triſtitiā is vt ratio agendi: ⁊ moueor ex eo ꝙ delectatio
⁊ triſtitia de eodem differunt ſpecie vtpote contrarie. ergo delectabile ⁊ triſta
bile earum obiecta ⁊ propria per ſe paſſiue actiua differunt ſpecie ſm ratio-
nes agēdi illas: ſed nō ſm rationes abſolutas. ergo ſm rationes reſpectiuas
conuenientie ⁊ diſcōuenientie. prima ſequela patet notans terminis appoſi-
tis in conſequente ad excludendas cauſas excedentes: aut per accidens aut
negatiue; vt nam a preſens vel abſens cauſat contraria: ⁊ differentiam actiuo
rum ſm impertinentia ad ſubtracta: ⁊ alia huiuſmodi: oportet enim contra-
rias actiones a contrariis rationibus agendi proficiſci in naturaliter agen-
tibus propriꝫ: qualia ſunt delectabile vel triſtabile. deſtructio vero conſe-
quentia patet ad ſenſum: experimur enim quidem abſolutum: puta calor: mo
do cauſat delectationem, modo triſtitiam apprehenſus vel ſenſatus, vt con-

tio hmōi adeptionis. vtranqꝫ autē bonū in quadā opatione ꝯſiſtit. Nā actualis cognitio opatio eſt qdā: ſilr bonū ꝯueniēs adipiſcimur aliq̄ opōne. ipſa ēt opō ꝑpria, ē qꝺdā bonū cōueniēs: vnde opꝫ ꝙ oīs delectatio aliquam operationem conſequatur.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ ipſa obā opationū non ſunt delectabilia niſi inqūtū ꝯiungunt nobis. vel per cognitionē ſolā: ſicut cū delectamur in ꝯſideratione: vel inſpectiōe aliquoꝝ, vel quocūqꝫ alio mō ſimul cum cognitione: ſicut cū aliqs delectat in hoc ꝙ cognoſcit ſe hr̄e qꝺcunqꝫ bonū: puta diuitias vel honorē vel aliquid hmōi. q̄ qdē nō eſſent delectabilia niſi inquātum apprehendunt vt habita: vt eñ phs dicit in. 2. polit. Magnaꝫ delectationē habet putare aliqꝺ ſibi ꝑpriū: q̄ procedit ex nāli amore alicuiꝰ ad ſeipm̄, hr̄e autē hmōi nihil eſt aliud q̄ꝫ vti eis, vel poſſe vti, ⁊ hoc eſt per aliquā opōneꝫ. vñ manifeſtū eſt ꝙ oīs delectatio in opationē reducit ſicut in cauſam. ¶ Ad ſm dōm. ꝙ etiā in illis in qbꝰ opationes nō ſunt fines ſed operata ipſa, operata ſunt delectabilia inqūtū ſunt habita vel fctā qꝺ refert ad aliquē vſum vel operationem. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ operationes ſunt delectabiles inquantū ſunt proportionate ⁊ cōnaturales operāti, cū autē virtus humana ſit finita ſm aliquā mēſurā operatio eſt ſibi proportionata. vñ ſi excedat illam menſurā, iam non erit ſibi proportionata nec delectabilis: ſed magis laborioſa ⁊ accidians, ⁊ ſm hoc ocium et ludus ⁊ alia que ad requiem pertinent delectabilia ſunt inquantum auferunt triſtitiam que eſt ex labore.

¶ Utrū motus ſit cā delectationis. Art. 2.

Ad ſecundū ſic ꝑcedit. Uidetur, ꝙ motus nō ſit cauſa delectationis: ſicut ſupra dictū eſt: bonum preſentialr̄ adeptum eſt cauſa delectationis: vnde phs in. 7. ethi. dicit, ꝙ delectatio non cōparatur generationi, ſed operationi rei iam exiſtentis. id autē qꝺ mouetur ad aliud nondū habet illud: ſed quodāmodo eſt in via generationis reſpectu illius ſm ꝙ omni motui adiungit gñatio ⁊ corruptio: vt dī in. 8. phy. ergo motꝰ nō eſt cauſa delectationis. ¶ P̄. Motus precipue laborē ⁊ laſſitudinē inducit in operibus: ſed operationes ex hoc quod ſunt laborioſe et laſſantes non ſunt delectabiles, ſed magis afflictiue. ergo motus non eſt cauſa delectationis. ¶ P̄. Motus importat innouationem quandā que opponitat conſuetudini: ſed ea que ſunt conſueta ſunt nobis delectabilia: vt philoſophus dicit in primo rheto. ergo motus non eſt cauſa delectationis.

Sed ꝯ eſt, ꝙ aug. dicit in. 8. conf. Quid eſt hoc dñe deus meus, cum tu in eternū tibiipſi ſis gaudiū: ⁊ quedā de te circa te ſemꝑ gaudeāt. ꝙ hec rerū pars alterno defectu ⁊ profectu offenſionibus ⁊ conciliationibꝰ gaudet. Ex qꝺ accipit ꝙ hoīes gaudent ⁊ delectant in qbuſdā alternationibꝰ. ⁊ ſic motus videt eſſe cauſa delectationis.

mum melius ipſo. non vt bono magis bonū ſed vt optimo in vno ordine optimum alte: rius ordinis. honeſtū eñ t delectabile duo: rum bonorum ordi: nes conſtituunt. Ad literam tamen loquen do diſtinguo: quia aut eſt ſermo de bonitate nature aut moris. ſi quis enim inſpexerit quod tractatus iſte de bonitate et malitia eſt moralis, videbit qꝺ queſtio eſt de optimo moraliter id eſt ſum: me conſonante ratio: ni. omittendumq3 cen ſebit contradictionem aliis dictis ſcil Tho: me. puta qꝺ viſio eſt nobilior qꝺ eſt finis etiam delectationis. Hec eñ oia ad maio: rem bonitatem natu: re ſpectant: delectatio ſiquidē et opatio con: ſequens eadem nu: mero bonitate morali bone ſunt. Eadē quip: pe conſonantia vel diſ ſonantia cōſonant vel diſſonant rationi. ac per hoc optimā ope: rationem ſequens de: lectatio optima eſt nō minore bonitate t non magis nec minus bo: na moraliter. nec ob: ſtat huic ſenſui qꝺ in reſponſione ad ſecun: dum in prima reſpon ſione autor videt vel: le qꝺ delectatio eſt me lior actu virtutis quē ſequitur. hoc enim au tor non dicit nec in: tendit dicere: ſed pri: ma rñſio ibi data re: ſpondet maiori ꝑpo: ſitioni argumenti que eſt communiſſima ꝑ: poſitio. ſ. optimū nul: lo adiecto fit melius. et dicit qꝺ eſt vera de optimo ſimplr et non de optimo in genere quale eſt delectatio: et ideo data etiā ꝙ ex actu ſtudii eſſet me: lior adhuc ſtat qꝺ ſit optimum in genere. ſcꝺa vero rñſio reſpon det minori ſcilicet de: lectatio addita opera tioni eſt melior. t dicit ꝙ operatio nō eſt ade: iecta delectationi: ſed intranea eidem. t hec rñſio nullā patitur in ſe calumniam, t nihil extorquens omnis ſal uat: ſic eñ t ē optima moraliter inter bona humana ſumme con ſonans rōni: q2 nihil eſt melius moraliter ipſa, et tñ minus bo: na nāliter operatione quā ſequit que eſt o: ptima t in genere mo ris t nature in vtroq3 ordine vltimus finis eſſe. quāuis diuerſi: mode: q2 in illo cōi ſibi t delectationi bo: nitate in iſto propria

(4. diſt. 49. q. 3. ar. 4. q. 3. et. 3. cap. 26. ad. 3. Et 10. ethi. lectu. 4. cot.)

Ad primũ Ergo dicendũ, ꝙ ⁊ non oĩs delectatio conſequitur gñationẽ, ſ; alique delectationes conſequuntur operationes perfectas: vt dictũ eſt. ⁊ ideo nihil ꝓhibet aliquã delectationem eſſe optimã: etſi nõ oĩs ſit talis. ¶ Ad ſm dõm, ꝙ ratio illa ꝓcedit de optimo ſimpliciter, per cuius participationem omnia ſunt bona: vnde ex nullius additione ſit melius: ſed in alijs bonis vl̃r verum eſt ꝙ quodlibet bonũ ex additione alterius ſit melius. Quãuis poſſet dici ꝙ delectatio nõ eſt aliquid extraneum ab operatiõe virtutis: ſed concomitans ipſam: vt in primo ethi. dicitur. ¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ delectatio non habet ꝙ ſit optimum ex hoc ꝙ eſt delectatio, ſed ex hoc ꝙ eſt perfecta quies in optimo. vñ non oportet ꝙ omnis delectatio ſit optima aut etiam bona: ſicut aliqua ſcientia eſt optima non tamen omnis.

¶ Utrum delectatio ſit menſura vel regula ſm quã iudicetur bonum vel malum in moralibus. Articu. 4.

4. diſt. 49. q. 3. ã. 4. q. 3. ad 3. **AD quartũ** Sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ delectatio nõ ſit mẽſura vel regula boni ⁊ mali moralis. Oĩa eñ mẽſurant̃ primo ſui generis: vt dicitur in. 10. metaphy. ſ; delectatio nõ eſt primũ in genere moraliũ: ſ; ꝑcedũt ipſam amor ⁊ deſideriũ. non ergo eſt regula bonitatis ⁊ malitie in moralibus. ¶ P̃. Menſurã ⁊ regulam oportet eſſe vniformem. ⁊ ideo motus qui eſt maxime vniformis eſt menſura ⁊ regula omniũ motuũ. vt dicit̃ in. 10. metaphy. ſ; delectatio eſt varia et multiformis: cũ quedã earũ ſint bone ⁊ quedã male. ergo delectatio non eſt menſura ⁊ regula moraliũ. ¶ P̃. Certius iudiciũ ſumitur de effectu per cauſam ꝙ̃ econuerſo: ſed bonitas vel malitia operationis eſt cã bonitatis vel malitie delectationis: qꝛ bone delectationes ſunt que conſequunt̃ bonas operationes, male aũt que malas: vt dicitur in. 10. ethi. ergo delectatiões nõ ſunt regula ⁊ menſura bonitatis ⁊ malitie in moralibus.

Sed contra Eſt, ꝙ aug. dicit ſup illud pſal. Scrutans corda ⁊ renes deus. Finis cure ⁊ cognitionis eſt delectatio ad quã qs nititur ꝑuenire. Et Philoſophus dicit in. 6. ethicoꝝ ꝙ delectatio ẽ finis architectoniũ. i. principalis: ad quam reſpiciẽtes vnumquodq; hoc quidẽ malum, hoc autem malum ſimpliciter dicimus.

Rñdeo Dicendũ, ꝙ bonitas vel malitia moralis ꝑncipaliter in volũtate ↄſiſtit: vt ſupra dictũ ẽ. vtrũ aũt volũtas ſit bona vel mala precipue ex fine cognoſcitur, id aũt habet̃ pro fine in quo volũtas quieſcit: quies aũt volũtatis ⁊ cuiuſlibet appetit⁹ in bono ẽ delectatio, ⁊ ideo ſ; delectatiõnẽ voluntatis humane precipue iudicatur hõ bonus vel malus. Eſt eñ bonus ⁊ virtuoſus q̃ gaudet in operib⁹ virtutum: malus aũt qui in operibus malis. delectationes autem appetitus ſenſitiui nõ ſunt regula bonitatis vl̃ malitie moralis. nã cibus cõmuniter delectabilis eſt ſm appetitũ ſenſitiuũ bonis et malis: ſed voluntas bonorum delectatur in eis ſm conuenientiam rationis: quam non curat voluntas malorum.

Ad pmũ Ergo dicendum, ꝙ amor et deſiderium ſunt priora delectatione in via generationis: ſed delectatio eſt prior ſm rationẽ finis: q̃ in operabilib⁹ h; rõnem principij, a quo maxime ſumit̃ iudiciũ, ſicut a regula vl̃ mẽſura. ¶ Ad ſm dõm, ꝙ oĩs delectatio in hoc eſt vniformis quod eſt q̃es aliquo modo. ⁊ ſm hoc põt eſſe regula vel mẽſura: nã ille bonus eſt cuius volũtas q̃eſcit in vero bono: malus aũt cuius voluntas quieſcit in malo. ¶ Ad tertium dõm, ꝙ cũ delectatio perficiat operationẽ per modũ finis (vt. ſ. dictũ eſt) non põt eẽ operatio ꝑfecte bona niſi etiã adſit delectatio in bono: nam bonitas rei pendet ex fine. ⁊ ſic quodãmodo bonitas delectationis eſt cauſa bonitatis in operatione.

¶ De dolore ſeu triſtitia ſecundum ſe. Queſtio. 35.

DEinde Cõſiderandũ eſt de dolore ⁊ triſtitia. ¶ Et circa hoc primo conſiderandũ eſt de triſtitia ſeu dolore ſm ſe. Secũdo de cauſis eius. Tertio de effectib⁹ ipſius. Quarto de remedijs. Quinto de bonitate vel malitia eius. ¶ Circa primum queruntur octo. Primo vtrum dolor ſit paſſio anime. Secundo vtrum triſtitia ſit idẽ quod dolor. Tertio vtrum triſtitia ſeu dolor ſit contraria delectationi. Quarto vtrum omnis triſtitia omni delectationi contrarietur. Quinto vtrum delectationi contemplationis ſit aliqua triſtitia contraria. Sexto vtrũ magis fugienda ſit triſtitia ꝙ̃ delectatio appetenda. Septimo vtrum dolor exterior ſit maior ꝙ̃ dolor interior. Octauo de ſpeciebus triſtitie.

¶ Utrum dolor ſit paſſio anime. Arti. 1.

AD primũ Sic procedit̃. Uidetur, ꝙ dolor non ſit paſſio anime. Nulla enim paſſio anime eſt in corpore: ſed dolor poteſt eſſe in corpore. Dicit eñ aug. in lib. de vera reli. qđ dolor qui dicit̃ corporis eſt corruptio repentina ſalutis eius rei: quam male vtendo anima corruptioni obnoxiauit. ergo dolor non eſt paſſio anime. ¶ Preterea. Omnis paſſio anime pertinet ad vim appetitiuam: ſed dolor non pertinet ad vim appetitiuam: ſ; magis apprehenſiuã. Dicit eñ augu. in lib. de natura boni, ꝙ dolorem in corpore facit ſenſus reſiſtens corpori potentiori. ergo dolor non eſt paſſio anime. ¶ P̃. Omnis paſſio anime pertinet ad appetitum animalem: ſed dolor nõ pertinet ad appetitum animalem, ſed magis ad appetitum naturalem. Dicit enim aug. 8. ſuper Geñ. ad literam. Niſi aliquod bonum remanſiſſet in natura, nullius boni amiſſi eſſet dolor in pena. ergo dolor non eſt paſſio anime.

Sed Contra eſt, ꝙ aug. 14. de ciuita. dei ponit dolorẽ inter paſſiones anime: inducens illud Uirgilij, Hinc metuunt cupiunt gaudentq; dolentq;.

Rñdeo Dicendum, ꝙ ſicut ad delectationem duo requirunt̃. ſ. coniunctio boni, ⁊ perceptio huiuſmodi cõiunctionis. ita etiam ad dolorem duo requiruntur ſcilicet coniunctio alicuius mali qđ ea ratione eſt malum quia priuat aliquod bonũ, ⁊ perceptio hmõi cõiunctionis. Quicquid autẽ coniungitur, ſi non habeat reſpectu eius cui coniungitur rationem boni vel mali, non poteſt cauſare delectationem vel dolorem: ex quo patet ꝙ aliquid ſub ratiõe boni vel mali eſt obiectum delectationis et doloris. bonũ autem ⁊ malum inq̃ñtũ huiuſmodi ſunt obiecta appetitus. vnde patet ꝙ delectatio ⁊ dolor ad appetitũ pertinẽt. omnis aũt motus appetitiu⁹ ſeu inclinatio cõſequẽs apprehenſionẽ pertinet ad appetitũ intellectiuũ vel ſenſitiuũ. na; inclinatio appetitus naturalis nõ ↄſequitur apprehẽſionẽ ipſius appetẽtis ſ; alterius: vt in primo dictũ eſt. Cũ igitur delectatio ⁊ dolor preſupponant in eodem ſubiecto ſenſum vl̃ apprehenſionem aliquam, manifeſtum eſt qđ dolor ſicut ⁊ delectatio eſt in appetitu intellectiuo vel ſenſitiuo. omnis autẽ motus appetitus ſenſitiui dicitur paſſio: vt. ſ. dictu; eſt. ⁊ precipue illi qui in defectum ſonãt. vnde dolor ſm ꝙ eſt in appetitu ſenſitiuo propriiſſime dicitur paſſio anime. ſicut moleſtie corporales ꝓprie paſſiones corporis dicuntur. vnde ⁊ Auguſt. 14. de ciuitate dei. dolorem ſpecialiter egritudinem nominat.

Ad primũ Ergo dicendum, qđ dolor dicitur eſſe corporis quia cauſa doloris eſt in corpore. puta cum patimur aliquod nociuum corpori: ſed motus doloris ſemper eſt in anima: nã corpus nõ poteſt dolere niſi dolente anima: vt auguſ. dicit. ¶ Ad ſecundũ dicendum, qđ dolor dicitur eſſe ſenſus, nõ qꝛ ſit actus ſenſitiue virtutis: ſed quia requiritur ad dolorem corporalem ſicut ad delectationem. ¶ Ad tertium dicendũ, qđ dolor de amiſſione boni demonſtrat bonitatem nature: non quia dolor ſit actus naturalis appetitus: ſ; quia natura aliquid appetit vt bonum, quod cũ remoueri ſentitur, ſequitur doloris paſſio in appetitu ſenſitiuo.

¶ Super arti. 4. In titulo articuli quarti aduerte quod quia menſure eſt certificatiua quãtitatis mẽſurabilium et regula certificatiua diſpoſitionis, ⁊ vtrũq; horum exigit primitatem in cognoſcendo et quodammodo in eſſendo ſcḋm aliqđ genus cãe, idcirco auctor proponendo hũc articulum in enumeratione omniũ articulorum in ꝑncipio. q. querit vtrũ delectatio ſit menſura ſecundũ quã iudicetur: hic vero abſolute vtrum ſit menſura quaſi ibi primitatem in cognoſcendo hic in eſſendo inſinuãs. Et in corpore articuli menſuram ſcḋm cognitionẽ ⁊ iudiciũ determinat: in rñſionib⁹ vero ad primũ et vltimum cãlitatẽ finalem quodammõ et tribuit. Et ſcito, ꝙ qꝛ ad rõnẽ mẽſure ⁊ regule nõ ſufficit primitas in eſſendo ſed exigitur ꝙ ſit nobis certiſſima, ideo licet bonum honeſtũ ſit ſm ſe prius ⁊ certius ꝙ̃ delectabile, qꝛ cõſequit̃ ad illud et põt eſſe bona et mala delectatio: qꝛ tñ delectatio eſt nobis magis certa, ideo ipſi attribuitur ratio menſure, ⁊ operatio ipſa mẽſurari dicitur quo ad hoc a delectatione, propter qđ author ſtuduit in corpore articuli ad ꝓbandum rationẽ menſure in delectatione ex cognitione ⁊ iudicio. Et ſat fuit ſaluare vtrũq; prioritatẽ in eſſendo: vt patet in rñſione ad tertium. vbi finis ratione ſatis large ꝓpter hoc ſalitãdum vititur. ¶ Circa calcem rñſionis ad tertiũ in eodẽ quarto articulo dubiũ occurrit noui̇ꝰ quia videtur aduerſari ſuis predictis: ſi eñ bonitas delectationis eſt cã quodãmodo bonitatis in operatione aut econuerſo, ſequitur nõ eſſe eãdẽ nũero bonitatẽ vtriuſq; cuius oppoſitum dictum fuit. ¶ Ad hoc breuiter dicitur ꝙ vt ex ſupius dictis apparet in analoga cauſalitate ſeu redundantia ſaluat̃ idẽtitas numeralis in cã et cauſato. vnde hoc nihil obſtat propoſito: ſicut nec bonitatibus actus exterioris et interioris.

g. q. 34. ã. 6. q. 3. et. q. 8. 3. ã. 1. c.

¶ Super.q.35.

1.qō.15. 1.6.col. Et.3.de. 15.qō.2 ar.3.q.1 et.2. Et veri.qōe 27.ar.3 ad.9.et artic.4. ad 4m.

Omiſſis primis tribus articulis queſtionis.35. circa quartum duo occurrunt aduertenda. Primum eſt ꝙ author nō loquitur hic de abſolutis vt diſtinguuntur ꝯ relatiua: ſed determinat ſeipſum de qualificatione intendit ſcʒ ſpecificatione ab extrinſeco. Quod qualiter intelligatur in prima pte dictum diffuſe eſt. Secundum eſt ꝙ author poſuit intēperantiam et iuſtitiam ſub abſolutis: nō quia non ipſe ſpecificentur ab extrinſeco cum ſint actus aut habitus: ſʒ vel exemplariter, vel accipiendo eas vt qualitates. ſicut enim potentie anime ſumūtur vt potentie, ⁊ vt proprietates nature: ita actus et habitꝰ, vt ſic, et vt qualitates ſecundum ſe.

¶ Utrum triſtitia ſit idem qd dolor. Art.2.

Ad ſecūdum Uidetur ꝙ triſtitia nō ſit dolor. dicit.n. aug.14. de ciui.dei, qd dolor in corporibus dicitur, triſtitia aūt dicit magis in aīa: ergo triſtitia nō eſt dolor. ¶ P̄. Dolor nō eſt niſi de preſenti malo: ſed triſtitia pōt eſſe de preterito et de futuro: ſicut penitētia eſt triſtitia de preterito ⁊ anxietas de futuro. ergo triſtitia omnino a dolore differt. ¶ P̄. Dolor non videtur conſequi niſi ſenſum tactus: ſed triſtitia poteſt conſequi ex oibus ſenſibus. ergo triſtitia non eſt dolor: ſed ſe habet in pluribus.

Sed cōtra Eſt, qd apls dicit ad Roma.9. Triſtitia eſt mihi magna ⁊ continuus dolor cordi meo, pro eodem vtens triſtitia ⁊ dolore.

Rñdeo Dōʒ, ꝙ delectatio ⁊ dolor ex duplici apphenſione cauſari poſſunt. vel ex apphēſiōe exterioris ſenſus, vel ex apphēſione interiori, ſiue intellectus ſiue imaginationis. Interior aūt apphēſio ad plura ſe extendit ꝙ̄ exterior: eo qd quecunqȝ cadunt ſub exteriori apphēſione, cadunt ſub interiori: ſed nō ecōuerſo. Sola igit illa delectatio que ex interiori apphenſione cauſatur, gaudium nominatur: vt ſup a dictū eſt. ⁊ ſimiliter ille ſolus dolor qui ex apphenſione interiori cauſatur nominatur triſtitia. Et ſicut illa delectatio que ex exteriori apphenſione cauſat, delectatio quidē nominat nō aūt gaudium: ita ille dolor qui ex exteriori apphēſione cauſatur, nominatur quidem dolor non aūt triſtitia. Sic igitur triſtitia eſt quedam ſpecies doloris ſicut gaudium delectationis.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ aug. loquit ibi quantum ad vſum vocabuli: qr dolor magis vſitatur in corporalibꝰ doloribus, qui ſunt magis noti, ꝙ̄ in doloribꝰ ſpiritualibus. ¶ Ad ſm dōm, ꝙ ſenſus exterior nō percipit niſi preſens: vis aūt cognitiua interior pōt pcipere preſens, pteritum ⁊ futurū. ⁊ ideo triſtitia pōt eē de preſenti preterito ⁊ futuro: dolor aūt corporalis qui ſequit apphenſionē ſenſus exterioris nō pōt eſſe niſi de preſenti. ¶ Ad tertium dōm, ꝙ ſenſibilia tactus ſunt doloroſa nō ſolū inꝙ̄tū ſunt improportionata virtuti apphēſiue, ſed etiā inquantū cōtrariātur nature: aliorū vero ſenſuū ſenſibilia poſſunt quidē eſſe improportionata virtuti apphenſiue, non tñ cōtrariant nature niſi in ordine ad ſenſibilia tactꝰ. vñ ſolus homo qui eſt animal pfectū in cognitione delectat in ſenſibilibus aliorum ſenſuum ſecundum ſeipſa: alia vero animalia non delectantur in eis niſi ſecundūʒ ꝙ referuntur ad ſenſibilia tactus: vt dicit in .3. ethi. ⁊ ideo de ſenſibilibus aliorum ſenſuum nō dicit eſſe dolor ſm ꝙ contrariatur delectationi nāli: ſed magis triſtitia que contrariat gaudio animali. Sic igit ſi dolor accipiat pro corporali dolore qd vſitatius eſt dolor ex oppoſito diuiditur cōtra triſtitiā ſm diſtinctionē apphenſionis interioris ⁊ exterioris: lʒ quantū ad obiecta delectatio ad plura ſe extēdat ꝙ̄ dolor corpalis. Si vero dolor accipiatur cōiter: ſic eſt genus triſtitie: vt dictū eſt.

4.diſt. 49.q.3. ar.3.q.1

¶ Utrum triſtitia ſeu dolor ſit contraria delectationi. Ar.3.

Ad tertiū Uidetur ꝙ dolor delectationi non cōtrarietur. Unū eñ ꝯtrariorū nō eſt cauſa alterius: ſed triſtitia poteſt eſſe cā delectationis. Dicitur eñ Matth.5. Beati qui lugent: qm̄ ipſi conſolabunt. ergo nō ſunt contraria. ¶ P̄. Unū cōtrariorū nō denolat aliud: ſed in quibuſdā ipſe dolor vel triſtitia eſt delectabilis: ſicut aug. dicit in.3. ꝯfeſ. ꝙ dolor in ſpectaculis delectat. Et.4. confeſ. dicit, ꝙ fletus amara res eſt, ⁊ tamen quandoqȝ delectat. ergo dolor nō cōtrariat delectationi. ¶ P̄. Unū cōtrariorū non eſt materia alterius: qr cōtraria ſimul eſſe non pñt: ſed dolor pōt eſſe materia delectationis. dicit eñ Aug. in lib. de penitentia, Semp penitēs doleat, ⁊ de dolore gaudeat. Et pħo dicit in.9. ethic. ꝙ econuerſo malus dolet de eo ꝙ delectatus eſt. ergo delectatio ⁊ dolor non ſunt contraria.

Sed cōtra Eſt, ꝙ augu. dicit.14. de ciui.dei, qd letitia eſt voluntas in eorum cōſenſione que volumus: triſtitia autē eſt voluntas in diſſenſione ab his que volumus: ſed conſentire ⁊ diſſentire ſunt contraria. ergo letitia ⁊ triſtitia ſunt contraria.

Rñdeo Dōm, ꝙ ſicut pħs dicit.10. meta. Cōtrarietas eſt dñia ſm formā: forma aūt ſeu ſpecies paſſiōis et motꝰ ſumit ex obiecto vl termino: vñ cum obiecta delectationis ⁊ triſtitie ſeu doloris ſint contraria. ſ. bonū pñs ⁊ malum pñs: ſequitur ꝙ dolor ⁊ delectatio ſint contraria.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ nihil phibet vnū ꝯtrariorūʒ eē cauſam alterius p accidēs: ſic aūt triſtitia pōt eſſe cauſa delectatiōis. Uno quidē mō inquantū triſtitia de abſentia alicuiꝰ rei, vl de pñtia cōtrarii vehementius querit id in quo delectet. ſicut ſitiēs vehemētius q̄rit delectationem potus: vt remediū cōtra triſtitiam quam patit. Alio mō inquantū ex magno deſiderio delectationis alicuius nō recuſat aliqs triſtitias pferre, vt ad illā delectationē perueniat. et vtroqȝ mō luctꝰ pñs ad cōſolationē future vite perducit. qr ex hoc ipſo ꝙ hō luget pro peccatis vl pro dilatione glorie meretur cōſolationē eternā. Similiter meret etiā cū aliqs ex hoc ꝙ ad ipſāʒ ꝯſequendā nō refugit labores ⁊ anguſtias pp ipſam ſuſtinere. ¶ Ad ſm dōm, ꝙ dolor ipſe pōt eē delectabilis per accidēs, inquātū. ſ. hʒ adiūctā admirationē: vt in ſpectaculis. vl inquātū facit recordationē rei amate, ⁊ facit pcipere amorē eius de cuius abſentia dolet. vnde cū amor ſit delectabilis, et dolor ⁊ omnia que ex amore conſequunt, inquantū in eis ſentitur amor ſunt delectabilia. ⁊ pp hoc etiā dolores in ſpectaculis poſſunt eē delectabiles, inquantum in eis ſentitur aliquis amor cōceptus ad illos qui in ſpectaculis commemorantur. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ voluntas ⁊ ⁊ ratio ſupra ſuos actus reflectuntur: inquantum ipſi actus volūtatis ⁊ rationis accipiuntur ſub rōne boni vel mali. ⁊ hoc modo triſtitia poteſt eſſe materia delectationis vel ecōuerſo: nō per ſe ſed per accidens inquantum ſcilicet vtrunqȝ accipitur in ratione boni vel mali.

¶ Utrum ois triſtitia omni delectationi contrarietur. Ar.4. 1.art.6. col.ſi.et q.38.a. 1.ad.1m. Et.3.qō 1.ad.2. Et.4.d. 14.qō.1 art.4.q. 2.col.

Ad quartū Uidetur ꝙ omnis triſtitia delectationi cōtrarietur. Sicut enim albedo ⁊ nigredo ſunt contrarie ſpecies coloris, ita delectatio ⁊ triſtitia ſunt contrarie ſpecies aīe paſſionum: ſed albedo ⁊ nigredo vniuerſaliter ſibi opponūtur. ergo etiā delectatio ⁊ triſtitia. ¶ P̄. Medicine per cōtraria fiūt: ſed quelibet delectatio eſt medicina cōtra quālibet triſtitiāʒ: vt pʒ per pħm in.7. eth. ergo quelibet delectatio cuilibet triſtitie cōtrariatur. ¶ P̄. Contraria ſunt que ſe inuicem impediunt: ſed quelibet triſtitia impedit quamlibet delectationem: vt patet per illud quod dicitur in.10. ethi. ergo quelibet triſtitia cuilibet delectationi contrariatur.

Sed cōtra Contrariorum nō eſt eadē cauſa: ſed ab eodēʒ habitu pcedit ꝙ aliquis gaudeat de vno ⁊ triſtetur de oppoſito: ex charitate eñ cōtingit gaudere cum gaudentibus, ⁊ flere cum flentibus: vt dicitur Ro.12. ergo non omnis triſtitia omni delectationi contrariatur.

Rñdeo Dōm. ꝙ ſicut dr in.10. metaphy. Contrarietas eſt differētia ſm formā: forma aūt eſt ⁊ generalis ⁊ ſpecialis. vñ cōtingit eſſe aliqua ꝯtraria ſm formā generis ſicut virtus ⁊ vitiū: ⁊ ſm formā ſpeciei: ſicut iuſtitia ⁊ iniuſtitia. Eſt aūt cōſiderandū ꝙ quedā ſpecificant ſm formas abſolutas: ſicut ſubſtantie ⁊ qualitates. quedā vero ſpecificantur per comparationem ad aliquid extra: ſicut paſſiones ⁊ motus recipiunt ſpeciem ex terminis ſiue ex obiectis. In his ergo quorum ſpecies conſiderantur ſecundum formas abſolutas: contingit quidem ſpecies que continentur ſub cōtrariis generibus nō eſſe contrarias ſcdm rationem ſpeciei, non tamen contingit ꝙ habeant aliquam affinitatem vel conuenientiam adinuicem. Intēperantia enim ⁊ iuſtitia que ſūt in cōtrariis generibus (virtute ſcʒ ⁊ vitio) nō cōtrariant adinuicē ſm rōnem ppie ſpeciei: nec habēt aliquā affinitatē vl cōuenientiā adinuicē. Sʒ in illis quorū ſpecies ſumunt ſcdm habitudinē ad aliqd extrinſecū, cōtingit ꝙ ſpecies cōtrariorum generū nō ſolū nō ſunt cōtrarie adinuicem, ſed etiam habent quandā cōuenientiā ⁊ affinitatem: eo qd eodem modo ſe habere ad cōtraria cōtrarietatē inducit. ſicut accedere ad albūʒ ⁊ accedere ad nigrū habēt rationē cōtrarietatis: ſʒ contrario modo ſe habere ad cōtraria habet rationē ſimilitudinis: ſicut recedere ab albo et accedere ad nigrū. et hoc maxime apparet in contradictione que eſt principium oppoſitionis. nā in affirmatione et negatione eiuſdē conſiſtit oppoſitio: ſicut album et nō albū in affirmatione autem vnius oppoſitorum ⁊ nega-

tione alterius attendit̃ conuenientia et ſimilitudo: vt ſi dicam nigrũ ⁊ non album. triſtitia aũt ⁊ delectatio cũ ſint paſſiones ſpecificant̃ ex obiectis. ⁊ quidẽ ſm genus ſuũ cõtrarietatẽ habẽt: nã vnũ pertinet ad ꝓſecutionẽ, aliud vero ad fugã: q̃ ſe habẽt in appetitu ſicut affirmatio et negatio in rõne: vt dicit̃ in 6. ethi. Et ideo triſtitia ⁊ delectatio q̃ ſũt de eodẽ, habẽt oppoſitionẽ adinuicẽ ſm ſpẽm: triſtitia ꝟo ⁊ delectatio de diuerſis, ſi q̃dẽ illa diuerſa nõ ſint diuerſa oppoſita ſꝫ diſparata nõ hñt oppoſitionẽ adinuicẽ ſꝫ rõnẽ ſpẽi, ſꝫ ſunt etiã diſparata: ſicut triſtari de morte amici. ⁊ delectari ĩ cõtẽplatiõe. Si ꝟo illa diuerſa ſint cõtraria. tũc delectatio ⁊ triſtitia nõ solũ nõ habent cõtrarietatẽ ſm rationẽ ſpeciei, ſed etiã habent conuenientiã et affinitatem: ſicut gaudere de bono ⁊ triſtari de malo.

Ad pmũ Ergo dicẽdũ, ꝙ albedo ⁊ nigredo nõ habent ſpẽm ex habitudine ad aliquid exteri⁹: ſicut delectatio ⁊ triſtitia. vnde nõ eſt eadẽ rõ. ¶ Ad ſm dõm, ꝙ genus ſumit̃ ex materia: vt pꝫ in. 8. metaphy. in accidẽtibus autẽ loco mãe eſt ſubiectũ. dictũ eſt ãt ꝙ delectatio ⁊ triſtitia cõtrariãt̃ ſm genus. ⁊ iõ in qualibet triſtitia eſt ɔ̃ria diſpõ ſubiecti diſpõni q̃ eſt in qualibet delectatiõe. nã in qualibet delectatiõe appetit⁹ ſꝫ hꝫ vt acceptãs id qḋ hꝫ: in q̃libet aũt triſtitia ſe hꝫ vt fugiẽs. ⁊ iõ ex parte ſubiecti quelibet delectatio eſt me‑
1ª. q. 9 dicina ɔ̃tra quãlibet triſtitiã. et q̃libet triſtitia eſt impeditiua
ar. 4. ad cuiuſlibet delectationis: ꝓcipue tñ qñ delectatio triſtitie ɔ̃tra‑
2. 2. q. riat̃ etiã ſm ſpeciẽ. ¶ Vñ pꝫ ſolutio ad tertiũ. Vel aliter di‑
180. ar. cendũ, ꝙ etſi nõ ois triſtitia cõtrarietur omni delectationi ſm
8 cor. ſpeciẽ: tñ q̃ntum ad effectũ cõtrariatur. nam ex vno cõfortatur
Q. 3. q. natura animalis: ex alio vero quodammodo moleſtatur.
46. art. ¶ Utrũ delectatiõi cõtẽplationis ſit aliq̃ triſtitia ɔ̃ria. Ar. 5.
7. ad. 4.
Et. 4. ar.
49. q. 3.
⁊. 3 q. 2.
Et opuſ.
3. c. 168.
Et phyl.
7. lec. 6.
co. 3. fin.

AD quintũ Sic procedit̃. Videt̃ ꝙ delectationi cõtẽplationis ſit aliq̃ triſtitia ɔ̃traria. Dicit eñ apl's. 2. ad Cor. 7. Que ſm deũ eſt triſtitia, pniam in ſalutẽ ſtabilẽ opatur: ſꝫ reſpicere ad deũ ꝑtinet ad ſuperiorẽ rõnem cuius eſt cõtẽplationi vacare ſm aug. in. 12. de tri. ergo delectationi cõtẽplationis opponit̃ triſtitia. ¶ P̃. Cõtrariorum ɔ̃rij ſunt effectus: ſi ergo vnũ ɔ̃trariorũ cõtẽplatũ eſt cauſa delectatiõis, aliud erit cauſa triſtitie. ⁊ ſic delectationi contẽplationis erit triſtitia cõtraria. ¶ P̃. Sicut obiectũ delectationis eſt bonuꝫ, ita obiectum triſtitie eſt malum: ſed contemplatio põt habere mali rõnẽ. Dicit eñ phs in. 2. met. ꝙ quedã incõuenientẽs eſt meditari. ḡ cõtẽplationis delectationi põt eſſe cõtraria triſtitia. ¶ P̃. Operatio quelibet ſm ꝙ non eſt impedita eſt cauſa delectationis: vt dicitur in. 7. ⁊. 10. ethi. ſed operatio cõtẽplatiõis põt multipl'r ipediri. vl' vt totalr̃ nõ ſit, vel vt cũ difficultate ſit. ergo in cõtemplatione põt eſſe triſtitia delectationi cõtraria. ¶ P̃. Carnis afflictio eſt cauſa triſtitie: ſed ſicut dicitur Eccle. vltimo, Frequẽs meditatio carnis eſt afflictio. ergo cõtẽplatio habet triſtitiam delectationi contrariam.

Sed Cõtra ẽ, ꝙ dĩ ſap. 8. Nõ hꝫ amaritudinẽ ɔuerſatio illius (ſcꝫ ſapiẽtie) nec tediũ cõuictus eius: ſꝫ letitiã et gaudiũ: cõuerſatio aũt ⁊ cõuictus ſapiẽtie eſt ꝑ cõtẽplationẽ. ḡ nulla triſtitia eſt q̃ ſit ɔ̃traria delectatiõi cõtẽplationis.

Rñdeo Dõm, ꝙ delectatio cõtẽplationis põt intelligi dupl'r. Vno mõ ita ꝙ cõtẽplatio ſit delectationis cã ⁊ nõ obiectũ, ⁊ tũc delectatio nõ eſt de ipſa cõtẽplatione: ſꝫ de re ɔ̃tẽplata. cõtingit aũt cõtẽplari aliqḋ nociuũ cõtriſtãs: ſicut ⁊ aliqḋ cõueniẽs ⁊ delectãs. vñ ſi ſic delectatio cõtẽplationis accipiat̃: nihil ꝓhibet delectatiõi cõtẽplatiõis eſſe triſtitiã ɔ̃riã. Alio mõ põt dici delectatio ɔ̃tẽplationis, qꝛ cõtẽplatio eſt ei⁹ obiectũ ⁊ cã: puta cũ aliq̃s delectat̃ de hoc ipo ꝙ cõtẽplat̃. ⁊ ſic vt dicit Greg. nice. ei delectatiõi q̃ eſt ſꝫ ɔ̃tẽplationẽ nõ opponit̃ aliq̃ triſtitia ⁊ hoc idẽ phs dicit in pmo topico. et in. 10. ethi. ſꝫ hoc eſt intelligẽdũ ꝑ ſe loquẽdo: cuius rõ eſt: qꝛ triſtitia ꝑ ſe ɔ̃riat̃ delectationi que eſt de cõtrario obiecto: ſicut delectationi q̃ eſt de calore cõtrariat̃ triſtitia q̃ eſt de frigore. Obiecto aũt cõtẽplationis nihil eſt ɔ̃riũ: ɔ̃trariorũ eñ rõnes ſm ꝙ ſunt apphẽſe nõ ſunt cõtrarie: ſꝫ vnũ ɔ̃trariũ eſt rõ cognoſcẽdi aliud. vnde delectationi q̃ eſt in cõtẽplãdo per ſe loquẽdo nõ põt eẽ aliqua triſtitia cõtraria, ſꝫ nec etiam habet triſtitiã annexã: ſicut corporales delectationes q̃ ſunt vt medicine quedã cõtra aliquas moleſtias, ſicut aliq̃s delectat̃ in potu ex hoc ꝙ anxiat̃ ſiti: qñ aũt iã tota ſitis eſt repulſa, etiã ceſſat delectatio potus. delectatio eñ cõtẽplationis nõ cauſatur ex hoc ꝙ excluditur aliqua moleſtia, ſed ex hoc ꝙ eſt ſm ſeipſam delectabilis: nõ eſt enim generatio vt dictũ eſt, ſed operatio quedam perfecta. Per accidens aũt admiſcetur triſtitia delectationi apphenſionis. ⁊ hoc dupl'r. Vno modo ex parte organi. Alio modo ex impedimẽto apphenſionis. Ex parte quidem organi admiſcetur triſtitia vel dolor apphẽſioni, directe q̃dẽ in viribus apphẽſiuis ſenſitiue partis: q̃ habent organũ corporale. vl' ex ſenſibili qḋ eſt contrariũ debite cõtẽplexioni organi: ſicut guſtus rei amare, ⁊ olfactus rei fetide, vel ex continuitate ſenſibilis conuenientis: quod per aſſiduitatẽ facit ſuperexcreſcẽtiã naturalis habitus: vt. S. dictũ eſt. ⁊ ſic redditur apphenſio ſenſibilis que prius erat delectabilis tedioſa. ſed hec duo directe in contemplatione mentis locum non habent: qꝛ mẽs nõ habet organũ corporale. vnde dictum eſt in authoritate inducta ꝙ nõ hꝫ contẽplatio mentis nec amaritudinem nec tediũ: ſꝫ qꝛ mẽs humana vtitur in cõtẽplãdo viribus apphenſiuis ſenſitiuis (in quaruꝫ actib⁹ accidit laſſitudo) ideo indirecte admiſcetur aliqua afflictio vel dolor contemplationi: ſed neutro modo triſtitia contẽplationi adiuncta per accidẽs, cõtrariatur delectationi eius. Nã triſtitia que eſt de impedimento contemplationis non cõtrariat̃ delectationi cõtẽplationis: ſꝫ magis habet affinitatẽ ⁊ cõuenientiã cũ ipſa: vt ex ſupradictis pꝫ. Triſtitia vero vel afflictio que eſt de laſſitudine corporali nõ ad idẽ genus refertur: vnde eſt penitus diſparata. ⁊ ſic manifeſtũ eſt, ꝙ delectationi que eſt de ipſa contemplatione nulla triſtitia cõtrariatur: nec adiungitur ei aliqua triſtitia niſi per accidens.

Ad primũ Ergo dõm, ꝙ illa triſtitia que eſt ſecundũ deum non eſt de ipſa contemplatione mentis: ſed eſt de aliquo quod mens contemplatur. ſ. de peccato quod mens conſiderat vt cõtrariũ delectationi diuine. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ eã que ſunt contraria in rerum natura ſm ꝙ ſunt in mente non habent contrarietatem: non enim rationes contrariorum ſunt contrarie: ſed magis vnum contrariorum eſt ratio cognoſcendi aliud. propter quod eſt vna ſcientia contrariorum. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ cõtemplatio ſm ſe nunq̃ habet rationem mali cum contemplatio nihil aliud ſit q̃ conſideratio veri, quod eſt bonum intellectus. ſed per accidens tantum: inq̃ntum. ſ. contemplatio vilioris impedit contemplationẽ melioris. vel ex parte rei contemplate: ad quam inordinate appetitus afficitur. ¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ triſtitia que eſt de impedimento contemplationis non contrariatur delectationi contemplationis: ſed eſt ei affinis, vt dictũ eſt. ¶ Ad quintũ dõm. ꝙ afflictio carnis per accidẽs et indirecte ſe habet ad contemplationem mentis: vt dictum eſt.

¶ Utꝝ magis ſit fugiẽda triſtitia q̃ delectatio appetẽda. ã. 6.

AD ſextũ Sic pceditur. Videtur ꝙ magis ſit fugienda triſtitia q̃ delectatio appetenda. Dicit enim aug. in lib. 83. q. Nemo eſt qui nõ magis dolorem fugiat q̃ appetat voluptatem. Illud autẽ in quod cõmuniter oĩa cõſentiũt. videt̃ eſſe naturale ergo naturale eſt ⁊ conueniens ꝙ plus triſtitia fugiatur q̃ delectatio appetatur. ¶ P̃. Actio contrarij facit ad velocitatem et intentionem motus: aqua enim calida citius ⁊ fortius congelat̃: vt dicit philoſophus in li. metheo. ſꝫ fuga triſtitie eſt ex contrarietate contriſtantis: appetitus aũt delectationis nõ eſt ex aliqua contrarietate, ſꝫ magis pcedit ex cõuenientia delectãtis. ergo maior eſt fuga triſtitie q̃ appetitus delectationis. ¶ P̃. Quanto aliquis ſecundum rationẽ fortiori paſſioni repugnat, tanto laudabilior eſt ⁊ virtuoſior quia virtus eſt circa difficile et bonum: vt dicitur in. 2. eth. ſed fortis qui reſiſtit motui quo fugitur dolor eſt virtuoſior quam temperatus qui reſiſtit motui quo appetitur delectatio. Dicit eñ philoſophus in primo rhetori. quod fortes et iuſti maxime honorãtur. ḡ vehementior eſt motus quo fugitur triſtitia, q̃ motus quo appetitur delectatio.

Sed contra. Bonum eſt fortius q̃ malum: vt pꝫ per Dyo. 4. ca. de diui. nomi. ſꝫ delectatio eſt appetibilis propter bonũ quod eſt eius obiectũ, fuga autem triſtitie eſt propter maluꝫ. ergo fortior eſt appetitus delectationis q̃ fuga triſtitie.

Marginal notes beside the sixth article: 22ª. q. 138. ar. 1. cor. Et. 3. di. 27. q. 1. ar. 3. ad. 5 Et. 4. di. ſtin. 49. q. 3. ar. 5 q. 3.

¶ Super Articulũ. 6. Articulo quinto obmiſſo: circa textum eiuſdem queſtionis aduerte ꝙ ſuperius in. q. 29. articulo tertio vbi odium comparatũ eſt amori in fortitudine due tantũ rationes dicte ſunt quare ꝑ accidẽs odiũ eſt fortius amore ſcilicet ex ſenſu ⁊ mala cõiugatione. hic autẽ cũ cõparat̃ delectatiõi triſtitia tres rõnes aſſeruntur. ſcꝫ ex ſenſu, ex mala coniugatione et ex effectu. vt pꝫ in litera: qm̃ non experimur odiuꝫ ita impedire amorẽ ocm ſicut triſtitia delectationẽ: qm̃ nec amor ita cõfortat naturam ſicut delectatio nec odiũ debilitat illam ſicut triſtitia.

¶ In reſponſione ad ſecūdum aduerte q̄ motus ab extrinſeco ex pte actius eſt fortior in pncipio ex ratiõe contrarietatis qua vnumquodq; ſeipſum imprimere ꝛ oppoſito contrarianti obſiſtere nititur. et hoc intendit litera. Et ex hoc ſeqꝛtur ꝙ triſte coniunctū fortius agit vtpote cõtrariũ: ꝛ conſequenter magis ſentitur priuatio delectabilis, q̄ ſentiebatur ipſius coniunctio. ꝛ ſic per accidens vehementius fugitur triſtitia quã accepta batur delectatio, ratione tamen cuius hec fugitur. ex parte autem patientis motus ab extrinſeco debet eſſe minor in principio: quia magis cõtrariatur in principio.

¶ Super Articulum octauum.

Omiſſo 7° articulo circa octauũ eiuſdẽ queſtionis aduerte ꝙ id quod de vi nimis ſpeciebus triſtitie dr̃ ſic intelligo ꝙ cũ effectus triſtitie conſiſtat in appetitu fugitiuo quando contingit deeſſe refugium aliquod conſtituitur anxietas vel anguſtia: vbi deeſt hꝫ fugitiuus quando vero inanitas triſtitia eſt qꝺ nec appetibile aliquod ex illa relinquitur, ſed ſolum contrarium contriſtans tunc conſtituitur accedia. vbi etiam deeſt hꝫ appetere vel appetitus .i. actus appetendi, non tamẽ triſtandi actus.

Rñdeo Dõm, ꝙ ꝑ ſe loquẽdo appetitus delectationis eſt fortior q̄ fuga triſtitie. cui⁹ ratio eſt: qꝛ cauſa delectationis eſt cõueniens bonũ: cauſa aũt doloris ſiue triſtitie eſt aliquod malum repugnans. Contingit aũt aliqđ bonum eſſe conueniens abſq; omni diſſonãtia: non aũt põt eſſe aliquod malum totaliter abſq; omni conuenientia repugnans. vnde delectatio põt eſſe integra ꝛ perfecta: triſtitia ãt eſt ſemper ẜm partem. vnde naturaliter maior eſt appetitus delectationis q̄ fuga triſtitie. Alia vero rõ eſt: qꝛ bonum qđ eſt obiectum delectationis ꝑ ſeipſuꝫ appetitur, malum aũt qđ eſt obiectum triſtitie eſt fugiendum inquãtũ eſt priuatio boni: qđ aũt eſt ꝑ ſe potius eſt illo ꝙ eſt ꝑ accidẽs. cuius etiã ſignum apparet in motib⁹ naturalibus. nã omnis motus naturalis intenſior eſt in fine cũ appropinquat ad terminũ ſue nãe cõuenientem, q̄ in principio cũ recedit a termino ſue nature nõ conuenienti: quaſi nã magis tendat in id qđ eſt ſibi conueniens, q̄ fugiat id quod eſt ſibi repugnans. vnde ꝛ inclinatio appetitiue virtutis per ſe loquẽdo vehemẽtius tẽdit in delectationẽ q̄ fugiat triſtitiam. ¶ Sed per accidens contingit ꝙ triſtitiam aliquis magis fugit q̄ delectationẽ appetat. ꝛ hoc tripliciter. Primo quidem ex parte apprehenſionis: qꝛ vt aug. dicit. 10. de trinita. amor magis ſentit cũ eũ ꝓdit indigentia. ex indigentia autẽ amati procedit triſtitia: que eſt ex amiſſione alicuius boni amati, vel ex incurſu alicuius mali cõtrarij: delectatio aũt nõ hꝫ indigentiã boni amati, ſed quieſcit in eo iam adepto. Cũ igitur amor ſit cauſa delectationis et triſtitie: in tãto magis fugit triſtitia quanto magis ſentitur amor ex eo ꝙ cõtrariatur amori. Scđo ex parte cauſe cõtriſtantis vel dolorem inferẽtis: que repugnat bono magis amato q̄ ſit bonũ illud in quo delectamur. magis enim amamus ꝯſiſtentiam corporis naturalem q̄ delectationẽ cibi: ꝛ ideo timore doloris qui ꝓuenit ex flagellis vel alijs huiuſmodi que cõtrariantur bone conſiſtentie corporis, dimittimus delectationẽ ciborum vel aliorũ huiuſmodi. Tertio ex parte effectus. ſ. inquantum triſtitia impedit non vnam tantum delectationem: ſed omnes.

Ad primũ Ergo dicẽdũ, ꝙ illud ꝙ aug. dicit ꝙ dolor magis fugitur quã voluptas appetatᷓ: eſt verũ per accidẽs et non per ſe. et hoc patet ex eo quod ſubdit. Quãdoq; quidem etiã videmus immaniſſimas beſtias a maximis voluptatibus abſtinere dolorũ metu, qui cõtrariantᷓ vite que maxime amatur. ¶ Ad ẜm dicendum, qđ aliter eſt in motu q̄ eſt ab interiori, ꝛ aliter in motu qui eſt ab exteriori: mot⁹ enim qui eſt ab interiori: magis tẽdit in id qđ eſt conueniẽs q̄ recedat a cõtrario: ſicut ſupra dictũ eſt de motu naturali. ſed motus q̄ eſt ab extrinſeco intẽditᷓ ex ipſa cõtrarietate: qꝛ vnũquodq; ſuo mõ nititur ad reſiſtendum cõtrario ſicut ad cõſeruationẽ ſuipſius. vnde motus violẽtus intenditᷓ in principio et remittitur in fine. motus aũt appetitiue partis eſt ab intrinſeco: cũ ſit ab anima ad res. ꝛ ideo per ſe loquẽdo magis appetitur delectatio q̄ fugiatᷓ triſtitia. ſed motus ſenſitiue partis eſt ab exteriori: quaſi a reb⁹ ad animã. vnde magis ſentitᷓ qđ eſt magis contrarium. et ſic etiã per accidẽs inquantũ ſenſus requiritur ad delectationẽ et triſtitiã magis fugitᷓ triſtitia q̄ delectatio appetitᷓ. ¶ Ad tertium dõm, ꝙ fortis non laudatᷓ ex eo ꝙ ẜm rationẽ nõ vincitur a dolore vel triſtitia quacũq;: ſed ex ea que conſiſtit in periculis mortis, que quidẽ triſtitia magis fugitur quã appetatur delectatio ciborum vel venereorum, circa quã eſt temperantia: ſicut vita magis amatur q̄ cibus vel coitus, ſꝫ tẽperatus magis laudatᷓ ex hoc ꝙ nõ proſequitur delectationes tactus, q̄ ex hoc ꝙ non fugit triſtitias contrarias: vt patet in tertio ethicorum.

¶ Utrum dolor exterior ſit maior q̄ interior. Arti. 7.

AD ſeptimũ Uidetur ꝙ dolor exterior ſit maior q̄ dolor cordis interior. Dolor enim cordis exterior cauſatᷓ ex cã repugnãte bone cõſiſtentie corporis in quo eſt vita, dolor aũt interior cauſatᷓ ex aliqua imaginatiõe mali: cũ ergo vita magis ametur q̄ imaginatum bonum videtur ſecundum predicta ꝙ dolor exterior ſit maior q̄ dolor interior. J. q. 37 artic. 1. ad. 3ᵐ.
¶ P̃. Res magis mouet quã rei ſimilitudo: ſed dolor exterior prouenitᷓ ex reali coniunctione alicuius contrarij, dolor autẽ interior ex ſimilitudine contrarij apprehenſa. ergo maior eſt dolor exterior quam dolor interior. ¶ P̃. Cauſa ex effectu cognoſcitur: ſed dolor exterior habet fortiores effectus: facilius enim homo moritur propter dolores exteriores q̄ propter dolorem interiorem. ergo exterior dolor eſt maior et magis fugitur quam dolor interior.

Sꝫ cõtra Eſt, ꝙ dr̃ Eccl. 25. Õis plaga triſtitia cordis eſt, ꝛ oĩs malitia nequitia mulieris. ergo ſicut nequitia mulieris alias nequitias ſuperat. vt ibi intẽditur, ita triſtitia cordis omnem plagam exteriorem excedit.

Rñdeo Dõm, ꝙ dolor exterior ꝛ interior in vno conueniũt et in duobus differunt. Conueniunt quidẽ in hoc qđ vterq; eſt motus appetitiue virtutis: vt ſupradictũ eſt. ſꝫ differunt ẜm illa duo que ad triſtitiã et delectationẽ requirantur. ſ. ſcđm cauſam que eſt bonum vel maluꝫ cõiunctũ, ꝛ ẜm apprehenſionem. Cauſa enĩ doloris exterioris eſt malũ coniunctũ ꝙ repugnat corpori: cã aũt interioris doloris eſt malum coniunctum qđ repugnat appetitui. dolor etiam exterior ſequitur apprehenſionem ſenſus et ſpecialiter tactus: dolor aũt interior ſequitur apprehenſionẽ interiorem, vel imaginationis. ſ. vel etiam rationis. Si ergo comparetur cauſa interioris doloris ad cãm exterioris: vna per ſe pertinet ad appetitum cuius eſt vterque dolor: alia vero per aliud. Nam dolor interior eſt ex hoc ꝙ aliqđ repugnat ipſi appetitui: exterior aũt dolor ex eo ꝙ repugnat appetitui, qꝛ repugnat corpori. ſemper aũt ꝙ eſt per ſe prius eſt eo qđ eſt per aliud. vnde ex parte iſta dolor interior preeminet dolori exteriori. Similiter etiam ex parte apprehẽſionis. nã apprehenſio rationis ꝛ imaginationis altior eſt q̄ apprehẽſio ſenſus tactus. vñ ſimpliciter ꝛ ꝑ ſe loquẽdo dolor interior potior eſt q̄ dolor exterior. cuius ſignum eſt, ꝙ etiam dolores exteriores aliquis voluntarie ſuſcipit. vt euitet interiorẽ, ꝛ inquantum non repugnat dolor exterior interiori appetitui fit quodammodo delectabilis et iucundus interiori gaudio. quandoque tamen dolor exterior eſt cum interiori dolore. et tunc dolor augetur: non ſolum enim interior eſt maior quam exterior, ſed etiam vniuerſalior. Quicquid enim eſt repugnans corpori, poteſt eſſe repugnans interiori appetitui. ꝛ quicquid apprehenditur ſenſu, põt apprehendi imaginatione ꝛ ratione: ſed nõ conuertitur. Et ideo ſignanter in auctoritate adducta dicitur, Omnis plaga triſtitia cordis eſt. quia etiam dolores exteriorum plagarũ ſub interiori cordis triſtitia comprehenduntur.

Ad primũ Ergo dicendũ, ꝙ dolor interior põt etiã eẽ de his que cõtrariantur vite. ꝛ ſic comparatio doloris interioris ad exteriorem nõ eſt accipienda ẜm diuerſa mala que ſunt cauſa doloris, ſed ẜm diuerſam comparationem huius cauſe doloris ad appetitum. ¶ Ad ſcđm dõm, ꝙ triſtitia interior nõ procedit ex ſimilitudine rei apprehenſa ſicut eſt cauſa: nõ enim homo triſtatur interius de ipſa ſimilitudine apprehenſa, ſed de re cuius eſt ſimilitudo: que quidem res tãto perfectius apprehenditur per aliquã ſimilitudinẽ quãto ſimilitudo eſt magis immaterialis et abſtracta. ꝛ ideo dolor interior per ſe loquendo eſt maior tanq̄ de maiori malo exiſtens: propter hoc ꝙ interiori apprehenſione magis cognoſcitᷓ malum. ¶ Ad tertiũ dõꝫ, ꝙ immutationes corporales magis cauſãtur ex dolore exteriori: tum quia cauſa doloris exterioris eſt corrumpens coniunctum corporaliter: quod exigit apprehẽſio tactus. tum etiam quia ſenſus exterior eſt magis corporalis q̄ ſenſus interior: ſicut ꝛ appetitus ſenſitiuus q̄ intellectiuus. ꝛ propter hoc vt ſupra dictum eſt, ex motu appetitus ſenſitiui magis corpus immutatur. et ſimiliter ex dolore exteriori magis quam ex dolore interiori. J. q. 4 ar. 4. ad 1ᵐ. Et 22ᵉ. q. 33. ar. 4 ad 3ᵐ. ꝛ 4. di. 26 q. 1. ar. 3 coꝛ. ſi.

¶ Utrum ſint tantum quatuor ſpecies triſtitie. Arti. 8. Et verſ. q. 26. ſi. 4. ad. 6.

AD octauũ Sic proceditᷓ. Uidetᷓ ꝙ Damaſ. incõuenienter quatuor triſtitie ſpecies aſſignet: q̄ ſunt accidia, achos vel anxietas: ſecundum

reg.nice.miſericordia ꝛ inuidia. Triſtitia enim delectationi opponitur, ſed delectationis non aſſignantur alique ſpecies: ergo nec triſtitie ſpecies debent aſſignari.
¶ P. Penitentia eſt quedā ſpecies triſtitie, ſilr etiā nemeſis et zelus: vt dicit phs.2.rheto.que quidē ſub his ſpeciebus nō cō prehenduntur.ergo inſufficiens eſt eius predicta diuiſio. ¶ P. Dis diuiſio debet eſſe per oppoſita.ſed predicta non habēt oppoſitionē adinuicem. Nam ſm greg.accidia eſt triſtitia vocem amputans:anxietas vero eſt triſtitia aggrauans:inuidia vero eſt triſtitia in alienis bonis: miſericordia autem eſt triſtitia in alienis malis.cōtingit autē aliquē triſtari,ꝛ de alienis malis, ꝛ de alienis bonis,ꝛ ſimul cū hoc interi⁹ aggrauari,ꝛ exterius vocem amittere.ergo predicta diuiſio non eſt conueniens.

Sed contra Eſt autoritas vtriuſqꝫ ſcilicet Gregorij niſſe.ꝛ Damaſceni.

Reſpondeo Dicēdū, ꝙ ad rationē ſpeciei ptinet ꝙ ſe hēat ex additione ad genus.ſꝫ gnl pōt aliquid addi du pliciter. Uno mō ꝙ per ſe ad ipſum pertinet ꝛ virtute cōtinet in ipſo. ſicut rationale addit aiali: ꝛ talis additio facit veras ſpecies alicuius generis: vt per phm patet in.7.ꝛ.8.meta. aliquid vero additur generi quaſi aliquid extraneum a ratione ipſius,ſicut ſi albū animali addat vel aliquid hmōi.ꝛ talis additio nō facit veras ſpecies generis, ſm ꝙ cōiter loquimur de generib⁹ ꝛ ſpeciebus. Interdum tn̄ dicit aliqd eſſe ſpecies alicuius generis propter hoc ꝙ hꝫ aliquid extraneum ad qḋ applicatur generis ratio:ſicut carbo ꝛ flamma dicuntur eſſe ſpecies ignis propter applicationem nature ignis ad materiam alienā.ꝛ ſimili modo loquendi dicuntur aſtrologia ꝛ perſpectiua ſpecies mathematice inquantum principia mathematica applicant ad materiam naturalem. Et hoc modo loquēdi aſſignātur hic ſpecies triſtitie per applicationem rationis triſtitie ad aliquid extraneum. quod quidem extraneum accipi poteſt vel ex parte cauſe obiecti vel ex parte effectus: proprium enim obiectum triſtitie eſt ꝓprium malū.vnde extraneum obiectum triſtitie accipi poteſt vel ſm alterum tantum: qꝛ ſcꝫ eſt malum,ſed non proprium,et ſic eſt miſericordia que eſt triſtitia de alieno malo,inquantum tamen eſtimatur vt proprium, vel quantum ad vtrunqꝫ: qꝛ neqꝫ eſt de proprio,neqꝫ de malo, ſed de bono alieno:inquantū tamen bonum alienū eſtimat vt ꝓpriū malum.ꝛ ſic eſt inuidia.Proprius autem effectus triſtitie cōſiſtit in quadam fuga appetitus.vnde extraneum circa effectuꝫ triſtitie poteſt accipi quantum ad alterum tātū: qꝛ ſcꝫ tollitur fuga. ꝛ ſic eſt anxietas que ſic aggrauat animum, vt non appareat aliquod refugium.vnde alio nomine dicitur anguſtia. Si vero intantum procedit talis aggrauatio: vt etiam exteriora membra immobiliter abopere,quod pertinet ad accidiam,ſic erit extraneum quantum ad vtrunqꝫ. qꝛ nec eſt fuga nec eſt in appetitu. Ideo autem ſpecialiter accidia dicitur vocem amputare: qꝛ vox inter omnes exteriores motus magis exprimit interiorem conceptum ꝛ affectum non ſolum in hominibus, ſed etiam in alijs animalibus:vt dicitur in.1. politicorum.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ delectatio cauſatur ex bono quod vno mō dicitur.ꝛ ideo delectationis non aſſignātur tot ſpecies ſicut triſtitie:que cauſatur ex malo ꝙ multifariam contingit,vt dicit Diony.4.ca.de diui.no.
¶ Ad ſecundū dōm, ꝙ penitentia eſt de malo proprio quod per ſe eſt obiectum triſtitie.vnde nō pertinet ad has ſpecies.zelus vero ꝛ nemeſis ſub inuidia continentur vt infra patebit.
¶ Ad tertium dicendum, ꝙ diuiſio iſta non ſumitur ſecundū oppoſitiones ſpecierum,ſed ſecundum diuerſitateꝫ extraneorum ad que trahitur ratio triſtitie.vt dictum eſt.

¶ De cauſis triſtitie ſeu doloris. Qō.36.

DEinde Conſiderandū eſt de cauſis triſtitie. ¶ Et circa hoc querunt quatuor. Primo vtrum cauſa doloris ſit bonū amiſſum, vel magis malum coniunctum. Secundo vtrum cōcupiſcentia ſit cauſa doloris. Tertio vtrum appetitus vnitatis ſit cauſa doloris. Quarto vtrum poteſtas cui reſiſti non poteſt ſit cauſa doloris.

¶ Utrum cauſa doloris ſit bonum amiſſum, vel malum coniunctum. Articu.1.

AD primū Sic proceditur. Uidet ꝙ bonum amiſſum ſit magis cauſa doloris q̄ malum coniunctū.dicit enim Aug.in lib.83.q. dulciſſimum dolorem eſſe de amiſſione bonorum temporalium.eadem ergo ratione quilibet dolor ex amiſſione alicuius boni contingit. ¶ P. Supra dictum eſt, ꝙ dolor qui delectationi contrariatur eſt de eodem de quo eſt delectatio:ſed delectatio eſt de bono,ſicut ſupra dictum eſt:ergo dolor eſt principaliter de amiſſione boni. ¶ P. Secundum Augu.14.de ci ui. dei, Amor eſt cauſa triſtitie,ſicut ꝛ aliarum affectionum anime:ſed obiectum amoris eſt bonum. ergo dolor vel triſtitia magis reſpicit bonum amiſſum quam malum coniunctum.

Sed Cōtra eſt,quod Dama.dicit in.2. lib.quod expectatum malum timorem conſtituit:preſens vero triſtitiam.

Reſpondeo Dicēdū, ꝙ ſi hoc modo ſe haberēt priuatiōes in apprehēſione anime ſicut ſe habent in ipſis reb⁹,iſta queſtio nullius momēti eſſe videretur. malum enī vt in.1.lib.habitum eſt,eſt priuatio boni,priuatio aūt in rerum natura nihil eſt aliud q̄ carentia oppoſiti habitus:ſcḋꝫ hoc ergo idem eſſet triſtari de bono amiſſo,ꝛ de malo habito,ſed triſtitia eſt motus appetitus apprehenſionem ſequentis:in apprehenſione autē ipſa priuatio habet rationem cuiuſdam entis.vnde dicitur ens rationis: et ſic malum cum ſit priuatio ſe habet per modū ↄtrarij. Et ideo quantum ad motum appetitiuum differt vtrum reſpiciat principalius malum cōiunctum,vel bonū amiſſum. Et quia mot⁹ appetitus aīalis hoc modo ſe habet in operibus aīe ſicut motus nālis in rebus naturalibus:ex conſideratione naturalium motuuꝫ veritas accipi pōt. Si enim accipiamus in motibus nālibus acceſſum ꝛ receſſum,acceſſus per ſe reſpicit id quod eſt conueniens nāe,receſſus aūt per ſe reſpicit id qḋ eſt ↄtrium:ſicut graue per ſe recedit a loco ſuperiori: accedit autem naturaliter ad locum inferiorem. Sed ſi accipiamus cauſam vtriuſqꝫ mot⁹ ſcilicet grauitatem: ipſa grauitas per prius inclinat ad locum deorſum quam retrahat a loco ſurſum a quo recedit vt deorſum tendat. Si igitur cum triſtitia in motibus appetitiuis ſe habeat per modum fuge vel receſſus,delectatio autem per modum proſecutionis vel acceſſus: ſicut delectatio per prius reſpicit bonum adeptum quaſi proprium obiectum,ita triſtitia reſpicit malum coniunctum:ſed cauſa delectationis ꝛ triſtitie ſcilicet amor per prius reſpicit bonum quam malum. Sic ergo eo modo quo obiectum eſt cauſa paſſionis,magis proprie eſt cauſa triſtitie vel doloris malum coniunctum quam bonum amiſſum.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ ipſa amiſſio boni apprehenditur ſub ratione mali ſicut ꝛ amiſſio mali apprehenditur ſub ratione boni.ꝛ ideo Aug.dicit dolorem prouenire ex amiſſione tēporalium bonorum. ¶ Ad ſm dōm, ꝙ delectatio ꝛ dolor ei contrarius reſpiciunt idem: ſed ſub contraria ratione: nam ſi delectatio eſt de preſentia alicuius:triſtitia eſt de abſentia eiuſdem. In vno autem contrariorum includitur priuatio alterius vt patet in.x.meta.ꝛ inde eſt ꝙ triſtitia que eſt de contrario eſt quodammodo de eodem ſub contraria ratione. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quando ex vna cauſa prouenuint multi motus, non oportet ꝙ omnes principalius reſpiciant illud quod principalius reſpicit eam:ſed primus tantum. vnuſquiſque autem aliorum principalius reſpicit illud quod eſt ei conueniens ſecundum propriam rationem.

¶ Super queſtionis 36. Articulum.1.

IN primo articu. queſtio. 36. memento doctrine ſuperius date in primo articu. queſtio. 8. quomodo priuationes capiuntur vt entia ꝛ bona in ratione. eodem enim indicium ſumunt rationem contrarij mali: ſicut enim mulierem nō tangere ſumitur vt bonum, ita etiam ſumitur vt malum.
¶ Sed occurrit vnuꝫ dubium non diſſimulandum ſi bonū amiſſum ꝛ malum coniunctum in re coincidunt: quia malum in priuatione boni conſiſtit: et propterea in motu naturali nullo quodammodo eſſet hec queſtio vt in litera dicitur cum in ratione vtrūqꝫ induat rationem entis:que reſtat inter ea differentia: ob quam malum cōiunctum ſortiatur rationem contrarij potius quam bonum amiſſum: ꝛ ob q̄ triſtitia reſpicit bonuꝫ amiſſum ſub ratione mali coniuncti ꝛ non econuerſo.
¶ Ad hoc dicitur: ꝙ licet tam amiſſio boni quam malum poſſit habere rationem contrarij apprehendi ſiquidem pōteſt ꝛ amiſſio vite ꝛ malum mortis ſub ratione ſacrificij diuini ꝛc. Inter ipſa tamen in re ꝛ in ratione hoc intereſt: quod in re vtriuſqꝫ ratio conſiſtit in priuatione boni: vt in litera deducitur: in ratione autem ratio boni amiſſi conſiſtit in priuatione: ratio vero mali conſiſtit in poſitione. Amiſſio ſiquidem boni preſentatur in ratione priuationis conuenientis: vt patet. malum vero coniunctum preſentatur induens rationeꝫ diſconuenientis:quod conſtat habere rationem entis contrarij bono amiſſo:quod habet rationem conuenientis: ita quod illamet priuatio que in re eſt priuatio boni ꝛ maluꝫ apprehenſa vt priuatio boni affertur vt priuatio: ꝛ quantum eſt ex ſe moueret appetitum vt priuatio conuenientis. Apprehenſa vero vt malum offertur ꝛ mouet appetituꝫ vt diſconueniens: ac per hoc vt ens contrarium: et hoc experimur in nobis dum priuari rebus amico vel quocunque re: ꝛ priuationem conuenientis: et appoſitionem diſconuenientis di-

uerſimode ſiemꝰ. Illud referendo ad ea que habebamus vel ſperabamus: ⁊ hoc ad ea que patimur aut inuenimus: vſq; tamen adeo malum vendicat ſibi mouere ad triſtitiam: vt etiam ipſa priuatio boni non cauſet eam niſi vt ſapit rationem mali: quia nõ niſi vt ſapit diſconuenientiam: vt in reſponſione ad primum in litera habetur: niſi enim vt diſconuenientiam participans haberetur non deploraretur: malum ergo coniunctum eſt per ſe primo cauſans triſtitiam: bonum autem amiſſum per ſe ſecundo ex parte obiecti.

I. art. 4. col.

℄ Super articulum ſecundum.

In articulo ſecũdo nota nouiter: quod malum quod eſt obiectũ triſtitie ponitur finis appetitiui motus non vt proſequendus: ſed vt fugiendus. ſic enim eſt triſtitie finis.

℄ Super Arti. 3.

In tertio et quarto articulis eiuſdem. q. 36. nil occurrit ſcribendũ, ſꝫ tu colliges cauſas triſtitie: et ex parte obiecti habes p ſe primo malum coniunctum; et per ſe ſecundo bonum amiſſum; et poteſtatẽ maiorem vt auferentem hoc. Ex parte vero ſubiecti habes amorẽ boni ⁊ appetitum vnitatis ⁊c.

3. diſt. 15 q. 2. ar. 4. q. 1. col.

℄ Utrũ cõcupiſcẽtia ſit cã doloris. Art. 2.

Ad Secũdum ſic pcedit. Ui. ꝙ cõcupiſcẽtia non ſit cauſa doloris ſeu triſtitie. Triſtitia enĩ per ſe reſpicit malũ: vt dictũ eſt: cõcupiſcentia aũt eſt motus quidã appetitus in bonũ: motus autẽ qui eſt in vnũ contrariũ nõ eſt cauſa motus q̃ reſpicit aliud cõtrariũ: ergo ꝯcupiſcẽtia nõ eſt cauſa doloris. ℄ P. Dolor ſm damaſ. eſt de pñti cõcupiſcentia autẽ eſt de futuro: ergo cõcupiſcentia non eſt cauſa doloris. ℄ P. Id quod per ſe eſt delectabile non eſt cauſa doloris: ſed concupiſcentia eſt ſm ſeipſam delectabilis: vt philoſophus dicit in. 1. rhetorice. ergo concupiſcentia non eſt cauſa doloris ſeu triſtitie.

Sed ꝯ eſt, ꝙ aug. dicit in ench. Subintrãtibꝰ ignorãtia agẽdarũ rerũ, ⁊ ꝯcupiſcẽtia noxiarũ: comites ſubinferuntur error ⁊ dolor: ſed ignorãtia eſt cauſa erroris: ergo concupiſcentia eſt cauſa doloris.

Rñdeo Dõm ꝙ triſtitia eſt motꝰ quidã appetitꝰ alalis: motꝰ aũt appetitiuus hꝫ: ſicut dictũ eſt: ſimilitudinẽ appetitus nãlis: cuius duplex cauſa aſſignari põt: vna per modũ finis: alia ſicut vñ eſt principiũ motus: ſicut deſcenſionis corporis grauis, cã ſicut finis ẽ locus deorſum pncipiũ aũt motus eſt inclinatio nãlis que eſt ex grauitate. Cã aũt motus appetitiui p modũ finis eſt eius obꝫ: ⁊ ſic. ũ. dictũ eſt qꝺ cauſa doloris ſeu triſtitie eſt malũ cõiũctũ: cã aũt ſicut vnde eſt pncipiũ talis motus ẽ interior inclinatio appetitus: qui quidẽ p prius inclinatur ad bonum ⁊ ex conſequenti ad repudiandũ malũ cõtrariũ. ⁊ ideo hmõi motꝰ appetitiui primũ pncipiũ eſt amor qui eſt prima inclinatio appetitus ad bonũ conſequendũ: Scõm autem principiũ eſt odiũ, quod eſt inclinatio prima appetitus ad malum fugiendum: ſed qꝛ concupiſcentia vel cupiditas eſt primus effectus amoris quo maxime delectamur vt. ſ. dictũ eſt: iõ frequẽter Aug. cupiditatẽ vel concupiſcentiam p amore ponit: vt. ſ. dictũ eſt. ⁊ hoc modo cõcupiſcẽtiam dicit eſſe vlem cauſam doloris: ſed ipſa concupiſcentia ſm ppriam rõnem conſiderata eſt interdum cã doloris: omne enĩ qꝺ impedit motum ne pueniat ad terminum, eſt contrarium motui: illud aũt qꝺ eſt cõtrarium motui appetitus eſt cõtriſtatiuũ: ⁊ ſic p ꝯñs cõcupiſcẽtia fit cã triſtitie inq̃ꝫtum de retardatione boni cõcupiti vel totali ablatione triſtamur. vlis aũt cã doloris eſſe non: qꝛ magis dolemus de ſubtractiõe bonorũ pñtiũ in quibus iam delectamur quã futurorum que concupiſcimus.

Ad primũ Ergo dõꝫ, ꝙ inclinatio appetitus ad bonũ conſequendũ eſt cã inclinationis appetitus ad malũ fugiendum ſicut dictũ ẽ ⁊ ex hoc cõtingit ꝙ motus appetitus q̃ reſpiciunt bonũ, ponunt cã motuũ appetitus qui reſpiciunt malũ. ℄ Ad ſm dõꝫ, ꝙ illud qꝺ cõcupiſcit, etſi realiter ſit futurũ: eſt tñ quodãmõ pñs inq̃ꝫtũ ſperatur. Uel põt dici, ꝙ licet bonũ cõcupitũ ſit futurum: tñ impedimentum pñſentialiter apponit qꝺ dolorẽ cauſat. ℄ Ad tertiũ dõm, ꝙ concupiſcentia eſt delectabilis quandiu manet ſpes adipiſcẽdi qꝺ concupiſcit: ſꝫ ſubtracta ſpe per impedimentũ appoſitum concupiſcentia dolorem cauſat.

℄ Utrũ appetitꝰ vnitatis ſit cã doloris. ã. 3.

Ad tertium Sic proceditur. Uidet, ꝙ appetitus vnitatis nõ ſit cã doloris. Dicit. n. phs in. x. eth. ꝙ hec opinio q̃ poſuit repletionẽ eſſe cãꝫ delectationis: ⁊ inciſionẽ cãꝫ triſtitie, vr̃ eſſe facta ex delectationibus ⁊ triſtitijs: q̃ ſunt circa cibũ: ſed nõ ois delectatio vel triſtitia eſt hmõi: ergo appetitus vnitatis nõ eſt cã vniuerſalis doloris: cũ repletio ad vnitatẽ ptineat, inciſio vero multitudinem inducat. ℄ P. Quelibet ſeparatio vnitati opponitur: ſi ergo dolor cauſaret ex appetitu vnitatis, nulla ſeparatio eſſet delectabilis: qꝺ pꝫ eſſe falſum in ſeparatione oium ſuperfluor. ℄ P. Eadẽ ratione appetimus coniunctionẽ boni ⁊ remotionẽ mali: ſed ſicut coniunctio pertinet ad vnitatem cum ſit vnio quedã: ita ſeparatio eſt contrarium vnitati. ergo appetitus vnitatis nõ magis debet poni cauſa doloris quam appetitus ſeparationis.

Sed Cõtra eſt, ꝙ Aug. dicit in. 3. de li. ar. ꝙ ex dolore quẽ beſtie ſentiũt ſatis appet in regẽdis amandiſq; ſuis corporibus q̃ꝫ ſint aie appetentes vnitatis: qđ enim eſt aliud dolor niſi quidam ſenſus diuiſionis vel corruptionis impatiẽs?

Rñdeo Dõm, ꝙ eo mõ quo ꝯcupiſcentia vel cupiditas boni eſt cã doloris, etiã appetitus vnitatis vel amor cã doloris ponẽdus eſt: bonũ. n. vniuſcuiuſq; rei in quadam vnitate conſiſtit: prout. ſ. vnaqueq; res hꝫ in ſe vnita illa ex quibus conſiſtit eius perfectio. vnde ⁊ platonici poſuerunt vnum eſſe principium ſicut ⁊ bonũ: vnde nãlr vnũquodq; appetit vnitatẽ ſicut ⁊ bonitatẽ: ⁊ pp hoc ſicut amor vel appetitus boni eſt cã doloris: ita etiã amor vel appetitus vnitatis.

Ad Primũ ergo dõm, ꝙ nõ ois vnio pficit rõnem boni: ſed ſolũ illa a q̃ dependet eſſe perfectum rei: ⁊ propter hoc etiã non cuiuſlibet appetitus vnitatis eſt cã doloris vel triſtitie, vt quidam opinabantur: quorũ opinionẽ ibi philoſophus excludit per hoc ꝙ quedam repletiones nõ ſunt delectabiles: ſicut repleti cibis nõ delectantur in ciborum ſumptione: talis enim repletio ſiue vnio magis repugnaret ad perfectionem eſſe quam ipſum conſtitueret. vñ dolor nõ cauſatur ex appetitu cuiuſlibet vnitatis: ſed eius in qua conſiſtit perfectio nature. ℄ Ad ſecundum dõm, ꝙ ſeparatio poteſt eſſe delectabilis vel inquantũ remouetur illud qꝺ eſt contrarium perfectioni rei: vel inquantum ſeparatio hꝫ aliquam vnionem adiunctam, puta ſenſibilis ad ſenſum. ℄ Ad tertium dicendum, ꝙ ſeparatio nociuorum ⁊ corrumpẽtium appetitur inquantum tollunt debitam vnitatem. vnde appetitus huiuſmodi ſeparationis nõ eſt prima cauſa doloris: ſed magis appetitus vnitatis.

℄ Utrũ poteſtas cui nõ poteſt reſiſti ſit cauſa doloris. Ar. 4.

Ad Quartum ſic proceditur. Uidetur quod poteſtas maior non debet poni cauſa doloris: quod enim eſt in poteſtate agentis nondum eſt preſens ſed futurum, dolor autem eſt de malo preſenti: ergo poteſtas maior nõ eſt cauſa doloris. ℄ Preterea. Nocumentum illatum eſt cauſa doloris: ſed nocumentum poteſt inferri etiam a poteſtate minore: ergo poteſtas maior non debet poni cauſa doloris. ℄ Preterea. Cauſe appetitiuorum motuum ſunt interiores inclinationes anime: poteſtas autem maior eſt aliquid exterius: ergo non debet poni cauſa doloris.

Sed Contra eſt, ꝙ Aug. dicit in li. de natura boni, In animo dolorem facit voluntas reſiſtens poteſtati maiori, in corpe dolorem facit ſenſus reſiſtens corpori potentiori.

Rñdeo Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictuꝫ eſt: malum coniunctum eſt cauſa doloris vel triſtitie per modum obiecti. Id ergo quod eſt cauſa coniunctionis mali debet poni cauſa doloris vel triſtitie: manifeſtum eſt autem hoc eſſe contra inclinationem appetitus: vt malo preſentialiter inhereat: qꝺ autem eſt contra inclinationẽ alicuius nunquã aduenit ei niſi per actionem alicuius fortioris: ⁊ ideo poteſtas maior ponitur eſſe cã doloris ab Aug. Sed ſciendũ eſt ꝙ ſi poteſtas fortior intantũ inualeſcat ꝙ mutet contrariã inclinationẽ in inclinationẽ propriã: iam non erit aliqua repugnantia vel violentia: ſicut qñ agens fortius corrumpendo corpus graue aufert ei inclinationem qua tendit deorſum ⁊ tunc ferri ſurſuꝫ non eſt ei violentũ: ſed naturale. Sic igitur ſi aliqua poteſtas maior intantũ inualeſcat ꝙ auferat inclinationem voluntatis vel appetitus ſenſitiui: ex ea nõ ſequitur dolor vel triſtitia: ſed tunc ſolum ſequitur quando remanet inclinatio appetitus in contrarium: ⁊ inde eſt quod Augu. dicit quod voluntas reſiſtens poteſtati fortiori cauſat dolorem: ſi enim non reſiſteret: ſꝫ cederet conſentiendo: non ſequeretur dolor: ſed delectatio.

Ad primũ Ergo dicendum, ꝙ maior poteſtas dolorem cauſat: nõ ſecundum ꝙ eſt agẽs in po

tentia:ſed ſm ꝙ eſt agens actu,dum.ſ.facit coniunctionē mali corruptiui. ❡ Ad ſcdm dōm,ꝙ nihil prohibet aliquā poteſtatē que non eſt maior ſimplr eſſe maiorē quantū ad aliquid, ⁊ ſm hoc aliquod nocumentū inferre pōt. Si autē nullo modo maior eſſet nullo modo poſſet nocere. vnde nō poſſet cauſam doloris inferre. ❡ Ad tertiuꝫ dicendū,ꝙ exteriora agentia poſſunt eſſe cauſa motuū appetitiuoꝝ inquantū cauſant pñtiā obi: ⁊ hoc modo poteſtas maior ponitur cauſa doloris.

❡ De effectibus doloris ſeu triſtitie. Queſtio.37.

DEinde Cōſiderandū eſt de effectibus doloris vel triſtitie. ❡ Et circa hoc queruntur quatuor. Primo vtrū dolor auferat facultatē addiſcendi. Secūdo vtrū aggrauatio animi ſit effectus triſtitie vel doloris. Tertio vtrū triſtitia vel dolor debilitet omnē operationem. ❡ Quarto vtrum triſtitia noceat corpori magis quam alie paſſiones anime.

❡ Utrum dolor auferat facultatem addiſcendi. Artic. 1.

AD Primū ergo ſic pcedit. Uꝫ ꝙ dolor non auferat facultatē addiſcendi. Dicit.n.Eſa. 26. Cum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiā diſcent oēs habitatores orbis: ⁊ infra, In tribulatione murmuris doctrina tua eis:ſed ex iudicijs dei ⁊ tribulatione ſequitur dolor ſeu triſtitia in cordibus hominum:ergo dolor vel triſtitia nō tollit:ſed magis auget facultatem addiſcēdi. ❡ P̄.Eſa. 28. dicit, Quem docebit ſcientiā: ⁊ quē intelligere faciet auditū. Ablactatos a lacte,auulſos ab vberibus.i.a delectationibus, ſꝫ dolor ⁊ triſtitia maxime tollūt delectatiōes: impedit eñ triſtitia oēm delectationē: vt dı in.7.eth. Et eccl.xi. dı ꝙ malitia vnius hore obliuionē facit luxurie maxime: ḡ dolor ñ tollit:ſꝫ magis prebet facultatē addiſcendi. ❡ P̄. Triſtitia interior preeminet dolori exteriori: vt ſupra dictū eſt:ſed ſimul cū triſtitia pōt hō addiſcere:ergo multo magis ſimul cum dolore corporali.

Sed Cōtra eſt,ꝙ Aug. dicit in.1. ſoliloqoꝝ. Quāquā acerrimo dolore dētiū his diebus torquerer: nō qdē ſinebar ais voluere niſi ea q̄ iā forte addiſcerā, addiſcēdo añt penitꝰ impediebar:ad qḋ mihi tota intētione animi opꝰ erat.

Rñdeo Dōꝫ,ꝙ qı oēs potētie aīe in vna eſſentia aīe radicantur:neceſſe eſt ꝙ qñ intētio aīe vehemēter trahitur ad operationem vnius potentie retrahatur ab operatione alterius. vnius enim aīe non poteſt eſſe niſi vna intētio: ⁊ propter hoc ſi aliquid ad ſe trahat totā intētionē anime vel magnam partem ipſius:non cōpatitur ſecū aliquid aliud qḋ magnā attentionē requirat:manifeſtum eſt autē ꝙ dolor ſenſibilis maxime trahit ad ſe intētionē aīe:qr nālr vnūquodque tota intentione tendit ad repellendū contrariū: ſicut etiā in rebus nālibus apparet. Silr etiā manifeſtū eſt ꝙ ad addiſcendū aliqḋ de nouo requiritur ſtudiū: ⁊ conatus cū magna intentione: vt pꝫ per illud qḋ dicit prouer.2. Si queſieris ſapientiā quaſi pecuniā: ⁊ ſicut theſauros effoderis eā: tūc intelliges diſciplinā. Et ideo ſi ſit dolor intenſus impeditur homo ne tunc aliqḋ addiſcere poſſit: ⁊ tantū pōt intendi ꝙ nec etiaꝫ inſtante dolore pōt hō aliqḋ cōſiderare etiā qḋ prius ſciuit: in hoc tñ attēdit diuerſitas ſꝫ diuerſitatē amoris quē homo habet ad addiſcendū vel cōſiderandum:qı quanto maior fuerit, magis retinet intentionem animi,ne oīno feratur ad doloreꝫ.

Ad primū Ergo dōm,ꝙ triſtitia moderata q̄ excludit euagationē animi,pt cōferre ad diſciplinā ſuſcipiendā. ⁊ pcipue eorū p que hō ſperat ſe poſſe a triſtitia liberari. ⁊ hoc mō in tribulatione murmuris hoies doctrinā dei magis recipiūt. ❡ Ad ſm dōꝫ,ꝙ tā delectatio q̄ꝫ dolor inq̄ꝫtū ad ſe trahunt aīe intentionē, impediūt conſiderationē rōnis: vnde in.7.eth. dı ꝙ impoſſibile eſt in ipſa delectatiōe venereorū aliqḋ intelligere. ſed tñ magis trahit ad ſe intētionē aīe dolor q̄ꝫ delectatio. ſicut etiā videmus in rebus nālibus ꝙ actio corporis nālis magis intēdit in ꝯtrariū: ſicut aq̄ calefacta magis patit a frigido vt fortiꝰ cōgelet. ſi ḡ dolor ſeu triſtitia fuerit moderata p accñs pt ꝯferre ad addiſcēdū ſ̄ꝫtū aufert ſupabūdātiā delectationū, ſꝫ p ſe īpedit, ⁊ ſi ītēdat, totalr aufert. ❡ Ad tertiū dōm,ꝙ dolor exterior accidit ex leſiōe corpali. ⁊ ita magis hꝫ traſmutationē corpalē adiūctā q̄ꝫ dolor īterior: q̄ tñ ē maior ſꝫ illud qḋ eſt formale in dolore ꝙ eſt ex pte aīe. ⁊ iō dolor corpalis magis impedit cōtēplationē q̄ requirit omnimodā quietē q̄ꝫ dolor interior: ⁊ tñ etiā dolor īterior ſi multū intēdat ita trahit īētionē vt ñ poſſit hō de nouo aliqḋ addiſcere: vñ ⁊ Greg. propter triſtitiā īermiſit Ezechielis expoſitionē.

❡ Utrum aggrauatio animi ſit effectus triſtitie vel doloris. Arti.2.

AD Scōm ſic pcedit. Videt ꝙ aggrauatio animi nō ſit effectꝰ triſtitie. Dicit.n.apls.2.ad Cor.7. Ecce hoc ipſum cōtriſtari vos ſm deū q̄ꝫtā in vobis operatur ſolicitudinē,ſed defenſionē in dignationē ⁊c. ſꝫ ſolicitudo ⁊ indignatio ad quādā erectionē animi pertinēt, q̄ ad aggrauationem opponitur:non ergo aggrauatio eſt effectꝰ triſtitie. ❡ Preterea. Triſtitia delectationi opponitur, ſꝫ effectus delectationis eſt dilatatio:cui nō opponitur aggrauatio,ſed cōſtrictio. ergo effectus triſtitie non dꝫ poni aggrauatio. ❡ P̄. Ad triſtitiam ptinet abſorbere: vt pꝫ per illud qḋ apoſtolus dı.2.ad Cor. Ne forte abundātiori triſtitia abſorbeatur qui eſt eiuſmodi. ſed quod aggrauat non abſorbetur, quinimo ſub aliquo ponderoſo deprimitur, qḋ autem abſorbetur infra abſorbens includitur. ergo aggrauatio non debet poni effectus triſtitie.

❡ Super.q.37. Circa qḋ. trigeſimamtertiam nihil occurrit ſcribendū niſi vt qui volunt videre naturas paſſionum aduertant ad regulaꝫ in quarto articulo traditam ſcilicet quod duplici exiſtente motu in qualibet paſſione ſcilicet appetitus, ⁊ corporis. motus corporis ſimilis eſt motui animi in hoc quod eſt ſe habere per modum proſecutionis vel fuge. Et ſi hiis attenderis: videbis nō dari illas duas triſtitias quas ſuperius reprobauimus.

Sed Contra eſt, quod Grego.niſſe. ⁊ dam.ponunt triſtitiam aggrauantem.

Rñdeo Dicendum,ꝙ effectus paſſionū anime quādoque metaphorice nominantur ſm ſſlitudinem ſenſibiliū corporū. eo ꝙ motus appetitus animalis ſunt ſimiles inclinationibus appetitus naturalis. ⁊ per hunc modum feruor attribuitur amori, dilatatio delectationi: ⁊ aggrauatio triſtitie. Dicitur enim homo aggrauari ex eo ꝙ aliquo pondere impeditur a proprio motu:manifeſtū eſt autem ex predictis ꝙ triſtitia contingit ex aliquo malo preſenti. quod quidem ex hoc ipſo ꝙ repugnat motui voluntatis aggrauat animum inquantum impedit ipſum ne fruatur eo quod vult. Et ſiquidē non ſit tanta vis mali contriſtantis vt auferat ſpem euadendi,licet animus aggrauetur quantum ad hoc quod in preſenti nō potitur eo quod vult, remanet tamen motus ad repellendum nociuum contriſtans. Si vero ſuperexcreſcat vis mali in tantum, vt ſpem euaſionis excludat, tunc ſimpliciter impeditur etiam interior motus animi anguſtiati, vt neqꝫ hac neque illac diuertere valeat: ⁊ quandoque etiam impeditur exterior motus corporis, ita quod remaneat homo ſtupidus in ſeipſo.

Ad Primum ergo dicendum,ꝙ illa erectio animi prouenis ex triſtitia que eſt ſecundum deum propter ſpem adiunctam de remiſſione peccati. ❡ Ad ſecundum dicendum,quod quantum ad motum appetitiuum pertinet, ad idem refertur conſtrictio ⁊ aggrauatio. ex hoc enim ꝙ aggrauatur animus, vt ad exteriora libere progredi non poſſit, ad ſeipſum retrahitur quaſi in ſeipſo conſtrictus. ❡ Ad tertium dicendum,quod triſtitia abſorbere hominem dicitur quando ſic totaliter vis contriſtantis mali afficit animum vt omnem ſpem euaſionis excludat. ⁊ ſic etiā eodem modo aggrauat ⁊ abſorbet:quedam enim ſe conſequuntur in his que metaphorice dicuntur:que ſibi repugnare videntur ſi ſecundum proprietateꝫ accipiantur.

❡ Utrum triſtitia vel dolor debilitet omnē operationeꝫ. Ar.3.

AD Tertium ſic proceditur. Uidetur ꝙ triſtitia non impediat omnem operationem. Solicitudo enim ex triſtitia cauſatur: vt patet per autoritatem apoſtoli inductaꝫ:ſed ſolicitudo adiuuat ad bene operandum. Unde apoſtolus dicit.2.ad Timo.2. Solicite cura teipſum exhibere operarium inconfuſibilem. ergo triſtitia non impedit operationem: ſed magis adiuuat ad bene operandum. ❡ P̄. Triſtitia cauſat in multis concupiſcentiam: vt dicitur in.7.ethi. ſed concupiſcentia facit ad intenſionem operationis:ergo ⁊ triſtitia. ❡ P̄. Sicut quedam operationes proprie ſunt gaudentium: ita etiam quedam operationes his qui contriſtantur: ſicut lugere: ſed vnumquodqꝫ augetur ex ſibi conuenienti: ergo alique operationes non impediuntur: ſed meliorantur propter triſtitiam. ſ.q8.38. art.3.ad 3.2.q.35 art.3.ad 2m.

Sed Cōtra eſt,quod philoſophus dicit in.x.ethi. qḋ delectatio perficit opationē: ⁊ ecōuerſo triſtitia impedit.

Rñdeo Dōm,ꝙ ſicut iam dictū eſt: triſtitia qñqꝫ nō ita aggrauat vel abſorbet animū: vt omnem motū interiorem ⁊ exteriorem excludat: ſed aliqui motus qñqꝫ ex ipſa triſtitia cauſantur. Sic ergo operatio ad triſtitiam dupliciter poteſt comparari. Uno modo ſicut ad id de quo eſt triſtitia: ⁊

¶ Super q.38. Articulum. 1.

In queſtione trigeſima octaua duo tantum occurrunt notanda. Primum eſt in ſecundo articulo in reſponſionibus ad primum et tertium: quod in flende ſunt tria. ipſe triſtatus, obiectum contriſtans, et effectus triſtis: puta flere: et ſunt due contrarie habitudines inter triſtatum et contriſtans: et inter triſtatum et effectum. Nam inter illa eſt habitudo diſconuenientie: inter iſta conuenientie: et propterea effectus ipſe: puta fletus habens in ſe vtrunque quia et eſt effectus conſonus triſti, et preſentat obiectum contriſtans vt cauſam: licet ratione obiecti triſtitiam augeat: propter quod et fletus connotatur receptione tamen ſui delectat et triſtitiam mitigat: et quia rea magis ratione ſui quam alterius iudicatur: ideo ſimpliciter conceditur ꝙ fletus mitigat triſtitiam. Secundum eſt in articulo quarto ad ſecundum quomodo intellectus ſpeculatiuus mouet appetitum etiam inferiorem: ſunt enim in contemplatione duo: obiectum et contemplatio eius: et ex ſupradictis patet: ꝙ contemplatio habet ſe vt conſuetudo intellectus in obiectum connaturale. Et propterea licet contemplans triangulum habere tres angulos ex parte rei contemplate nihil dicat, vnde appetitus moueat: quia tamen ipſa contemplatio coniungit connaturali bono intellectus quod eſt verum ex hac parte habet vnde moueat appetitum ſicut quelibet alia coniunctio in connaturale bonum. Et inde eſt ꝙ in quocunque genere quis apprehendat ſe cognoſcere delectatur magis et minus ſecundum quod effectus eſt ſcientie: et hac doctrina vtere ſuperius cum de delectatione contemplationis diſputas: quomodo autem appetitus inferior poſſit moueatur planum eſt ex litera ꝙ ex redundantia fit: vt in reſponſione ad tertium dicitur.

ſic triſtitia qualibet operationem impedit: nunquam enim illud ꝙ cum triſtitia facimus, ita bene facimus, ſicut illud ꝙ facimus cum delectatione vel ſine triſtitia: cuius ratio eſt quia voluntas eſt cauſa operationis humane vnde quando operatio eſt: de qua aliquis contriſtatur: neceſſe eſt ꝙ actio debilitetur. Alio modo comparatur operatio ad triſtitiam ſicut ad principium et ad cauſam: et ſic neceſſe eſt ꝙ operatio talis ex triſtitia augeatur: ſicut quanto aliquis magis triſtatur de re aliqua, tanto magis conatur ad expellendam triſtitiam, dummodo remaneat ſpes expellendi: alioquin nullus motus vel operatio ex triſtitia cauſaretur. ¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶ Vtrum triſtitia magis noceat corpori quam alie anime paſſiones. Artic. 4.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur ꝙ triſtitia non inferat maxime corpori nocumentum: triſtitia enim habet eſſe ſpirituale in anima: ſed ea que habent tantum eſſe ſpirituale non cauſant tranſmutationem corporalem: ſicut patet de intentionibus colorum que ſunt in aere a quibus nullum corpus coloratur: ergo triſtitia non facit aliquod corporale nocumentum. ¶ Præterea. Si facit aliquod corporale nocumentum hoc non eſt niſi inquantum habet corporalem tranſmutationem adiunctam: ſed corporalis tranſmutatio inuenitur in omnibus anime paſſionibus: vt ſupra dictum eſt: ergo non magis triſtitia quam alie anime paſſiones corpori nocet. ¶ Præterea. Philoſophus dicit in .7. ethi. ꝙ ire et concupiſcentie quibuſdam inſanias faciunt: quod videtur eſſe maximum nocumentum cum ratio ſit excellentiſſimum eorum que ſunt in homine: deſperatio etiam videtur eſſe magis nociua quam triſtitia cum ſit cauſa triſtitie: ergo triſtitia non magis nocet corpori quam alie anime paſſiones.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur puer. 17. Animus gaudens etatem floridam facit, ſpiritus triſtis exſiccat oſſa. Et puer. 12. Sicut tinea veſtimento, et vermis ligno, ita triſtitia viri nocet cordi. Et eccle. 38. A triſtitia feſtinat mors.

Reſpondeo dicendum, ꝙ triſtitia inter omnes anime paſſiones magis corpori nocet. cuius ratio eſt: quia triſtitia repugnat humane vite quantum ad ſpeciem motus ſui, et non ſolum quantum ad menſuram ſeu quantitatem: ſicut alie anime paſſiones. Conſiſtit enim humana vita in quadam motione que a corde in cetera membra diffunditur: que quidem motio conuenit nature humane ſecundum aliquam determinatam menſuram. Si ergo iſta motio procedat vltra menſuram debitam: repugnabit humane vite ſecundum quantitatis menſuram: non autem ſecundum ſimilitudinem ſpeciei. Si autem impediatur proceſſus huius motionis repugnabit vite ſecundum ſuam ſpeciem. Eſt autem attendendum in omnibus anime paſſionibus ꝙ tranſmutatio corporis que eſt in eis materialis, eſt conformis et proportionata motui appetitus qui eſt formalis: ſicut in omnibus materia proportionatur forme. Ille ergo anime paſſiones que important motum appetitus ad proſequendum aliquid non repugnant vitali motioni ſecundum ſpeciem, ſed poſſunt repugnare ſecundum quantitatem: vt amor, gaudium, deſiderium, et huiuſmodi. et ideo iſta ſecundum ſpeciem ſuam iuuant naturam corporis: ſed propter exceſſum poſſunt nocere: paſſiones autem que important motum appetitus cum fuga vel retractione quadam repugnant vitali motioni non ſolum ſecundum quantitatem: ſed etiam ſecundum ſpeciem motus. et ideo ſimpliciter nocent: ſicut timor et deſperatio: et pre omnibus triſtitia que aggrauat animum ex malo preſenti: cuius eſt fortior impreſſio quam futuri.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ quia anima naturaliter mouet corpus ſpiritualis motus anime naturaliter eſt cauſa tranſmutationis corporalis nec eſt ſimile de ſpiritualibus intentionibus que non habent naturaliter ordinem mouendi alia corpora que non ſunt nata moueri ab anima. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ alie paſſiones habent tranſmutationem corporalem conformem ſecundum ſuam ſpeciem motioni vitali: ſed triſtitia contrariam: vt dictum eſt. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ex leuiori cauſa impeditur vſus rationis quam corrumpatur vita: cum videamus multas egritudines vſum rationis tollere que nondum adimunt vitam: et tamen timor et ira maxime nocumentum corporale afferunt ex permixtione triſtitie propter abſentiam eius quod cupitur. Ipſa etiam triſtitia quandoque rationem aufert: ſicut patet in his qui propter dolorem in melancholiam vel in maniam incidunt.

¶ De remediis triſtitie ſeu doloris. Queſtio 38.

Deinde conſiderandum eſt de remediis doloris: ſeu triſtitie. ¶ Et circa hoc queruntur quinque. Primo vtrum dolor vel triſtitia mitigetur per quamlibet delectationem. Secundo vtrum mitigetur per fletum. Tertio vtrum per compaſſionem amicorum. Quarto vtrum per contemplationem veritatis. Quinto vtrum per ſomnum et balnea.

¶ Vtrum dolor vel triſtitia mitigetur per quamlibet delectationem. Articu. 1.

Ad primum ſic proceditur. Videtur ꝙ non quelibet delectatio mitiget quemlibet dolorem ſeu triſtitiam: non enim delectatio triſtitiam mitigat niſi inquantum ei contrariatur: 1.q.35. ar.4.ad medicine enim ſunt per contraria: vt dicitur in ſecundo ethi. ſed non 2.et 3.et quelibet delectatio contrariatur cuilibet triſtitie: vt ſu- 1.art.4. pra dictum eſt: ergo non quelibet delectatio mitigat quamlibet cor. et 8. triſtitiam. ¶ Præterea. Illud quod cauſat triſtitiam non mitigat triſtitiam: 3.p.40.et ſed alique delectationes cauſant triſtitiam: quia vt dicitur in .9. q.48.8. eth. Malus triſtatur quia delectatus eſt: non ergo omnis dele- 1.et 3.q. ctatio mitigat triſtitiam. ¶ Præterea. Aug. dicit in .4. confeſ. ꝙ ipſe fu- 46.8.8. git de patria, in qua conuerſari ſolitus erat cum amico ſuo iam ad.2.et mortuo nimis eum querebant oculi eius vbi eum videre ſole- 2.cor.7. bant, ex quo accipi poteſt quod illa in quibus nobis amici mor- co.3. tui vel abſentes communicauerunt efficiuntur nobis de eorum morte vel abſentia dolentibus onerosa: ſed maxime communicauerunt nobis in delectationibus: ergo ipſe delectationes efficiuntur nobis dolentibus onerose: non ergo quelibet delectatio mitigat quamlibet triſtitiam.

Sed contra eſt, ꝙ philoſophus dicit .7. eth. ꝙ expellit delectatio triſtitiam, et que contraria, et que contingens ſi ſit fortis.

Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut ex predictis patet, delectatio eſt quedam quies appetitus in bono conuenienti. triſtitia autem eſt ex eo quod repugnat appetitui. vnde ſicut ſe habet delectatio ad triſtitiam in motibus appetitiuis, ſic ſe habet in corporibus quies ad fatigationem que accidit ex aliqua tranſmutatione innaturali: nam et ipſa triſtitia fatigationem quandam, ſeu egritudinem appetitiue virtutis importat. Sicut igitur quelibet quies corporis remedium affert contra quamlibet fatigationem ex quacunque cauſa innaturali prouenientem, ita quelibet delectatio remedium affert ad mitigandam quamlibet triſtitiam ex quocunque procedat.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet non omnis delectatio contrarietur omni triſtitie ſecundum ſpeciem: contrariatur tamen ſecundum genus vt ſupra dictum eſt. et ideo ex parte diſpoſitionis ſubiecti quelibet triſtitia per quamlibet delectationem mitigari poteſt. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ delectationes malorum non cauſant triſtitiam in preſenti, ſed in futuro: inquantum ſcilicet mali penitent de malis de quibus letitiam habuerunt. et huic triſtitie ſubuenitur per contrarias delectationes. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quando ſunt due cauſe ad contrarios motus inclinantes: vtraque alteram impedit, et tamen illa finaliter vincit que fortior eſt et diuturnior. In eo autem qui triſtatur de his in quibus ſimul cum amico mortuo vel abſente delectari conſueuit, due cauſe in contrarium inducentes inueniuntur. Nam mors vel abſentia amici recogitata inclinat ad dolorem: bonum autem preſens inclinat ad delectationem. vnde vtrunque per alterum minuitur ſed tamen quia fortius mouet ſenſus preſentis quam memoria preteriti, et amor ſuiipſius quam amor alterius diuturnius mouet: inde eſt ꝙ finaliter delectatio triſtitiam expellit. Unde poſt pauca ſubdit idem aug. ꝙ priſtinis generibus delectationum cedebat dolor eius.

¶ Vtrum dolor vel triſtitia mitigetur per fletum. Articu. 2.

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ fletus non mitiget triſtitiam. Nullus enim effectus diminuit ſuam cauſam: ſed fletus vel gemitus eſt effectus triſtitie. ergo non minuit triſtitiam. ¶ Præterea. Sicut fletus vel gemitus eſt effectus triſtitie, ita riſus eſt effectus letitie. ſed riſus pſal. 41. co.3.

non minuit letitiã. ergo fletus nõ mitigat triſtitiã. ¶ P̃. In fle tu repreſentatur nobis malũ cõtriſtans: ſed imaginatio rei cõtriſtantis auget triſtitiã, ſicut imaginatio rei delectantis auget letitiam. ergo videtur ꝙ fletus non mitiget triſtitiam.

Sed Contra eſt, ꝙ auguſt. dicit in. 4. confeſſ. ꝙ quando dolebat de morte amici in ſolis gemitibus ⁊ lachrymis erat ei aliquantula requies.

Rñdeo Dñm, ꝙ lachryme ⁊ gemit⁹ nãliter mitigãt triſtitiaʒ: ⁊ hoc duplici rõne. Primo quidẽ qꝛ omne nocivũ interius clauſum magis affligit: qꝛ magis multiplicatur intentio anime circa ipſm. ſed qñ ad exteriora diffunditur, tunc sic intentio ad exteriora quodãmõ diſgregatur: ⁊ ſic interior dolor minuitur. ⁊ propter hoc qñ hoĩes qui ſunt in triſtitijs exterius ſuam triſtitiã manifeſtant, vel fletu aut gemitu, vel etiam verbo mitigatur triſtitia. Scđo qꝛ ſemꝑ operatio ꝯveniẽs homini ſm diſpoſitionẽ in qua eſt ſibi eſt delectabilis: fletus autẽ ⁊ gemit⁹ ſunt quedã operationes cõuenientes triſtato vel dolenti. ⁊ ideo efficiũtur eis delectabiles. Cum igitur oĩs delectatio aliqualiter mitiget triſtitiam vel dolorẽ: vt dictuʒ eſt: ſequitur ꝙ per planctum ⁊ gemitum triſtitia mitigetur.

Ad primũ ḡ dñm, ꝙ ipſa habitudo cauſe ad effectum ꝯtraꝛ habitudini cõtriſtantis ad ꝯtriſtatũ: nam oĩs effectus eſt conueniens ſue cauſe, ⁊ ꝑ ꝯñs eſt ei delectabilis: cõtriſtans aũt ꝯtrariatur ꝯtriſtato. ⁊ ideo effect⁹ triſtitie habet contrariam habitudinem ad contriſtatum ꝗ̃ cõtriſtãs ad ipſum: ⁊ ꝑꝑ hoc mitigatur triſtitia per effectũ triſtitie rõne contrarietatis predicte. ¶ Ad ſcđm dñm, ꝙ habitudo effectus ad cauſam eſt ſimilis habitudini delectantis ad delectatum: qꝛ vtrobiqꝫ conuenientia inuenitur. omne aũt ſimile auget ſuum ſimile. ⁊ ideo per riſum ⁊ alios effectus letitie augetur letitia: niſi forte per accidens propter exceſſum. ¶ Ad tertium dñm, ꝙ imaginatio rei contriſtantis quantum eſt de ſe nata eſt augere triſtitiaʒ: ſed ex hoc ipſo qđ homo imaginatur ꝙ facit illud qđ conuenit ſibi ſm talem ſtatũ conſurgit inde quedam delectatio. ⁊ eadẽ rõne ſi alicui ſubrepat riſus in ſtatu in quo videtur ſibi eẽ lugendũ, ex hoc ipſo dolet tãꝗ̃ faciat id quod nõ cõuenit: vt Tullius dicit in tertio de tuſculanis queſtionib⁹.

¶ Utrum dolor et triſtitia mitigẽtur per compaſſionem amicorum. Articulus. 3.

Job. 2. & 4 cap. 26. co. 1. & Extra. 23. lec. 3. co. 3.

AD tertiũ Videtur, ꝙ dolor amici cõpatientis non mitiget triſtitiã. Cõtrariorũ eñ cõtrarij ſunt effectus: ſʒ ſicut Aug. dicit viij. cõfeſ. Qñ cũ multis gaudetur in ſingulis vberi⁹ eſt gaudiũ: qꝛ feruere faciũt ſe ⁊ inflammantur ex alterutro. ergo pari rõne qñ multi ſimul triſtantur, videtur ꝙ ſit maior triſtitia. ¶ P̃. Hoc requirit amicitia, vt amoris vicẽ quis rependat: vt aug. dicit. iiij. cõfeſ. ſʒ amicus cõdolẽs dolet de dolore amici dolẽtis. ergo ipſe dolor amici cõdolẽtis eſt cã amico priꝰ dolẽti de ꝓprio malo alteri⁹ doloris: ⁊ ſic duplicato dolore videtur triſtitia creſcere. ¶ P̃. Oẽ malũ amici eſt cõtriſtans ſicut ⁊ malũ ꝓpriũ: nã amic⁹ ẽ alter ipſe, ſʒ dolor ẽ qđdã malũ. ergo dolor amici cõdolẽtis auget triſtitiã amico cui cõdoletur.

Sed Contra eſt, ꝙ phs dicit in. ix. ethico. ꝙ in triſtitijs amicus condolens conſolatur.

Rñdeo Dñm, ꝙ naturaliter amicus cõdolẽs in triſtitijs eſt conſolatiuus: cuius duplicẽ rationem tangit phs in 9. ethi. Quarum prima eſt. qꝛ cum ad triſtitiam pertineat aggrauare, habet rationem cuiuſdam oneris: a quo aliquis aggrauatus alleuiari conatur: cũ ergo aliqs videt de ſua triſtitia alios contriſtatos fit ei quaſi quedam imaginatio ꝙ illud onus alij cum ipſo ferant, quaſi conantes ad ipſum ab onere alleuiandum: et ideo leuius fert triſtitie onus, ſicut etiam in portandis oneribus corporalibus cõtingit. Secũda ratio ⁊ melior eſt: qꝛ per hoc ꝙ amici contriſtantur ei, percipit ſe ab eis amari: quod eſt delectabile: vt. ſ. dictũ eſt. vnde cum omnis delectatio mitiget triſtitiam (ſicut. ã. dictum eſt) ſequitur ꝙ amicus condolens triſtitiam mitiget.

Ad Primũ ergo dñm, ꝙ in vtroqꝫ amicitia manifeſtatur ſcʒ ⁊ ꝙ congaudet gaudenti: ⁊ ꝙ condolet dolenti. ⁊ ideo vtriũqꝫ rõne cauſe redditur delectabile. ¶ Ad ſcđm dñm, ꝙ ipſe dolor amici ſm ſe cõtriſtaret: ſed conſideratio cãe eius que eſt amor magis delectat. ¶ Et per hoc patet reſponſio ad tertiũ.

A Utrum per contemplationem veritatis dolor et triſtitia mitigentur. Articu. 4.

D Quartum ſic proceditur. Videtur, quod contemplatio veritatis non mitiget dolorem, dicitur. n. eccleſ. 2. Qui addit ſciẽtiam addit ⁊ dolorẽ, ſed ſcientia ad cõtemplationẽ veritatis ꝑtinet. nõ ergo cõtemplatio veritatis mitigat dolorẽ. ¶ P̃. Contẽplatio veritatis ad intellectũ ſpeculatiuũ ꝑtinet. ſed intellect⁹ ſpeculatiuus nõ mouet: vt dicitur in. 3. de aĩa. cũ igitur gaudium ⁊ dolor ſint quidam motus animi: videtur ꝙ contemplatio veritatis nihil faciat ad mitigationẽ doloris. ¶ P̃. Remedium egritudinis apponendum eſt vbi eſt egritudo: ſed cõtemplatio veritatis eſt in intellectu non ergo mitigat dolorem corporalem qui eſt in ſenſu.

Sed Contra eſt, quod Auguſ. dicit in primo ſoliloquiorum. Videbatur mihi, ſi ille mentibus noſtris veritatis fulgor aperiret, aut non me ſenſurum fuiſſe illum dolorem, aut certe pro nihilo toleraturum.

Rñdeo Dicendum, ſicut ſupra dictuʒ eſt, ꝙ in contẽplatione veritatis maxima delectatio conſiſtit: omnis autem delectatio dolorem mitigat, vt ſupra dictum eſt. ⁊ ideo contemplatio veritatis mitigat triſtitiam vel dolorem. ⁊ tanto magis quanto perfectius aliquis eſt amator ſapientie. ⁊ ideo homines ex contemplatione diuina: ⁊ future beatitudinis in tribulationibus gaudent: ſecundum illud Jac. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis. ⁊ quod eſt amplius etiam inter corporis cruciatus huiuſmodi gaudiuʒ inuenitur: ſicut tyburtius martyr cum nudatis plantis ſuper ardentes prunas incederet dixit. Videtur mihi quod ſuper roſeos flores incedaʒ in nomine Jeſu chriſti.

Ad pmũ Ergo dicendum, quod qui addit ſcientiam addit dolorem: vel propter difficultatem ⁊ defectum inueniende veritatis: vel propter hoc quod per ſcientiã homo cognoſcit multa que voluntati contrariantur: ⁊ ſic ex parte rerum cognitarum ſcientia dolorem cauſat: ex parte autem contemplationis veritatis delectationem. ¶ Ad ſecundum dicendum, quod intellectus ſpeculatiuus non mouet animum ex parte rei ſpeculate: mouet tamen animum ex parte ipſius contemplationis, que eſt quoddam bonum hominis ⁊ naturaliter delectabilis. ¶ Ad tertium dicendum, quod in viribus anime fit redundantia a ſuperiori ad inferius ⁊ ſecundum hoc delectatio contemplationis que eſt in ſuperiori parte redundat ad mitigandum etiam dolorem qui eſt in ſenſu.

¶ Utrum dolor ⁊ triſtitia mitigentur per ſomnum ⁊ balnea. Articu. 5.

AD Quintuʒ ſic proceditur. Videtur, quod ſomnus ⁊ balneum non mitigent triſtitiam. Triſtitia enim in anima conſiſtit: ſed ſomnus ⁊ balneum ad corpus pertinent non ergo aliquid faciunt ad mitigationem triſtitie. ¶ P̃. Idem effectus non videtur cauſari ex contrarijs cauſis: ſed huiuſmodi cum ſint corporalia repugnant contemplationi veritatis, que eſt cauſa mitigationis triſtitie: vt dictum eſt: non ergo per huiuſmodi triſtitia mitigatur. pſal. 29. co. 5.

¶ Preterea. Triſtitia ⁊ dolor ſecundum quod pertinent ad corpus in quadam tranſmutatione cordis conſiſtunt: ſed huiuſmodi remedia magis videntur pertinere ad exteriores ſenſus ⁊ membra quam ad interiorem cordis diſpoſitionem. non ergo per huiuſmodi triſtitia mitigatur.

Sed Contra eſt, ꝙ Auguſ. dicit. 9. confeſ. Audieram balnei nomen inde dictum quod anxietatem pellat ex animo. Et infra: Dormiui ⁊ euigilaui: ⁊ non parua ex parte mitigatum inueni dolorem meuʒ. Et inducit quod in hymno ambroſij dicitur, quod quies artus ſolutos reddit laboris vſui: menteſque feſſas alleuat: luctuſqꝫ ſoluit anxios.

Rñdeo Dñm, ꝙ ſicut dictum eſt, triſtitia ſm ſuam ſpeciem repugnat vitali motioni corporis. ⁊ ideo illa que reformant naturam corporalem in debitum ſtatum vitalis motionis repugnant triſtitie ⁊ ipſam mitigant. Per hoc etiam ꝙ huiuſmodi remedijs reducitur natura ad debitum ſtatum: cauſatur ex his delectatio: hoc. n. eſt quod delectationem facit vt ſupra dictum eſt. vnde cũ omnis delectatio triſtitiam mitiget, per huiuſmodi remedia corꝑalia triſtitia mitigatur.

Ad primũ Ergo dicendum, ꝙ ipſa debita corporis diſpoſitio inquantum ſentitur delectationeʒ cauſat: ⁊ per conſequens triſtitiam mitigat. ¶ Ad ſm dñm, ꝙ delectationũ vna aliam impedit: vt ſupra dictum eſt: ⁊ tamen omnis delectatio triſtitiam mitigat: vnde nõ eſt incõueniens ꝙ ex cauſis ſeinuicem impedientib⁹ triſtitia mitigetur. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ omnis bona diſpoſitio corporis redundat quodammodo ad cor ſicut ad principium ⁊ finem corporalium motionum vt dicitur in lib. de cauſa motus animalium.

¶ Super q̄ō.39. Articulum 1.

In .1.artic.q.39. dubium occurrit de qua bonitate vel malitia ſit preſens q̄ſtio ſi de nālī ſit inepte in fine corporis articuli dicitur: ſed quia ſermones morales: ad moralem enim moralis malitia ſpectat ſi de morali falſa videt̃ doctrina. Tū quia ſi triſtitia eēt ſimpliciter mala moraliter nulla poſſet ratione fieri bona moralis: cuius oppoſitū in ſecūdo ⁊ tertio art. habet̃. Tum quia ratio inducta in l̄ra in efficax eſt ad hoc: nā recta rō habet ꝙ appetitus quandoq̄ pri uetur quiete in bono ⁊ anxiet̃ de p̄ñti malo vt patet in voluntariū aſſumentibus luctum propter deum.

¶ Ad hoc dī ꝙ hic eſt ſermo de bonitate et malitia morali: ſicut in ſuperioribus tractatū eſt. Ad cuius euidentiam ſcito p̄mo ex l̄ra ꝙ triſtitia pōt dupl̄r conſiderari. Primo ex parte contriſtantis. Secundo ex parte ſentientis ⁊ repudiantis ip̄m malum cōtriſtās: appetere triſtitiam ex parte contriſtantis eſt appetere ipſum contriſtans vt ſic: appetere autem triſtitiam ex parte ſentientis et repudiantis malum eſt appetere ſenſationem ſeu cognitionem ⁊ refutationē mali. Clare autem patet ꝙ primo modo triſtitia non eſt appetibilis: q̄m contriſtans vt ſic mali rōnem habet. Secundo vero modo triſtitia eſt appetibilis ex ſuppoſitione. Suppoſito eñ ꝙ cōtriſtās adſit: bonū eſt cognoſcere et refutare illud: et quia triſtitia includit hec omnia ſimul: ideo nō hʒ locū in deo nec in beatis: ⁊ inter habentes nullus appetit triſtitiam quo ad omnia ad illam requiſita: quia nullus appetit preſentiā cōtriſtantis. Quis multi appetant triſtari ſuppoſita preſentia cōtriſtantis abſentie boni amati vel offenſe diuine ⁊c. Quia igit̃ triſtitia ſecundum ſe tota nō eſt appetibilis, conſequens eſt vt non ſit de genere bonorum, cum bonum ſit qđ oīa appetunt: verū ad moralē bo^m deſcendendo ſcito ſecundo ex ſancto Tho. in quoli. ꝙ actꝰ humani quadrifariā dicuntur quo ad bonitatem et malitiam:

¶ De bonitate et malitia triſtitie ſeu doloris. Queſtio.39.

DEinde cōſiderandū eſt de bonitate et malitia doloris vel triſtitie. ¶ Et circa hoc q̄runtur q̄tuor. Primo vtrū omis triſtitia ſit malum. Scđo vtrum poſſit eſſe bonum honeſtum. Tertio vtrum poſſit eſſe bonum vtile. Quarto vtrū dolor corporis ſit ſummum malum.

¶ Utrum omnis triſtitia ſit mala. Art. 1.

AD primū ſic ꝓcedit̃. Uī ꝙ oīs triſtitia ſit mala. Dicit eñ greg. nice. Oīs triſtitia malū eſt ſuapſiuo natura. ſed ꝙ natural̄r eſt malū ſemper ⁊ vbiq̄ eſt malū. ergo omnis triſtitia eſt mala. ¶ P̄. Illud quod omnes fugiunt etiam virtuoſi eſt malum. ſed triſtitiam omnes fugiunt etiam virtuoſi. quia vt dicitur in .7. ethi. Etſi prudens non intendat delectari: tamē intendit non triſtari, ergo triſtitia eſt malum. ¶ P̄. Sicut malum corporale eſt obiectum ⁊ cauſa doloris corporalis, ita malum ſpirituale eſt obiectum ⁊ cauſa triſtitie ſpiritualis. ſʒ omnis dolor corporalis eſt maluʒ corporis. ergo oīs triſtitia ſpūalis eſt malum anime.

SEd cōtra. Triſtitia de malo ꝯtrariatur delectatiōi de malo: ſʒ delectatio de malo eſt mala, vñ in deteſtationem quorundā dī Prouer. 2. ꝙ letantur cū malefecerint. ergo triſtitia de malo eſt bona.

RĩDEO dōm, ꝙ aliqđ eſſe bonum vel malum pōt dici dupl̄r. Uno modo ſimpl̄r ⁊ ſm ſe: et ſic omnis triſtitia eſt quoddam malum: hoc enim ip̄m qđ eſt appetitum hominis anxiari de malo p̄ñti rationem mali hʒ: impeditur enim per hoc quieſ appetitus in bono. Alio modo dī aliquid bonum vel malum ex ſuppoſitione alterius: ſicut verecundia dicit̃ eſſe bonum ex ſuppoſitione alicuius turpis cōmiſſi. vt dicitur in .4. ethi. Sic igitur ſuppoſito aliquo cōtriſtabili vel doloroſo ad bonitatē ꝑtinet ꝙ aliqs de malo preſenti triſtetur vel doleat ꝙ eñ nō triſtaret̃ vel non doleret non poſſet eſſe niſi q̄ vel nō ſentiret: vel q̄ nō reputaret ſibi repugnans: ⁊ vtrūq̄ iſtorū eſt malum manifeſte. ⁊ ideo ad bonitatē pertinet vt ſuppoſita preſentia mali ſequat̃ triſtitia vel dolor: ⁊ hoc ē qđ aug. dicit. 8. ſuper Geñ. ad literā. Adhuc ē bonū qđ dolet amiſſum bonū: nā niſi aliqđ bonū remanſiſſet in nā, nullius boni amiſſi dolor eſſet in pena: ſʒ q̄ ſermones morales ſunt in ſingularibꝰ: quorum ſunt operationes: illud qđ eſt ex ſuppoſitione bonū dʒ bonū iudicari: ſicut qđ ē ex ſuppoſitiōe voluntariū iudicat̃ voluntariū: vt dicitur in .3. ethi. ⁊ ſupra habitum eſt.

AD p̄mū ergo dōm, ꝙ Gre. nice. loquitur de triſtitia ex parte mali triſtātis. non autem ex parte ſentiētis ⁊ repudiantis malum. Et ex hac etiam pte oēs fugiūt triſtitiā inq̄ātū fugiūt malū: ſʒ ſenſum ⁊ refutationē mali ñ fugiūt. Et ſic dōm ēt eſt de dolore corporali nā ſenſus ⁊ recuſatio mali corporalis atteſtat̃ nāe bone. ¶ Unde patet reſponſio ad ſm ⁊ ad tertium.

¶ Utrum triſtitia poſſit eſſe bonum honeſtum. Articu. 2.

AD ſcđm ſic ꝓceditur. Uidetur, ꝙ triſtitia non habeat rationeʒ boni honeſti. Quod enim ad inferos deducit cōtrariatur honeſto: ſʒ ſicut dicit Augu. 17. ſuper Geñ. ad literam. Jacob hoc timuiſſe videtur, ne nimia triſtitia ſic perturbaretur: vt non ad requiem beatorum iret: ſed ad inferos peccatorū: ergo triſtitia non hʒ rationē boni honeſti. ¶ P̄. Bonum honeſtum habet rōnē laudabilis ⁊ meritorij: ſed triſtitia diminuit rationē laudis ⁊ meriti. Dicit. n. Apoſtolus. 2. ad Cor. ix. Unuſq̄ſq̄ ꝓut deſtinauit in corde ſuo nō ex triſtitia aut ex neceſſitate: ergo triſtitia nō eſt bonuʒ honeſtū. ¶ P̄. Sicut Aug. dicit. 14. de ci. dei. Triſtitia eſt de hīs q̄ nobis nolentibꝰ accidunt: ſed non velle ea q̄ p̄ſentialiter fiunt eſt habere voluntatē repugnātem ordinationi diuine cuius ꝓuidentie ſubiacent oīa que agunt̃: ergo cum conformitas humane volūtatis ad diuinā pertineat rectitudinem voluntatis: vt. s. dictū eſt: videtur ꝙ triſtitia ꝯtrariet̃ rectitudini voluntatis, ⁊ ſic non habeat rationem honeſti.

SEd contra. Omne quod meretur p̄mium vite eterne habet rationem honeſti: ſed triſtitia eſt huiuſmodi: vt patet per id quod dicitur Matth. 5. beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur: ergo triſtitia eſt bonum honeſtum.

RĩDEO dōm, ꝙ ſm illā rōnē, qua triſtitia eſt bonū pōt eſſe bonū honeſtū. Dictū eſt. n. ꝙ triſtitia eſt bonum ſm cognitionē ⁊ recuſationē mali, q̄ quidem duo in dolore corporali atteſtantur bonitati nature: ex qua ꝓuenit ꝙ ſenſus ſentit, ⁊ natura refugit leſiuum qđ cāt doloreʒ. In interiori ꝟo triſtitia cognitio mali quandoq̄ quidē eſt ꝑ rectum iudiciū rationis, ⁊ recuſatio mali eſt per voluntatem bene diſpoſitam deteſtantem malum: omne autem bonum honeſtū ex his duobus procedit. ſ. ex rectitudine rationis ⁊ voluntatis: vnde manifeſtum eſt ꝙ triſtitia poteſt habere rationē boni honeſti.

AD primū ergo dōm, ꝙ oēs paſſiones anime regulari debent ſm regulam rationis que eſt radix boni honeſti quam tranſcendit immoderata triſtitia de qua loquit̃ Augu. ⁊ iō recedit a rōne honeſti. ¶ Ad 2^m dōm, ꝙ ſicut triſtitia de malo ꝓcedit ex voluntate ⁊ rōne recta que deteſtat̃ malū, ita triſtitia de bono ꝓcedit ex rōne ⁊ voluntate peruerſa q̄ deteſtatur bonū: ⁊ ideo talis triſtitia impedit laudē vel meritū boni honeſti: ſicut cū quis facit cum triſtitia eleemoſinā. ¶ Ad 3^m dōm, ꝙ aliqua preſentialiter eueniunt que non fiunt deo volente: ſed deo permittente, ſicut peccata. vnde voluntas repugnans peccato exiſtenti vel in ſe vel in alio non diſcordat a voluntate dei: mala vero penalia preſentialiter contingunt etiam deo volente: non tamen exigitur ad rectitudinem voluntatis ꝙ ea ſecundum ſe homo velit: ſed ſolum quod non contranitatur ordini diuine iuſtitie: vt ſupra dictum eſt.

¶ Utrum triſtitia poſſit eſſe bonum vtile. Articu. 3.

AD Tertium ſic proceditur. Uidetur ꝙ triſtitia nō poſſit eſſe bonum vtile. Dicitur enim eccle. xxx. Multos occidit triſtitia, ⁊ non eſt vtilitas in illa. ¶ P̄. Electio eſt de eo quod eſt vtile ad finem aliquē: ſed triſtitia non eſt eligibilis: quinimo idem ſine triſtitia quā cum triſtitia eſt magis eligendum: vt dicitur in .3. topic. ergo triſtitia non eſt bonum vtile. ¶ Preterea. Omnis res eſt propter ſuam operationem: vt dicitur in ſecundo de celo: ſed triſtitia impedit operationem: vt dicitur in .x. ethi. ergo triſtitia nō habet rationem boni vtilis.

SEd contra. Sapiens non querit niſi vtilia: ſed ſicut dicitur eccle. 7. Cor ſapientum vbi triſtitia: ⁊ cor ſtultorum vbi letitia: ergo triſtitia eſt vtilis.

RĩDEO dōm, ꝙ ex malo p̄ñti inſurgit duplex appetitiuus motus: vnus quidē eſt quo appetitꝰ ꝯtrariat̃ malo p̄ñti: ⁊ ex iſta parte triſtitia non hʒ vtilitatē: q̄ id qđ eſt p̄ñs nō poteſt non eſſe p̄ñs. Scđs motus cōſurgit in appetitu ad fugiendum ⁊ repellendū malum contriſtans: ⁊ quantū ad hoc triſtitia hʒ vtilitatem: ſi ſit de aliquo qđ eſt fugiēdum. Eſt enim aliquid fugiendum dupliciter. Uno modo propter ſeipſum ex cōtrarietate quā hʒ ad bonū ſicut pctm̄: ⁊ ideo triſtitia de pctō vtilis eſt ad hoc ꝙ hō fugiat peccatū: ſicut Apl's dicit. 2. ad cor. 7. Gaudeo nō quia contriſtati eſtis: ſed quia contriſtati eſtis ad penitentiā. Alio modo eſt aliquid fugiendum: nō quia ſit ſm ſe malū: ſed q̄ eſt occaſio mali: dū vel hō nimis inheret ei per amorē: vel etiā ex hoc qđ precipitat̃ in aliqđ malū: ſicut pʒ in bonis tēpalibus: ⁊ ſm hoc triſtitia de bonis tēporalibus, poteſt eſſe vtilis. ſicut dicitur Eccle. 7. Melius eſt ire ad domū luctus, quam ad domū cōuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum. Ideo autē triſtitia in omni fugiendo eſt vtilis: quia geminatur fugiēdi cauſa. nā ipſum malum ſm ſe fugiendū eſt: ipſam aūt triſtitiā ſm ſe oēs fugiunt, ſicut ēt bonum omnes appetūt ⁊ delectatiōnē de bono. Sicut

[Marginal references, left margin:] 1.q8.59 artic. 3. Et. 3. q. 15. ā. 3. ⁊. 6. ⁊. 3. di. 15. q. 2. art. 2. qō. 1. ad 3. ⁊ ā. 3. q. 2. col. fin. ⁊. 4. diſt. 49. q. 3. art. 4. q. 2.

[Marginal references, lower left:] 3. qō. 65. 6. ad 2. 3. et q. 44. ā. ad. 2.

[Marginal references, right margin:] 3. qō. 15. ar. 6. ad 2. ⁊. 3. et qō. 49. ar. 6. ad 2^m.

ergo delectatio de bono facit vt bonum auidius queratur, ita triſtitia de malo facit: vt malum vehementius fugiatur.

Ad Primum ergo dōm, ꝙ autoritas illa intelligitur de immoderata triſtitia q̃ animū abſorbet: hmōi em̄ triſtitia immobilitat animū: ⁊ impedit fugā mali: vt.ſ̃.dictū eſt. ¶ Ad ſm dōm, ſicut qдlibet eligibile fit minus eligibile ꝑpter triſtitiā, ita qdlibet fugiendū redditur magis fugiendū ꝑpter triſtitiā: ⁊ quantū ad hoc triſtitia eſt vtilis. ¶ Ad tertium dōm, ꝙ triſtitia de operatione aliqua impedit operationē: ſed triſtitia de ceſſatione operationis facit auidius operari.

¶ Utrū dolor corporis ſit ſūmū malū. ar.4.

AD Quartū ſic ꝓcedit. Uidetur ꝙ triſtitia ſit ſummū malum. Optimo em̄ opponitur peſſimū: vt dicit in.8.ethic. ſed quedā delectatio eſt optimū que.ſ. pertinet ad felicitatem: ergo aliqua triſtitia eſt ſummū malū. ¶ P̄. Beatitudo eſt ſummū bonū hominis: q̄ eſt vltimus hominis finis: ſed beatitudo conſiſtit in hoc ꝙ homo habeat quicquid velit: et nihil mali velit: vt ſupra dictū eſt: ergo ſummū bonū hoīs ē impletio volūtatis ipſi⁹: ſꝫ triſtitia ꝯſiſtit in hoc ꝙ accidit aliqd̄ ꝯ volūtatē: vt pꝫ per aug.14.de ciui.dei.ꝗ triſtitia eſt ſummū malū hoīs. ¶ P̄. Augu. ſic argumētat in p̄mo ſoliloquiorū. Ex duabus ꝑtib⁹ cōpoſiti ſum⁹, ex aīa.ſ. ⁊ corpe: q̄rū pars deterior ē corp⁹: ſummū aūt bonū eſt melioris ꝑtis optimū: ſummū aūt malū peſſimū deterioris. eſt aūt optimū in aīo ſapiētia in corpore peſſimū dolor: ſummū igit bonū hominis eſt ſapere, ſummum malum dolere.

Sed Cōtra. Culpa eſt magis malum q̄ pena: vt in p̄mo habitū eſt: ſꝫ triſtitia ſeu dolor ꝑtinet ad penam peccati: ſicut frui rebus mutabilibus eſt malum culpe. Dicit enim aug. in lib. de vera religione. Quis eſt dolor qui dicitur animi, niſi carere mutabilibus rebus q̄bus fruebatur, aut frui ſe poſſe ſperauerat: ⁊ hoc eſt totū qd̄ dr̄ malum.i. pctm̄ ⁊ pena pcti: ergo triſtitia ſeu dolor non eſt ſummum malum hominis.

Rn̄deo Dōm, ꝙ ipoſſe eſt aliq̄ triſtitiā ſeu dolorē eſſe ſūmū hoīs malū. Oīs ē triſtitia ſeu dolor aut ē de hoc qd̄ eſt vere malū, aut ē de aliquo apparenti malo qd̄ eſt vere bonū: dolor autē ſeu triſtitia que eſt de vere malo nō pōt eſſe ſummū malum, eſt enim aliquid eo peius. ſ. vel nō iudicare eſſe malum illud quod vere eſt malum vel etiam nō refutare illud. triſtitia aūt vel dolor qui eſt de apparenti malo qd̄ eſt vere bonū, non poteſt eſſe ſummum malum, q̄ peius eſſet omnino alienari a vō bono, vnde impoſſibile eſt ꝙ aliqua triſtitia vel dolor ſit ſummum hominis malum.

Ad primū Ergo dicendum, ꝙ duo bona ſunt cōmunia ⁊ delectatiōi ⁊ triſtitie.ſ. iudiciū verū de bono ⁊ malo, ⁊ ordo debitus voluntatis approbantis bonum ⁊ recuſantis malum. Et ſic patet quod in dolore vel triſtitia eſt aliquod bonum per cuius priuationem poteſt fieri deterius. ſed non in omni delectatione eſt aliquod malum, per cuius remotionem poſſit fieri melius. vnde delectatio aliqua poteſt eſſe ſummū hoīs bonū, eo modo quo.ſ̃.dictū eſt. triſtitia aūt nō pōt eſſe ſummū hoīs malum. ¶ Ad ſm dōm, ꝙ hoc ipm̄ qd̄ ē voluntatē repugnare malo: eſt qddā bonū ⁊ ꝑꝑ hoc triſtitia vel dolor nō pōt eē ſummū malum: q̄ hꝫ aliq̄ ꝯmixtionē boni. ¶ Ad 3m

dicēdum, ꝙ peius eſt quod nocet meliori q̄ quod nocet peiori. malum aūt dicitur q̄ nocet, vt dicit aug. in ench. vū maius malū eſt qd̄ eſt malum anime q̄ qd̄ eſt malum corporis. vnde non eſt efficax ratio q̄ Aug. inducit non ex ſenſu ſuo, ſed ex ſenſu alterius.

¶ De paſſionibus iraſcibilis. ⁊ p̄mo de ſpe ⁊ deſperatione. Queſtio 40.

COnſequēter Conſiderandum eſt de paſſionibus iraſcibilis. ¶ Et p̄mo de ſpe ⁊ deſperatione. Secundo de timore ⁊ audacia. Tertio de ira. ¶ Circa primam querūtur octo. Primo vtrum ſpes ſit idem quod deſiderium vel cupiditas. Secundo vtrum ſpes ſit in vi apprehenſiua vel in vi appetitiua. Tertio vtrum ſpes ſit in brutis animalibus. Quarto vtrum ſpei contrarietur deſperatio. Quinto vtrum cauſa ſpei ſit experientia. Sexto vtrum in iuuenibus ⁊ ebrioſis ſpes abundet. Septimo de ordine ſpei ad amorem. Octauo vtrum ſpes conferat ad operationem.

¶ Utrum ſpes ſit idē quod deſiderium vel cupiditas. Articu.1.

AD Primū ſic ꝓceditur. Uidet ꝙ ſpes ſit idē qd̄ deſiderium ſiue cupiditas. ſpes.n. ponitur vna quatuor principaliū paſſionum: ſꝫ aug. enumerans quatuor p̄ncipales paſſiones ponit cupiditatē loco ſpei: vt pꝫ in.14. de ci. dei. ergo ſpes eſt idem qd̄ cupiditas ſiue deſiderium. ¶ P̄. Paſſiones differunt ſm obīa: ſed idem eſt obūm ſpei ⁊ cupiditatis ſiue deſiderij.ſ. bonū futurū: ergo ſpes eſt idē qd̄ cupiditas ſiue deſiderium. ⁊ Si dicat ꝙ ſpes addit.ſ̃. deſiderium poſſibilitatem adipiſcēdi bonum futurum. Cōtra. Jd qd̄ per accidens ſe hꝫ ad obūm non variat ſpeciem paſſionis: ſed poſſibile ſe hꝫ ꝑ accn̄s ad bonum futurum: qd̄ eſt obūm cupiditatis, vel deſiderij, ⁊ ſpei: ergo ſpes non eſt paſſio ſpecie differens a deſiderio vel cupiditate.

Sed Cōtra. Diuerſarum potentiarum ſunt diuerſe paſſiōes ſpecie differentes ſed ſpes eſt in iraſcibili: deſiderium autem ⁊ cupiditas in concupiſcibili: ergo ſpes differt ſpecie a deſiderio ⁊ cupiditate.

Rñdeo Dōm, ꝙ ſicut pħs dicit in. 2. rhet. timor ꝓuenit ex phantaſia futuri mali corruptiui vel contriſtatiui: ſicut aūt contriſtatiuū malū eſt qđ contrariatur voluntati, ita corruptiuum maluꝫ eſt qđ cōtrariaꝫ nāe: ⁊ hoc eſt malum nāe. vñ de malo nature pōt eſſe timor. Sed cōſiderandūꝫ eſt ꝙ malum nāe, qñqꝫ eſt a cauſa nāli: ⁊ tūc dr̄ malum nāe, nō ſolū qꝛ priuaꝫ nāe bonū: ſed etiā qꝛ eſt effectus nāe: ſicut mors nālis. ⁊ aliꝫ hmōi defect⁹. aliqñ vero malū nāe ꝓuenit ex cauſa nō nāli: ſicut mors que violenter inferꝫ a ꝑſecutore: ⁊ vtroqꝫ mō malum nāe quodāmodo timeꝫ, ⁊ quodammodo nō timeꝫ. Cū eñ timor ꝓueniat ex phātaſia futuri mali: vt dicit pħs: illud qđ remouet futuri mali phantaſiam, excludit etiam timorem: ꝙ aūt nō appareat aliqđ malum futurū pōt ex duob⁹ cōtingere. Uno quidem mō ex hoc ꝙ eſt remotū ⁊ diſtans, hoc enim ꝓpter diſtantiā imaginamur vt non futurum: ⁊ ideo vel non timemus, vel parū timemus. Ut eñ pħs dicit in. 2. rheto. Que valde longe ſunt nō timenꝫ: ſciūt eñ oēs ꝙ morientur, ſꝫ qꝛ nō ꝓpe eſt nihil curāt. Alio mō eſtimaꝫ aliqđ malum qđ eſt futurū vt nō futurū ꝓꝑ neceſſitatē que facit ipſum eſtimare vt pñs. vñ pħs dicit in. 5. rhe. ꝙ illi qui iā decapitantur nō timēt videntes ſibi neceſſitatē mortis imminere. Sed ad hoc ꝙ aliquis timeat: oꝫ adeſſe aliquā ſpē ſalutis: ſic igitur malū nature nō timeꝫ: qꝛ non apprehenditur vt futurū. Si vero malū nāe qđ eſt corruptiuum apprehendatur vt propinquum, et tamen cum aliqua ſpe euaſionis: tunc timebitur.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ malū nāe qñqꝫ nō ꝓuenit a natura: vt dictū eſt: ſm tñ ꝙ a nā ꝓuenit etſi nō ex toto vitari poſſit, pt tñ differri: ⁊ ſub hac ſpe pōt eſſe conſilium de vitatione ipſius. ¶ Ad ſecundum dōꝫ, ꝙ malum nature etſi ſemper immineat non tamen ſemper imminet de ꝓpinquo: ⁊ ideo nō ſemꝑ timetur. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ mors ⁊ aliꝫ defectus nature prouenit a natura vniuerſali: quibus tamen repugnat natura particularis quantum poteſt. ⁊ ſic ex inclinatione ꝑticularis nature eſt dolor ⁊ triſtitia de huiuſmodi malis cū ſunt preſentia: ⁊ timor ſi immineant in futurum.

¶ Super q. 42. ar. 1. In primo articu. q. 42. dubitationes faciunt ille due vniuerſales affirmatiue in littera poſite. ſ. omnis motus appetitiue virtutis importans proſecutionem habet bonum pro obiecto: ⁊ omnis motus appetitiue virtutis importans fugam habet malum pro obiecto habēt eñ inſtātias manifeſtas. prime quidem obſtat audacia que importat proſecutionem ⁊ tamē obiectum eius eſt malum. ſecunde vero obſtat deſperatio que importat fugam: ⁊ obiectum eius eſt bonum. ¶ Ad hoc dr̄: ꝙ ſermo preſens intelligiꝫ de omnib⁹ ꝑ ſe: inſtantie autem allate ſunt de omnibus ꝑ accidens. Proſequutio enim per ſe ſibi vendicat bonum ⁊ econuerſo. Et ſilr fuga ꝑ ſe ſibi vendicat malum: ⁊ econuerſo. vñ nulla proſequutio eſt mali niſi ꝑ accidens. ſ. ꝑ coniunctum bonum. Et hoc modo audacia eſt motus proſequutiuus mali: vt infra. 45° patet: ⁊ similiter nulla fuga eſt boni niſi per accidens ſcꝫ propter coniunctū malum. Et hoc modo deſperatio eſt fuga boni. Et hic eſt tertius modus accidētalitatis inuētus in paſſionibus anime reſpectu boni ⁊ mali: de quo infra erit ſermo.

¶ In toto reſiduo. q. eiuſdem aduerte: ꝙ qꝛ obiectū timoris includit in ſe tria. ſ. maluꝫ, arduuꝫ futurū: ex his redditur ratio timendorū ⁊ non timēdorū: ⁊ magis ⁊ minus timendorum. Ex ratione nāqꝫ futuri excluduntur multum diſtātia ſm tempus: ⁊ preſentia: ⁊ inevaſibilia que eñ apprehēduntur aliquo horū modorum vt minus futura hñr: vt patet in ſecundo articulo. Ex ratione vero ardui ſeu difficilis ad euadendum vel reſiſtendum excluduntur mala culpe. Et timor ipſe quodammodo, ⁊ inſolita ac repētina magis timentur: ⁊ vt in tertio quarto ⁊ quinto articulis patꝫ. Ex ratione vero mali nō timetur per ſe niſi malum: et magis timetur interminabile: vt in primo ⁊ vltimo articulo patet. Et ſic habes obiectum timoris: ⁊ ex ipſo rationes timendorum vnitas: quod potes in aliis facere.

ſ. ar. 5. ⁊ 4. cor. et q. 42. ā. 2. 3. et. 5 cor. ⁊ q. 43. arti. 2. cor. Et 22e. q. 19. ar. ꝗ. cor. ſi. Et. 3. di. 26. q. 1. ar. 2. co.

ſ. art. 6. ad 2m. Et 22e. q. 144. ā. 1. cor.

¶ Utrum timor ſit de malo culpe. Articu.3.

22^e.q. 144 ar. 1.ad1. Ad tertiũ ſic pcedit. Uĩ ꝙ timor poſſit eſſe de malo culpe. Dicit enĩ aug. ſup ca nonicã ioã. ꝙ timore caſto timet hõ ſepationẽ a deo: ſ; nihil ſeparat nos a deo niſi culpa: ſm illud eſa.59. Peccã veſtra diuiſerũt inter vos ⁊ deũ veſtrũ. ergo timor põt eſſe de malo culpe. ¶ P̃. Tullius dicit in. 4. de tuſculanis q̃ſtionib⁹: ꝙ de illis timemus cũ futura ſunt, de quoꝝ preſentia triſtamur: ſed de malo culpe põt aliq̃s dolere vel triſtari: ergo etiã maliũ culpe aliq̃s põt timere. ¶ P̃. Spes timori opponitur: ſ; ſpes põt eſſe de bono virtutis: vt p; per phm in.9.eth. ⁊ apoſtol⁹ dicit ad gal.6. Cõfido de vobis in dño ꝙ nihil aliud ſapietis. ergo etiã timor poteſt eſſe de malo culpe. ¶ P̃. Uerecundia eſt q̃dam ſpẽs timoris (vt ſupra dictũ eſt) ſ; verecũdia eſt de turpi facto: qđ eſt malum culpe: ergo ⁊ timor.

Sed cõtra eſt, ꝙ philoſoph⁹ dicit in.2. rheto. ꝙ nõ oĩa mala timentur: puta ſi aliquis erit iniuſtus aut tard⁹.

Rñdeo dĩcm, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt, ſicut obm ſpei eſt bonũ futurũ arduũ ꝙ q̃s põt adipiſci, ita timor eſt de malo futuro arduo qđ nõ põt de facili vitari. Ex quo põt accipi ꝙ id qđ oio ſubiacet ptãti ⁊ volũtati noſtre nõ h; rõnẽ terribilis: ſed illđ ſolũ eſt terribile qđ h; cãm extrinſecã, malũ aũt culpe ppriã cauſam h; volũtatẽ humanã, ⁊ ideo ppue nõ h; rõnẽ terribilis: ſ; q: volũtas ab aliquo exteriori põt inclinari ad peccãdũ, ſi illđ inclinãs habeat magnã vim ad iclinãdũ, ſm h̃ poterit eſſe timor de malo culpe inquãtũ eſt ab exteriori cã: puta cũ aliq̃s timet cõmorari in ſocietate maloꝝ ne ab eis ad peccandũ inducat̃. ſed ppue loquendo in tali diſpoſitiõe magis timet homo ſeductionẽ, q̃ȝ culpam ſm ppriam rationẽ id eſt inquantũ eſt voluntaria: ſic enim nõ habet vt timeatur.

Ad primũ ergo dĩcm, qđ ſepatio a deo eſt q̃da pena cõſequẽs peccatũ: ⁊ oĩs pena aliquo mõ ẽ ab exteriori cã. ¶ Ad ſm dĩcm. ꝙ triſtitia ⁊ timor in vno cõueniũt: q: vtrũq; eſt de malo: differũt aũt in duobus. In vno q̃dẽ, q: triſtitia eſt de malo pñti, timor de malo futuro. In alio vero q: triſtitia cu; ſit in cõcupiſcibili reſpicit malũ abſolute: vñ põt eſſe de quocunq; malo, ſiue pũo ſiue magno. timor ãt cũ ſit in iraſcibili, reſpicit malũ cũ quadã arduitate ſeu difficultate. que tollitur inquantũ aliquid ſubiacet voluntati. ⁊ iõ nõ oĩa timemus q̃ ſunt futura. de quibus triſtamur cum ſunt pñtia: ſ; aliq̃ q̃ ſc; ſunt ardua. ¶ Ad tertiũ dĩcm, ꝙ ſpes eſt de bono ꝙ q̃s põt adipiſci. Põt aũt aliq̃s adipiſci bonũ vł p ſe, vł p aliũ: ⁊ iõ ſpes põt eẽ de actu virtutis q̃ eſt in ptãte noſtra cõſtitut⁹: ſ; timor ẽ de malo ꝙ nõ ſubiacet noſtre ptãti. ⁊ iõ ſemp malũ qđ timet̃ eſt a cã extrinſeca, bonũ aũt qđ ſperat̃ põt eẽ ⁊ a cã intrinſeca, ⁊ a cã extrinſeca. ¶ Ad q̃rtũ dĩcm, ꝙ ſicut. ſ̃. dcm̃ eſt, verecundia nõ eſt timor de actu ipſo peccti: ſ; de turpitudine vel ignominia q̃ conſequitur ipſum: que eſt a cauſa extrinſeca.

¶ Utrum timor ipſe timeri poſſit. Arti.4.

Ad quartũ ſic procedit̃. Uidet̃ ꝙ timor timeri non poſſit. Omne enim quod timetur timẽdo cuſtoditur ne amittat̃: ſicut ille q̃ timet amittere ſanitatẽ, timẽdo cuſtodit eã: ſi igit̃ timor timeat̃, timẽdo ſe cuſtodiet hõ ne timeat. qđ videt̃ eẽ incõueniẽs. ¶ P̃. Timor eſt q̃dã fuga: ſed nihil fugit ſeipſum: ḡ timor nõ timet timorẽ. ¶ P̃. Timor eſt de futuro: ſed ille q̃ timet iã h; timorẽ, nõ ergo põ timere timorẽ.

Sed cõtra eſt, ꝙ hõ põt amare amorem ⁊ dolere de dolore: ḡ ẽt pari rõne põt timere timorẽ.

Rñdeo dĩcm, ꝙ ſicut dictũ eſt: illud ſolũ h; rõnem terribilis qđ ex cã extrinſeca puenit, nõ aũt qđ puenit ex volũtate nr̃a: timor aũt ptim puenit ex cã extrinſeca, ⁊ ptim ſubiacet voluntati. puenit q̃dẽ ex cã extrinſeca, inq̃tũ eſt paſſio quedã cõñs phantaſiã imminẽtis mali: ⁊ ſm hoc põt aliq̃s timere timorẽ, ne. ſ. immineat ei neceſſitas timendi pp ingruentiã alicui⁹ excellentis mali. ſubiacet aũt voluntati inquãtũ appetitus inferior obedit rõni: vñ hõ põt timorẽ repellere, ⁊ ſm hoc timor nõ põt timeri: vt dr aug. in li. 83. q. Sed q: rõnibus, quas inducit aliquis poſſet vti ad oſtẽdendum ꝙ timor nullo modo timeatur: ideo ad eas reſpondendum eſt.

Ad primũ ergo dĩc;, ꝙ nõ oĩs timor eſt vn⁹ timor, ſ; ſm diuerſa q̃ timet̃ ſunt diuerſi timores: nihil ḡ phibet qñ i vno timore aliq̃s pſeruet ſe ab alio timore: et ſic cuſtodiat ſe ñ timere tũc illo timore. ¶ Ad ſm dĩc;, ꝙ cũ ſit ali⁹ timor q̃ timet̃ malũ iminẽs, ⁊ ali⁹ timor q̃ timet̃ ipſe timor mali iminẽtis: nõ ſeq̃t̃ ꝙ idẽ fugiat ſeipſ;, vł ꝙ ſit idẽ fuga ſui ipſius. ¶ Ad 3^m dĩc;, ꝙ pp diuerſitatẽ timorum iam dictam: timore preſenti poteſt homo timere futurum timorem.

¶ Utrũ repẽtina magis timeant̃. Art.5.

Ad quintũ ſic pcedit̃. Uĩ, ꝙ inſolita ⁊ repẽtina nõ ſint magis terribilia. Sicut. n. ſpes ẽ de bono, timor eſt de malo: ſ; experientia facit ad augmẽtũ ſpei in bonis. ḡ ẽt facit ad augmentũ timoris in malis. ¶ P̃. Phs dicit in ſcđo rheto. ꝙ magis timentur nõ q̃ acute ſunt ire, ſ; mites ⁊ aſtuti. cõſtat ãt ꝙ illi q̃ acute ire ſunt, magis hñt ſubitos motus. ḡ ea q̃ ſũt ſubita ſũt min⁹ terribilia. ¶ P̃. Que ſunt ſubita minus cõſiderari pñt ſ; tãto aliq̃ magis timẽt̃ q̃to magis cõſiderant̃. vñ phs dicit in.3. eth. ꝙ aliq̃ vident̃ fortes pp ignorantiã, q̃ ſi cognouerint ꝙ aliud ſit q̃ȝ ſuſpicantur, fugiũt. ergo repẽtina min⁹ timent̃.

Sed cõtra eſt, ꝙ aug. dicit l.2. cõfeſ. timor inſolita ⁊ repẽtina exhorreſcit reb⁹ q̃ amãt aduerſari, dũ pcauet ſecuritati.

Rñdeo dĩcm, ꝙ ſicut. ſ̃. dictũ eſt: obiectũ timoris eſt malũ imminẽs qđ nõ de facili repelli poteſt. hoc aũt ex duobus cõtingit. ſ. ex magnitudine mali, et ex debilitate timẽtis: ad vtrũq; aut hoc cooperat̃ ꝙ aliq̃d ſit inſolitũ ⁊ repẽtinũ. Pmo q̃dẽ facit ad hoc ꝙ malũ imminẽs maius appareat, oĩa enim corpalia ⁊ bona ⁊ mala quãto magis cõſiderantur minora apparẽt: ⁊ ideo ſicut ppter diuturnitatem dolor pñtis mali mitigat̃: vt p; p tulliũ l.3. de tuſcu. q̃ſtionibus: ita etiam ex p̃meditatione minuit̃ timor futuri mali. Scđo aliq̃d eẽ inſolitũ ⁊ repẽtinũ facit ad debilitatẽ timẽtis: inq̃tum ſubtrahit remedia que homo põt preparare ad repellẽdũ futurum malum, q̃ eſſe nõ poſſunt quãdo ex improuiſo malum occurrit.

Ad primũ ergo dĩcm, ꝙ obm ſpei eſt bonũ qđ q̃s põt adipiſci. ⁊ iõ ea q̃ augmẽtant ptãtẽ hoĩs, nata ſũt augere ſpẽ: ⁊ eadẽ rõne diminuere timorẽ, q: timor ẽ de malo, cui nõ de facili põt reſiſti. Quia igit̃ experiẽtia facit hoĩem magis potentẽ ad operandũ: iõ ſicut auget ſpem ita diminuit timorẽ. ¶ Ad ſm dĩcm, ꝙ illi q̃ hñt irã acutã nõ occultãt eã: ⁊ ideo nocumẽta ab eis illata nõ ita ſunt repẽtina qn̄ pui-deant̃, ſ; homines mites ⁊ aſtuti occultant irã: ⁊ iõ nocumentũ qđ ab eis imminet non põt puideri: ſed ex iprouiſo aduenit: ⁊ ppter hoc phus dicit ꝙ tales magis timẽt̃. ¶ Ad tertiũ dĩcm, ꝙ p ſe loquẽdo bona vel mala corporalia in principio maiora apparẽt: cuius rõ eſt, q: vnũq̃dq; magis apparet c̃trario iuxta ſe poſito. vñ cũ aliq̃s ſtatim a paupertate ad diuitias tranſit, ppter paupertatẽ pexiſtẽtẽ diuitias magis eſtimat: ⁊ ecõtrario diuites ſtati; ad paupertatẽ deueniẽtes eam magis horrẽt. ⁊ ppter hoc malũ repẽtinum magis timet̃: q: magis vr̃ eſſe malũ. ſed põt pp aliqđ accidẽs contingere ꝙ magnitudo alicuius mali lateat, puta cũ hoſtes ſe inſidioſe occultãt: ⁊ tunc verum eſt ꝙ malũ ex diligenti conſideratione fit terribilius.

¶ Utrum ea contra que non eſt remedium magis timeantur. Arti.6.

Ad ſextũ ſic pcedit̃. Uĩ, ꝙ ea que nõ hñt remediũ non ſint magis timenda. Ad timorẽ. n. reqritur ꝙ remaneat aliqua ſpes ſalutis, vt ſupra dictum eſt, ſed in malis que nõ hñt remedium nulla remanet ſpes ſalutis: ergo talia mala nullo modo ti-

¶ In reſponſione ad vltimum vltimi articuli eiuſdem.q. 42^e. breuiter ſcito ꝙ bonitas rei eſt duplex: ſcilꝫ ſpectans ad ipſam rei ſubſtantiam ⁊ circumſtans eam: ſicut bonitas caloris eſt eſſe calorem vt quatuor vel ſex ⁊c. vel eſſe in tali ſubiecto aut loco ⁊c. 1.q.48. a.3.ad 3. Duratio non auget primã bonitatem ſed ſecundam: non enim calor durans triduo eſt ſecũdũ ſe perfectior calore vnius hore. ſed bene eſt perfectior ſecundum circunſtantiã temporis. ⁊ hoc intendit tam ariſtoteles ibi q̃ author hic, q̃ ideo in corpore articuli p̃miſit ꝙ malum augetur dupliciter. ſ. ſcḋm ſuam ſpeciem: ⁊ ſm circunſtantias: preſentia enim propoſita fuit eſt ꝙ malum apprehendatur vt maius ſiue ex hoc ſiue ex illa proueniat cauſa nihil refert.

¶ Super.q.43.Ar.1.
In q̃one. 43.no- ſtra nihil ſcribendum occurrit: niſi ꝙ vtroq; articulo attentum te reddere vi de. ſcas cauſas paſſionũ cognoſcere ⁊ diſcernere ex parte obiecti: ⁊ ſubiecti: ⁊ ꝫ ſingulas conditiones obiecti ꝓpinquas ⁊c. ⁊ diuerſimode conſtituendo eas, ſcire rñdere ad queſita de cauſis paſſionũ.

¶ Sup q.44. Ar.1.
In.1.arti.q.44. dubium occurrit eo ꝙ reſponſio ad tertium contrariat coꝛpori articuli ⁊ vniuerſali doctrine de conſonantia motus corporalis ⁊ motus aĩalis in paſſionibus: nam ſm vlem doctrinam in coꝛpoꝛe traditã ſicut timor conſiſtit in contractiõe animi, ita tranſmutatio illi vnita in ꝯtractione caloris ⁊ ſpirituũ: ⁊ iſti in rñſiõe ad tertiũ di ꝙ in vere cundia eſt ꝯtractio animi ſed nõ nãe coꝛporalis. hoc enim non ſtat cum vniuerſalitate illius doctrine.
¶ Ad hoc dr ꝙ in huiuſmodi paſſionibus inueniunt duo motus coꝛporales: primus ab extra ad intus: ſcdus ab intus ad inferioꝛa vel ſuperioꝛa: ⁊ prim⁹ quidẽ eſt ille motus q vt mã eſt paſſiõis, ſecũdus ꝟo effectus poſtiuus eſt. vnde doloꝛ ⁊ timoꝛ in motu qui eſt vt mã paſſionis conueniũt: vteꝛq; eñ eſt ab extra ad intra: ſed in motu qui conſequitur differunt. nã ad doloꝛẽ ſequit motus ad ſupeꝛioꝛa: vl̃ ꝓut ꝓpꝰ eſt, vt in rñſione ad ſcðm dr in timoꝛe motus ꝯſeq̃ñs eſt ad inferioꝛa: ⁊ hoc euenit quoties timoꝛ ducit ad frigus ingroſſans
ſpũs: qð tũc nõ euenit cũ modicus eſt timoꝛ, qualis vr̃ eſſe verecundia. ꝫcrꝰ ſiqðẽ in ea ſpũs ad intra ⁊ obro timoris nõ repugnante nãe ſꝫ ſoli appetitui nõ ſequitur frigus nature inimicũ: ⁊ ſic anima diffundit in faciem ruboꝛem. ſemper ergo fit in timoꝛe contractio ad intus: ſed quia non ſemper fit vſque ad frigus ingroſſans: ideo in litera negatur contractio nature coꝛpoꝛee nõ q: non fiat ſed quia non fit conſummata vſque ad frigus.
¶ In reliquis tribus articulis eiuſdẽ. 44. queſtionis nihil occurrit ſcribendum.

J.art.2. coꝛn.Et 22ᵉ.qð. 19.ar.9 ad 3ᵐ. Et pſal. 38.co.9.

metur. ¶ P̃. Malo moꝛtis nullum remediũ adhiberi pt: nõ eñ ſm nãꝫ põt eẽ reditus a moꝛte ad vitã, nõ tñ moꝛs maxime timet vt dicit phꝰ in.2.rheto. nõ ergo ea magis timẽtur q̃ remediũ nõ hñt. ¶ P̃. Phs dicit in.1. eth. ꝙ nõ eſt magis bonũ qð eſt diuturnius eo qð eſt vniꝰ diei, neq; qð eſt ꝑpetuũ eo qð nõ eſt ꝑpetuũ: ergo eadẽ rõne neq; malus malum: ſed ea que nõ habẽt remediũ nõ videntur differre ab aliis niſi ꝓpter diuturnitatem vel perpetuitatẽ: ergo ꝓpter hoc nõ ſunt peioꝛa vel magis timenda.

Sed contra Eſt, ꝙ philoſophus dicit in.2.rhe. ꝙ oĩa timẽda ſunt terribilioꝛa, quecunq; ſi peccauerint coꝛrigi non cõtingit, aut quoꝛum auxilia non ſunt, aut non facilia.

Rñdeo Dõm, ꝙ obm timoꝛis eſt malum. vñ illud qð facit ad augmẽtum mali, facit ad augmẽtum timoꝛis: malũ aũt auget nõ ſolũ ſm ſpẽm ipſius mali: ſed etiam ꝫ circunſtãtias: vt ex ſupra dictis appꝫ: inter ceteras aũt circũſtãtias diuturnitas vel etiã perpetuitas magis videt facere ad augmentum mali: ea eñ q̃ ſunt in tẽpoꝛe ſm durationẽ tꝑis quodãmodo mẽſurantur: vñ ſi pati aliquid in tẽpoꝛe tanto eſt malũ, pati idẽ in duplo tꝑe apprehendit vt duplatum. ⁊ ſm hanc rõnẽ pati idẽ in infinito tẽpoꝛe: qð eſt perpetuo pati, hꝫ quodãmodo infinitum augmẽtũ. mala aũt que poſtq̃ aduenerint nõ poſſunt habere remediũ vl̃ nõ de facili, accipiunt vt ꝑpetua vel diuturna: ⁊ ideo maxime reddunt timẽda.

Ad primũ Ergo dõm, ꝙ remediũ mali eſt duplex. Unũ ꝑ qð impeditur futurum maluꝫ ne adueniat: ⁊ tali remedio ſublato aufertur ſpes: ⁊ per conſequens timoꝛ: vnde de tali remedio nũc non loquimur. Aliud remediũ mali eſt quo malum iam pꝛeſens remouet: ⁊ de tali remedio nunc loquimur. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ licet moꝛs ſit irremediabile malum, tamen q: non imminet de ꝓpe, nõ timetur: vt ſupra dictum eſt. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ phs ibi loquitur de per ſe bono, quod eſt bonum ſm ſpeciem ſuam. ſic autem non fit aliquid magis bonum ꝓpter diuturnitatem vel perpetuitatem: ſed propter naturam ipſius boni.

¶ De cauſa timoꝛis. Queſt.43.

DEinde Conſiderãdum eſt de cauſa timoꝛis.
¶ Et circa hoc queruntur duo. Primo vtrum cauſa timoꝛis ſit amoꝛ. ¶ Secundo vtrũ cauſa timoꝛis ſit defectus.

¶ Utrum cauſa timoꝛis ſit amoꝛ. Art.1.

AD primũ Sic ꝓceditur. Uidetur, ꝙ amoꝛ nõ ſit cã timoꝛis. Illud.n. ꝙ introducit aliqd eſt cã eiꝰ: ſed timoꝛ introducit amoꝛẽ charitatis: vt Aug. dicit ſuper canonicam Joan. ergo timoꝛ eſt cauſa amoꝛis ⁊ nõ econuerſo. ¶ P̃. Phs dicit in.2. rhet. ꝙ illi maxime timent a quibꝰ expectamus imminere nobis aliq̃ mala: ſꝫ ꝑꝑ hoc ꝙ ab aliquo expectamꝰ malũ: magis ꝓuocamur ad odiũ eius q̃ ad amoꝛẽ: ergo timoꝛ magis cauſat ab odio q̃ ab amoꝛe. ¶ Supꝛa dictũ eſt ꝙ ea q̃ ſunt a nobiſipſis nõ hñt rõnẽ terribiliũ: ſꝫ ea q̃ ſũt ex amoꝛe maxime ꝓueniũt ex intimo coꝛdis: ergo timoꝛ ex amoꝛe non cauſatur.

Sed cõtra Eſt, ꝙ aug. dicit in li. 83.qõ. Nulli dubiũ eſt nõ aliã eſſe metuendi cãꝫ niſi ne id ꝙ amamus, aut adeptum amittamꝰ, aut nõ adipiſcamur ſperatũ. oĩs erge timoꝛ cauſatur ex hoc ꝙ aliqd amamus. amoꝛ igitur eſt cã timoꝛis.

Rñdeo Dõꝫ, ꝙ obiecta paſſionũ aĩe ſe hñt ad eas tãq̃ foꝛme ad res nãles vl̃ artificiales: q: paſſiões aĩe ſpẽꝫ recipiũt ab obiectis, ſicut res ꝓdicte a ſuis foꝛmis. Sicut igitur q̃cquid eſt cã foꝛme, eſt cã rei conſtitute ꝑ ipſam: ita etiã q̃cquid ⁊ quocũq; mõ eſt cã obiecti, eſt cã paſſionis. Cõtingit aũt aliqd eſſe cãm obiecti, vel ꝑ modũ cãe efficiẽtis, vl̃ per modũ diſpõnis mãlis. ſicut obiectũ delectatiõis ẽ bonũ apparẽs cõueniẽs cõiunctũ: cuiꝰ cã efficiẽs eſt illud qð facit cõiunctionẽ, vl̃ ꝙ facit cõuenictiã vl̃ bonitatẽ vl̃ apparẽtiã hmõi boni: cã aũt ꝑ modũ diſpõnis mãlis eſt habitꝰ vl̃ q̃cũq; diſpõ, ſm q̃ fit alicui ꝯueniẽs aut apparẽs illud bonũ qð ẽ ei cõiũctũ. Sic igit in ꝓpoſito obiectũ timoꝛis ẽ eſtimatũ malũ futurũ ꝓpinquũ, cui reſiſti de facili nõ pt. ⁊ iõ illud ꝙ pt inferre tale malũ eſt cã effectiua obiecti timoꝛis: ⁊ ꝑ ꝯñs ipſius timoꝛis. Illð aũt ꝑ qð aliqs ita diſponit vt aliqd ſit ei tale, eſt cã timoꝛis ⁊ obiecti eiꝰ ꝑ modũ diſpõnis mãlis. ⁊ hoc mõ amoꝛ ẽ cã timoꝛis: ex hoc eñ ꝙ aliqs amat aliqð bonũ, ſequitur ꝙ priuatiuum talis boni ſit ei malũ: ⁊ ꝑ cõſequẽs ꝙ timeat ipſum tãquã malũ.

Ad primũ Ergo dõm, ꝙ ſicut ſupꝛa dictũ eſt timoꝛ ꝑ ſe ⁊ pꝛio reſpicit ad malũ qð refugit, ꝙ opponit alicui bono amato: ⁊ ſic ꝑ ſe timoꝛ naſcit ex amoꝛe. ſecundario vero reſpicit ad id ꝙ ꝓuenit tale malũ: ⁊ ſic ꝑ accidens q̃nq; timoꝛ inducit amoꝛẽ: inquantũ. ſ. hõ q̃ timet puniri a deo ſeruat mãdata eiꝰ, ⁊ ſic icipit ſperare, ⁊ ſpes itroducit amoꝛẽ: vt ſupꝛa dictũ eſt. ¶ Ad ſcðm dõꝫ, ꝙ ille a quo expectamꝰ mala, ꝑmo quidẽ odio habet: ſꝫ poſtq̃ ab ipſo iam incipiũt ſperari bona, tũc incipit amari. bonũ cui ꝯtrariatur malũ qð timet a pꝛincipio amabat. ¶ Ad tertiũ dõm, ꝙ rõ illa ꝓcedit de eo qð eſt cã mali terribilis per modum efficientis, amoꝛ autẽ eſt cã eius per modum materialis diſpoſitionis: vt dictum eſt.

¶ Utrum cauſa timoꝛis ſit defectus. Arti.2.

AD ſcd'm Uidet ꝙ defectus nõ ſit cauſa timoꝛis. Illi eñ qui potentiã hñt maxime timent: ſed defectus ꝯtrariat potẽtie: ergo defectus nõ eſt cã timoꝛis. ¶ P̃. Illi qui iã decapitantur maxime ſunt in defectu: ſꝫ tales nõ timẽt: vt dr in.2.rhet. ergo defectus non eſt cã timoꝛis. ¶ P̃. Decertare ex foꝛtitudine ꝓuenit nõ ex defectu: ſꝫ decertãtes timẽt eos qui pꝛo eiſdẽ decertant: vt dicitur in.2.rheto. ergo defectus nõ eſt cauſa timoꝛis. pſal.26 co.1.

Sed Cõtra. Cõtrarioꝛũ ꝯtrie ſunt cãe: ſꝫ diuitie ⁊ robur ⁊ multitudo amicoꝛũ ⁊ ptãs excludunt timoꝛẽ: vt dicitur in.2.rhe. ergo ex defectu hoꝛum timoꝛ cauſatur.

Rñdeo Dõm, ꝙ ſicut ſupꝛa dictũ eſt, duplex cã timoꝛis accipi pt. vna quidẽ ꝑ modũ mãlis diſpõnis ex ꝑte eius qui timet, alia ꝑ modũ cauſe efficiẽtis ex ꝑte eius q̃ timet. Quantũ igit ad pꝛimũ defectꝰ ꝑ ſe loquẽdo eſt cã timoꝛis: ex aliquo eñ defectu virtutis cõtingit ꝙ nõ poſſit aliqs de facili repellere imminẽs malũ. ſꝫ tñ ad cauſandũ timoꝛẽ requirtur defectꝰ cũ aliq̃ mẽſura: minoꝛ eñ eſt defectꝰ qui cauſat timoꝛẽ futuri mali q̃ defectꝰ cõſequẽs malũ pñs, de quo eſt triſtitia: ⁊ adhuc eẽt maioꝛ defectꝰ ſi totalr̃ ſenſus mali auferret, vl̃ amoꝛ boni cuiꝰ ꝯtrium timet. Quantũ vero ad ſcðm, virtus et robur ꝑ ſe loquẽdo eſt cã timoꝛis. ex hoc eñ ꝙ aliqd qð appꝛehẽdit vt nociuũ ẽ virtuoſum, ꝯtingit ꝙ eiꝰ effectꝰ repelli nõ põt cõtingit tñ ꝑ accidẽs ꝙ aliqs defectꝰ ex iſta ꝑte cãt timoꝛẽ: inquãtũ ex aliquo defectu cõtingit ꝙ aliqs velit nocumẽtũ inferre, puta ꝓpter iniuſtitiã vl̃ q: ante leſus fuit, vl̃ q: timet ledi.

Ad primũ Ergo dicendũ ꝙ rõ illa ꝓcedit de cã timoꝛis ex ꝑte cauſe efficientis. ¶ Ad ſcðm dõꝫ, ꝙ illi qui iã decapitant ſunt in paſſione pñtis mali ⁊ ideo iſte defectus excedit mẽſurã timoꝛis. ¶ Ad tertiũ dõm, ꝙ certantes timent nõ ꝑꝑ potẽtiã qua decertare pñt: ſed propter defectũ poꝫ ex quo contingit ꝙ ſe ſuperaturos non confidunt.

¶ De effectibus timoꝛis. Queſtio.44.

DEinde Conſiderãdũ eſt de effectibꝰ timoꝛis.
¶ Et circa hoc queruntur quatuoꝛ. Pꝛimo vtrũ timoꝛ faciat ꝯtractionẽ. Scðo vtrũ faciat cõſiliatiuos. Tertio vtrũ faciat tremoꝛẽ. Quarto vtrum impediat operationem. 2.qð.25 ar.1.co. et.q.45 ar.4.ad 1ᵐ.et 3ᵐ.

¶ Utrum timoꝛ faciat contractionem. Arti.1.

AD primũ Uidet ꝙ timoꝛ nõ faciat ꝯtractionẽ. Cõtractione eñ facta, caloꝛ et ſpũs ad interioꝛa reuocant, ſꝫ ex multitudine caloꝛis ⁊ ſpũũ

in interiorib⁹ magnificatur cor ad audacter aliqd aggrediēdū vt pꝫ ī iratis: cui⁹ ꝯtrariū ī timore accidit. ſi ḡ timor facit ꝯtractionē. ¶ p. Multiplicatio ſpiritib⁹ ⁊ calore in interiorib⁹ ꝑ cōtractionē, ſequit̄ ꝙ hō in vocē ꝓrūpat: vt pꝫ ī dolētib⁹, ſꝫ timētes nō emittūt vocē, ſꝫ magis reddunt̄ taciturni: ergo timor non facit cōtractionē. ¶ p. Verecundia eſt q̄dā ſpēs timoris vt. ſ. dictū ē: ſꝫ verecūdati rubeſcūt: vt dicit tulli⁹. 4. de tuſculanis qōnib⁹: ⁊ phūs in. 4. ethi. rubor aūt faciei nō atteſtatur cōtractioni ſed contrario: nō ergo contractio eſt effectus timoris.

Sed cōtra Eſt, ꝙ dama. dicit in. 3. li. ꝙ timor eſt virtus ſm̄ ſiſtolem. i. ſm̄ contractionem.

Rñdeo Dōm, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt: in paſſionibus aīe eſt ſicut formale ipē mot⁹ appetitiue potētie, ſicut āt mālē trāſmutatio corꝑalis. quoꝝ vnū alteri ꝓportionatur. vnde ſꝫ ſilitudinē ⁊ rōnē appetitiui mot⁹ ſequit̄ corꝑalis trāſmutatio. quātū āt ad aīalē motū appetit⁹, timor ꝯtractionē quādā īportat. Cui⁹ rō eſt: q: timor ꝓuenit ex phātaſia alicuius mali imminētis, qḋ difficile repelli pt̄ (vt. ſ. dictū eſt) ꝙ aūt aliqd difficile poſſit repelli, ꝓuenit ex debilitate ꝟtutis (vt ſupra dictū eſt) ꝟtuo aūt quanto eſt debilior tāto ad pauciora ſe pt̄ extēdere: ⁊ iō ex ipā imaginatiōe, q̄ cauſat timorē, ſequit̄ q̄dā cōtractio in appetitu, ſicut etiā videm⁹ in morientibus ꝙ natura retrahit̄ ad interiora ꝓpter debilitatē virtutis. ⁊ videmus etiā ī ciuitatib⁹ ꝙ q̄n ciues timēt retrahūt ſe ab exterioribus, ⁊ recurrūt quātū pñt ad interiora. ⁊ ſm̄ ſilitudinē huius cōtractionis q̄ ꝑtinet ad appetitū aīalē, ſequitur etiā in timore ex parte corporis contractio caloris ⁊ ſpirituū ad interiora.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ ſicut phūs dicit in lib. de problematibus: lꝫ in timentibus retrahantur ſpūs ab exteriorib⁹ ad interiora, nō tñ eſt idē motus ſpūuꝫ in iratis ⁊ timētibus. Nā in iratis ꝓpter calorem ⁊ ſubtilitatem ſpūum q̄ ꝓueniūt ex appetitu vindicte interius fit ſpūum motus ab inferioribus ad ſuperiora: ⁊ ideo congregant̄ ſpiritus ⁊ calor circa cor. Ex quo ſequitur ꝙ irati reddunt̄ prompti et audaces ad inuadēdū. ſꝫ in timētibus ꝓpter frigiditatem ingroſſantē ſpūs mouentur a ſuperiorib⁹ ad inferiora: que q̄dē frigiditas cōtingit ex imaginatione defectus virtutis: ⁊ ideo ñ multiplicāt̄ calor ⁊ ſpūs circa cor: ſꝫ magis a corde refugiūt. ⁊ ꝓpter hoc timētes nō prompte inuadūt: ſꝫ magis refugiūt. ¶ Ad ſm̄ dōm, ꝙ nāle eſt cuilibet dolēti, ſiue homini, ſiue animali, ꝙ vtatur quocūq̧ auxilio pōt ad repellendū nociuū preſens qḋ infert dolorē. vñ videmus ꝙ aīalia dolentia ꝑcutiunt vel faucibus, vel cornibus. maximū aūt auxiliū ad oīa in aīalibus eſt calor ⁊ ſpūs: ⁊ iō in dolore nā cōſeruat calorē ⁊ ſpirituꝫ interius, vt hoc vtat̄ ad repellendū nociuū: ⁊ ideo vt phūs dicit in li. de ꝓblematibus, multiplicatis ſpiritib⁹ introrſum ⁊ calore, neceſſe eſt ꝙ emittant̄ ꝑ vocē: ⁊ propter hoc dolētes vix ſe poſſunt continere quin clamēt. Sed in timētibus fit motus interioris caloris ⁊ ſpūum a corde ad inferiora vt dictum eſt: ⁊ ideo timor cōtrariatur formationi vocis: q̄ fit per emiſſionē ſpūum ad ſuperiora ꝑ os: ⁊ ꝓpter hoc timor tacētes facit. ⁊ inde eſt etiam qḋ timor tremētes facit: vt dicit phūs in lib. de ꝓblematib⁹. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ pericula mortis nō ſolum cōtrariant̄ appetitui animali, ſꝫ etiā cōtrariant̄ nature: ⁊ ꝓpter hoc in hmōi timore nō ſolū fit cōtractio ex ꝑte appetit⁹ ſꝫ etiā ex ꝑte nature corporalis. Sic eñ diſponit̄ aīal ex imaginatiōe mortis. cōtrahēs calorē ad interiora, ſicut q̄n nālīter mors imminet. ⁊ inde eſt ꝙ timētes mortē palleſcūt: vt dicit̄ in. 3. ethi. ſed malū quod timet verecūdia nō opponit̄ nature, ſed ſolum appetitui animali: ⁊ ideo fit q̄dā cōtractio ſm̄ appetitū aīalē nō autē ſm̄ naturā corporalē, ſed magis anima quaſi in ſe contracta vacat ad motionē ſpūum ⁊ caloris. vnde fit eoꝝ diffuſio ad exteriora: ⁊ propter hoc verecundati rubeſcunt.

¶ Utrum timor faciat conſiliatiuos. Articu. 2.

22. qō. 47. ā. 9. ad. 3. Et q. 54. ā. 2. ad. 4. Et qō. 129. ar. 7. co. Et pſal. 12. col. 2 ā.

AD ſecundū Sic ꝓceditur. Ui. ꝙ timor non faciat conſiliatiuos. Non enim eſt eiuſdē cōſiliatiuos facere ⁊ ꝯſilium impedire, ſed timor cōſilium impedit: oīs. n. paſſio ꝑturbat q̇etē, q̄ requirit̄ ad bonū vſum rōnis: ergo timor non facit conſiliatiuos. ¶ p. Cōſilium eſt actus rōnis de futurio cogitātis ⁊ deliberātis: ſꝫ aliqs timor eſt excutiēs cogitata ⁊ mentē a ſuo loco remouet: vt tullius dicit in. 4. de tuſculanis q̄ſtionib⁹. ḡ timor nō facit ꝯſiliatiuos, ſꝫ magis īpedit cōſiliū. ¶ p. Sicut cōſiliū adhibet̄ ad vitāda mala, ita etiā adhibet̄ ad ꝯſequēda bona: ſed ſicut timor eſt de malis vitādis, ita ſpes ē de bonis ꝯſequendis. ergo timor non facit magis cōſiliatiuos quam ſpes.

Sed Contra eſt, ꝙ philoſophus dicit in. 2. rheto. ꝙ timor conſiliatiuos facit.

Rñdeo Dōm, ꝙ aliquis poteſt dici cōſiliatiuus dupl̄r. Uno modo a voluntate ſeu ſolicitudine cōſiliādi: ⁊ ſic timor cōſiliatiuos facit: q: vt phūs in. 3. ethi. dicit. Cōſiliamur de magnis in quibus quaſi nobiſipſis diſcredimus. Ea aūt que timorē incutiunt nō ſunt ſimpl̄r mala: ſꝫ hñt quādā magnitudinē, tū ex eo ꝙ apprehenduntur vt que difficiliter repelli poſſunt, tū etiā q: apprehendunt̄ vt de prope exiſtētia: ſicut iam dictuꝫ eſt. vñ hoīes maxime in timoribus querūt conſiliari. Alio mō dicit̄ aliquis cōſiliatiuus a facultate bene cōſiliandi: ⁊ ſic nec timor nec aliqua paſſio conſiliatiuos facit: q: homini affecto ſm̄ aliquā paſſionē videtur aliqd vl̄ maius vel minus q̄ ſit ſm̄ rei veritatē: ſicut amanti videntur ea que amat meliora, ⁊ timenti ea q̄ timet terribiliora. ⁊ ſic ex defectu rectitudinis iudicij quelibet paſſio quantū eſt de ſe impedit facultatē bene conſiliandi. Et per hoc pꝫ reſpōſio ad primum.

Ad ſecundū Dōm, ꝙ quāto aliqua paſſio eſt fortior tanto magis homo ſm̄ ipſam affectus impeditur: ⁊ iō quando timor fuerit fortis vult quidē hō conſiliari: ſed adeo perturbatur in ſuis cogitationibus quod conſilium adinuenire nō pōt. Si aūt ſit paruus timor qui ſolicitudinem conſiliandi inducat nec multū rationē cōturbet: poteſt etiā cōferre ad facultatem bene conſiliandi ratione ſolicitudinis conſequentis. ¶ Ad tertium dōm ꝙ etiā ſpes facit conſiliatiuos: q: vt in. 2. rhet. philoſophus dicit. Nullus cōſiliatur de his de quibus deſperat, ſicut nec de impoſſibilibus: vt dicitur in. 3. ethi. timor tñ facit magis conſiliatiuos quam ſpes: q: ſpes eſt de bono prout poſſumus ipſum cōſequi: timor autem de malo ꝓut vix repelli poteſt: ⁊ ita magis reſpicit rationem difficilis timor q̄ ſpes. in difficilib⁹ autem maxime in quibus nobis non confidimus, conſiliamur: ſicut dictum eſt.

¶ Utrum timor faciat tremorem. Articu. 3.

AD tertiū Uidet̄ ꝙ tremor non ſit effectus timoris. tremor enim ex frigore accidit. videmus eniꝫ infrigidatos tremere. timor aūt nō videt̄ cauſare frigus, ſed magis calorē deſiccātē: cuius ſignū eſt ꝙ timētes ſitiūt: ⁊ precipue in maximis timorib⁹ ſicut pꝫ in illis qui ad mortē ducūtur: ḡ timor nō cauſat tremorem. ¶ p. Emiſſio ſuperfluitatū ex calore accidit. vnde vt plurimuꝫ medicine laxatiue ſunt calide. ſꝫ hmōi emiſſiones ſuperfluitatū ex timore frequēter contingūt. ergo timor videtur cauſare calorem. ⁊ ſic non cauſat tremorē. ¶ p. In timore calor ab exterioribus ad interiora reuocat̄. ſi igitur ꝓpter hmōi reuocationem caloris in exteriorib⁹ homo tremit, videtur ſimiliter ꝙ in omnibus exterioribus membris deberet cauſari tremor ex timore: hoc autem non videtur: non ergo tremor corporis eſt effectus timoris. ſ. arg. 1. ad. 2. ſ. Et ho. 17. co. 7

Sed ꝯ eſt, ꝙ tulli⁹ dicit in quarto de tuſculanis qōnib⁹: ꝙ timorē ſequit̄ tremor, ⁊ pallor, ⁊ dētiū ſtrepitus.

Rñdeo Dōm, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, in timore fit quedā cōtractio ab exteriorib⁹ ad interiora. ⁊ ideo exteriora frigida remanēt: ⁊ propter hoc in eis accidit tremor, qui cauſatur ex debilitate virtutis continentis membra. Ad hmōi aūt debilitateꝫ maxime facit defectus caloris: qui eſt inſtrumentum quo anima mouet: vt dicitur in. 2. de anima.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ calore ab exteriorib⁹ ad interiora reuocato, multiplicat̄ calor interi⁹ et maxime verſus inferiora. i. circa nutritiuam. ⁊ ideo cōſumpto humido conſequitur ſitis: ⁊ etiā interdum ſolutio ventris et vrine emiſſio ⁊ q̄nq̧ etiā ſeminis vel hmōi emiſſio ſupfluitatū accidit propter contractionem ventris ⁊ teſticulorum. vt phūs dicit in li. de problematibus. vnde pꝫ ſolutio ad ſcdōm. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ q: in timore calor deſerit cor a ſuperioribus ad inferiora tendens: ideo timentibus maxime tremit cor ⁊ membra que hñt aliquā connexionē ad pectus, vbi eſt cor, vnde timentes maxime tremunt in voce propter vicinitatem vocalis arterie ad cor tremit etiā labium inferius ⁊ tota inferior mandibula propter continuationē ad cor. vñ ⁊ ſtrepitus dentium ſequitur: ⁊ eadem ratione brachia ⁊ manus tremunt. Uel etiā q: hmōi membra ſunt magis mobilia propter qḋ ⁊ genua tremunt timentibus: ⁊ ſm̄ illud Eſa. 35. Confortate manus diſſolutas ⁊ genua trementia roborate.

¶ Utrum timor impediat operationem. Arti. 4.

AD quartū Uidetur quod timor impediat operationem. Operatio enim maxi-

¶ Super qō. 45. Articulum. 1.

In ſola qō. 45. vnū occurrit dubium q̄ſo ſcilicet malum ſit obiectū audacie. aut enim eſt obm eius p ſe aut p accñs. ſi per ſe ergo motꝰ appetitus pſequutiuus eſt p ſe reſpectu mali: cuius oppm dcm̄ eſt. et cōs fatent dicētes malum eſſe qd oīa fugiunt: ſicut bom̄ qd oīa appetunt. ſi p accñs ergo hʒ aliqd aliud per ſe obm̄ ſicut pʒ in ceteris operationibꝰ ſenſus intellectus ⁊ appetitus: dr̄ enim aliqd a p accñs viſū audiu intellēctū appetitū. qꝛ ppter alia viſa ſentita cognita deſiderata attingūtur ⁊ tunc q̄raf qd eſt obiectū per ſe audacie an bonum an malum. Et augef difficultas: quia autor varie loq vr in arti. 2. ad 3m expreſſe dicens audaciā reſpicere malum ⁊ in arti. 4. ad. 2. dicens obm audacie eſſe cōpoſitum ex bono ⁊ malo. ¶ Ad huiꝰ difficultatis euidentiam ſcito pꝰ. Iſte due paſſiones. ſ. audacia ⁊ deſperatio ſimilem ingerūt difficultatē qꝛ iſta eſt ad malum ⁊ illa a bono ac per hoc cōtra nāe ordinē videtur ſe hēre. ſiquis tn̄ aduertat q in concupiſcibili cuiꝰ obm eſt bom̄ vel malū abſolute nulla eſt h mō paſſio ſed reſpectu boni oēs ſunt pſecutiue: ⁊ reſpectu mali refutatiue vel fugitiue conſiciet q aliqd hʒ tam bom̄ q malū ex hijs arduo p qd ꝯhit bonum ⁊ malū ad obm iraſcibilis hūa. tales paſſiones. ⁊ hc ſic eſt: ⁊ ppa in icōcupiſcibili nulla talis paſſio inuenit. qd aūt ſic ſit non op; in extranea aſic q̄rere qm ſicut edificationes picture ⁊ ſtructure difficiles non reponuntur in aliq̄ alio ꝑte ex difficultate ſed moꝰ quedā ſortiunf illius eiuſdē nāe q̄ difficilis dr. difficultas em̄ edificationis ad artē edificandi: ⁊ difficultas picture ad artē pingēdi ſpectat: ita bom̄ difficile ex difficultate nō intrat latitudinem mali ſʒ infra boni latitudinē ſiſtit ⁊ ſimiliter malū difficile non exit mali latitudinē. qꝛ tn̄ arduū ſeu difficile in reꝰ ſt bonū difficile excedēs mēſurā in maiꝰ, eo ipſo q tam difficile eſt hʒ vnde a ſe auertat illum cui eſt vel vr ſic exceſſiuū: et hoc mō bonum arduū eſt obm deſperatiōis a

8. q. 23. ar. 2. co. fin. Et. J. phiſi. qō. 4. 5. co. Et 22e. q. 129. 8. 3. ad 3m ⁊. q. 129 ar. 6. ad 2m.

me impedit ex perturbatione rationis que dirigit in ope. ſed timor perturbat rationē. vt dictū eſt. ergo timor impedit operatianē. ¶ P̄. Illi qui faciūt aliqd cū timore, facilꝰ in operatiōe deficiunt: ſicut ſi aliqs incedat ſup trabē in alto poſitā, pp timorē de facili cadit: nō aūt caderet ſi incederet ſup candē trabē in imo paſitā ppter defectū timoris. ergo timor impedit operationē. ¶ P̄. Pigritia ſiue ſegnicies eſt quedā ſpēs timoris. ſʒ pigritia impedit operationē: ergo ⁊ timor.

Sed cōtra Eſt, q apſus dicit ad phil. 2. Cū metu ⁊ tremore veſtrā ſalutē operamini. q nō diceret ſi timor bonā operationē impediret. timor ergo non impedit bonam operationem.

Rñdeo Dōm, q operatio holo exterior cauſat quidem ab aīa ſicut a primo mouēte: ſʒ a mēbris corporis ſicut ab inſtrumēto. Cōtingit aūt operationē impediri ⁊ pp defectū inſtrumenti: ⁊ pp defectū pncipalis mouētis. Ex pte igif inſtrumētorū corporaliū timor quātū eſt de ſe ſemper natus eſt impedire exteriorē operationē propter defectū caloris qui ex timore accidit in exterioribus membris. ſed ex pte aīe ſi ſit timor moderatus nō multū rōnē pturbans cōfert ad bñ operandū inquantū cauſat quandā ſolicitudinem ⁊ facit hominem attētius conſiliari ⁊ operari. Si vero timor tm̄ increſcat q rationem perturbet, impedit operationē etiā ex parte anime: ſed de tali timore apoſtolus non loquitur. ¶ Et per hec patet reſponſio ad primum.

Ad ſcd'm Dōm, q ille qui cadit de trabe i alto poſita, patitur perturbationes imaginationis ppter timorē caſus imaginati. ¶ Ad tertiū dōm, q omnis timens refugit id qd timet: ⁊ iō cum pigritia ſit timor de ipſa operatione inquātum eſt laborioſa impedit operationē: qꝛ retrahit voluntatem ab ipſa. ſed timor qui eſt de alijs rebus intantū adiuuat operationē inquantū inclinat volūtatem ad operandū ea per que homo effugit id quod timet.

¶ De audacia. Qō. 45.

DEinde Conſiderādum eſt de audacia. Et circa hoc queruntur quatuor. Primo vtrū audacia ſit ꝯtra timori. Scdo q̄ſo audacia ſe hēat ad ſpem. Tertio de cauſa audacie. Quarto de effectu ipſius.

¶ Utrū audacia ſit cōtraria timori. Ar. 1.

AD primū Videf q audacia non cōtrariet timori. dicit em̄ augu. in li. 83. q. q audacia vitiū eſt. vitiū autem virtuti cōtrariatur. cum ergo timor nō ſit virtus ſed paſſio, videtur q timori nō cōtrarietur audacia. ¶ P̄. Uni vnum eſt contrarium: ſed timori contrariaf ſpes: nō ergo contrariatur ei audacia. ¶ P̄. Unaqueqꝫ paſſio excludit paſſionē oppoſitā: ſed id qd excludif p timorē eſt ſecuritas. dicit enim augu. 2. confeſ. q timor ſecuritati precauet, ergo ſecuritas contrariatur timori. non ergo audacia.

Sed ꝯ eſt, q phs dicit in. 2. rhe. q audacia eſt timori contraria.

Rñdeo Dōm, q de rōne ꝯtrariū eſt q maxime a ſe diſtēt: vt dr i. 10. met. Illud āt qd maxime diſtat a timore eſt audacia. timor em̄ refugit nocumētū futurū pp eiꝰ victoriā ſup ipm timentē. ſʒ audacia aggredif periculū imminēs pp victoriā ſui ſupra ipſum periculum. vnde manifeſte timori contrariatur audacia.

Ad primū Ergo dōm, q ira ⁊ audacia ⁊ omniū paſſionū nomina dupl'r accipi poſſunt. Uno mō ſm q important abſolute motus appetitꝰ ſenſitiui in aliqd obiectū bonū vel malum: ⁊ ſic ſunt nōia paſſionū. Alio modo ſm q ſimul cū huiuſmodi motu important receſſum ab ordine rationis ⁊ ſic ſunt nōia vitiorum: ⁊ hoc modo loquitur aug. de audacia: ſʒ non loquimur nunc de audacia ſʒ primum modum. ¶ Ad ſm dōʒ, q vni ſm idē non ſunt plura cōtraria: ſed ſm diuerſa nihil phibet vni plura ꝯtrariari. ⁊ ſic dictū ē ſupra q paſſiones iraſcibilis hñt duplicē cōtrarietatē. vnā ſm operationē boni et mali: ⁊ ſic timor cōtrariaf ſpei. aliā ſm operationē acceſſus ⁊ receſſus: ⁊ ſic timori cōtrariatur audacia, ſpei vero deſperatio. ¶ Ad tertiū dicēdum, q ſecuritas nō ſignificat aliquid contrariū timori, ſed ſolā timoris excluſionem: ille em̄ dicif eſſe ſecurus qui nō timet. vn̄ ſecuritas opponif timori ſicut priuatio, audacia aūt ſicut contrariū: ⁊ ſicut cōtrariū includit in ſe priuationem, ita audacia ſecuritatem.

¶ Utrū audacia conſequaf ſpem. Art. 2.

AD ſcd'm Videf q audacia non conſequatur ſpem. Audacia em̄ eſt reſpectu malorum ⁊ terribilium. vt dr in. 3. eth. ſpes aūt reſpicit bonū (vt ſupra dictum eſt) ergo habēt diuerſa obiecta, et nō ſunt vniꝰ ordinis. non ergo audacia cōſequitur ſpē. ¶ P̄. Sicut audacia cōtrariatur timori, ita deſperatio ſpei: ſed timor non ſequitur deſperationē, quinimo deſperatio excludit timorē vt phs dicit in. 2. rheto. ergo audacia nō ꝯſequitur ſpem. ¶ P̄. Audacia intendit quoddam bonū. ſ. victoriam. ſed tendere in bonum arduū ptinet ad ſpē. ergo audacia eſt idem ſpei, non ergo conſequitur ſpem.

Sed cōtra Eſt, q phus dicit in. 3. ethi. q illi qui ſunt bone ſpei ſunt audaces. videtur ergo audacia conſequi ſpem.

Rñdeo Dōm, q ſicut iam pluries dictū eſt: oēs hmōi paſſiones anime ad appetitiuā potentiam pertinēt. oīs aūt motus appetitiue potentie reducif ad proſecutionem vel fugā. pſecutio aūt vl' fuga eſt alicuius ⁊ per ſe ⁊ per accidēs. per ſe quidem eſt pſecutio boni, fuga vero mali. per accidēs aūt pōt pſecutio eſſe mali propter aliquod bonū adiunctū: ⁊ fuga boni propter aliqd malū adiunctum. qd autem eſt p accidens ſequitur ad id qd eſt per ſe: ⁊ ideo pſecutio mali ſequitur proſecutionē boni, ſicut ⁊ fuga boni ſequitur fugam mali. Hec autem quatuor pertinēt ad quatuor paſſiones, nam proſecutio boni pertinet ad ſpem fuga mali ad timorē, proſecutio mali terribilis pertinet ad audaciam, fuga vero boni pertinet ad deſperationē. vnde ſequitur qd audacia conſequitur ad ſpem. Ex hoc enim q aliquis ſperat ſuperare terribile imminens ex hoc audacter inſequitur ipſum. ad timorem vero ſequitur deſperatio: ideo em̄ aliquis deſperat, qꝛ timet difficultatem que eſt circa bonum ſperandum.

Ad primū Ergo dōm, q rō ſequeretur, ſi bonum ⁊ malū eſſent obiecta nō habētia ordinē ad inuicē. ſed qꝛ malū hʒ aliquē ordinē ad bonum (eſt em̄ poſteriꝰ bono ſicut priuatio habitu) ideo audacia que inſequif malū eſt poſt ſpē que

⁊ āt malum difficile non excedens mēſurā in maius, ſʒ ex eo q eſt malum habeat vt auertat ex eo tn̄ q eſt velut qddā magnum nō excedēs mēſuram hʒ vt trahat. vn̄ autor ſupius in q. 23. ar. 2. dixit q malum arduū hʒ vt in ſe tendat ſicut in qddā arduū ⁊ ſic modus maliimportatus p iſ arduū menſuratē hʒ attrahere nō cōcupiſcibilem cuius eſt fugere magis maius malum q minus, ſed iraſcibilem cuius eſt iam bona q mala ardua pſequi vt opʒ. Et hoc mō ſaluaf q audacia reſpicit p ſe aliquo mō ſuū proprium obiectū nec video ꝯtrarietatem in ipſa et deſperatione pure ſimpliciter reſpectu ꝯpriorū obiectū. q em̄ obm audacie ſit difficile malū ex eo patet q ſicut nullus deſperat niſi a deſiderato ac p hoc bono ita nullus audet niſi ad timēda ac p hoc mala. q ad ſcdm facile patet q̄ſo ſaluaf hic p ſe et p accñs ⁊ quore. ſaluaf ſiqdē per ſe obm pſequutiōis. ſ. bonū ⁊ p accñs obm eiuſdē. ſ. malum. ex eo qd obʒ audacie vt participāns ſpem, vt in litera dicit̄ pm̄ eſt ex bono ⁊ malo: ita q bonū victorie ſeu repulſe ſubiectiōis imminentis reſpicit. rōne ſpei qd perinde eſt ac dicere q reſpicit ex participata ſpe. malum aūt reſpicit rōne ſui pp illud tn̄ bonū: eſt enim audacie motus ſpei effectus ex parte obi. vn̄ pnida nā cū egerent alala nō ſolū conſonantibꝰ p ſe motibus ad oīa appetitus bonū. ſ. ⁊ malū, ſʒ ēt diſſonantibus ab eiſdeꝫ effecit vt ſaltem reſpectu cōcurrētiū ad motum pſecutus ſaluaref, vt ſic motus oīs appetitiui ſinō ſm ſe conſideratus vt tn̄ exercitus cum requiſitis ad ipſum per ſe obiectum ſortiatur.

§ q. 25. ar. 3. co. et. J. phiſ. q. arti. 3. corrn. Et 22e. qō. 125. art. 2. ad. 3. ⁊. q. 129 ar. 7. co. Et hi. q. 25. ar. 5 ad 2m. ⁊. 3. eth. lect. 14. col. 3.

¶ Super Articulum ſecundum.

CIrca dicta in. 2. ar. eiuſdem. 45. qō. ſpecialiter dubium occurrit qꝛ autor ſibiipſi ꝯtrarius eſt. ſuperius em̄ in q. 25. arti. 3. expreſſe dixit qd deſperatio eſt prior timore: ⁊ q timor ſequif deſperationem victorie ſicut audacia ſpē eiuſdem. hic vero aperte vult q deſperatio ſit effectus timoris ſicut audacia ſpei.

inſequitur bonū. ¶ Ad ſcdm dicendum, ꝙ etſi bonū ſimplr ſit prius ꝙ malū, tn̄ fuga per prius debet malo ꝙ bono: ſicut inſecutio per prius debetur bono ꝙ malo. et ideo ſicut ſpes eſt prior ꝙ audacia, ita timor eſt prior ꝙ deſperatio. ⁊ ſicut ex timore non ſemp ſequit deſperatio, ſ3 qn̄ fuerit intēſus: ita ex ſpe nō ſemp ſequitur audacia, ſed qn̄ fuerit vehemēs. ¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ audacia licet ſit circa malū cui coniunctū eſt bonū victorie ſm eſtimationē audacie, tn̄ reſpicit malum, bonum vero adiunctū reſpicit ſpes, ⁊ ſimiliter deſperatio reſpicit bonū directe quod refugit: malum vero adiunctum reſpicit timor. vnde proprie loquendo audacia non eſt pars ſpei, ſed eius effectus: ſicut nec deſperatio eſt pars timoris, ſed eius effectus. et propter hoc etiam audacia principalis paſſio eſſe poteſt.

¶ Utrum defectus aliquis ſit cauſa audacie. Art. 3.

5.q.25. ar.3. cor. AD Tertiu3 ſic procedit. Videt ꝙ defectus aliqs ſit cauſa audacie. Dicit em̄ phs in lib. de problematibus: ꝙ amatores vini ſunt fortes et audaces: ſed ex vino ſequitur defectus ebrietatis. ergo audacia cauſatur ex ebrietatis defectu. ¶ P̄. Phs dicit in. 2. rheto. ꝙ inexperti periculorum ſunt audaces: ſed inexperientia defectus quidā eſt: ergo audacia ex defectu cauſatur. ¶ P̄. Iniuſta paſſi audaciores eſſe ſolent: ſicut etia3 beſtie cum percutiuntur: vt dicitur in. 3. ethi. ſed iniuſtum pati ad defectum pertinet: ergo audacia ex aliquo defectu cauſatur.

Sed contra Eſt, ꝙ philoſophus dicit in. 2. rheto. ꝙ cauſa audacie eſt cum in phantaſia ſpes fuerit ſalutarium vt prope exiſtentium: timēdorum autē aut nō entiū aut longe entiū: ſ3 id quod pertinet ad defectum vel pertinet ad ſalutariū remotionē, vl ad terribiliū ꝓpinquitatē. ergo nihil quod ad defectum pertinet eſt cauſa audacie.

Rn̄deo Dicēdū, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt audacia conſequitur ſpem ⁊ contrariat timori. vnde quecūq3 nata ſunt cauſare ſpē, vel excludere timorem, ſunt cauſe audacie. Quia vero timor ⁊ ſpes ⁊ etiā audacia cum ſint paſſiones quedā cōſiſtunt in motu appetitus, ⁊ in quadā tranſmutatiōe corporali dupliciter poteſt accipi cauſa audacie: ſiue quātū ad prouocationē ſpei, ſiue quantū ad excluſionē timoris. vno mō quidē ex parte appetitiui mot9: alio vero mō ex parte trāſmutationis corporalis. Ex parte quidē appetitiui mot9 q̄ ſequit apprehenſionē prouocat ſpes cauſans audaciā per ea que faciūt nos eſtimare ꝙ poſſibile ſit adipiſci victoriā. vel ſm ꝓpriā potentiā: ſicut fortitudo corporis, experiētia in periculis, multitudo pecuniarū: ⁊ alia huiuſmodi ſiue per potētiā aliorum: ſicut multitudo amicorum, vel quorūcunq3 auxiliantiū: ⁊ precipue ſi hō cōfidat de auxilio diuino. vnde illi qui ſe bene habēt ad diuina audaciores ſunt: vt etiā philoſophus dicit in. 2. rhe. Timor autem excluditur ſm iſtum modum per remotionem terribiliū appropinquantiū: puta q2 hō nō habet inimicos, q2 nulli nocuit, q2 nō videt aliqđ periculū imminere: illis em̄ vident maxime pericula imminere qui aliis nocuerūt. Ex parte vero tranſmutationis corporalis cauſatur audacia per prouocationem ſpei, ⁊ excluſionem timoris: vel ex his que faciunt caliditatem circa cor. vnde philoſophus dicit in lib. de partibus animaliū: ꝙ illi qui habent paruum cor ſm quantitatem ſunt magis audaces: ⁊ animalia habētia magnum cor ſm quantitatē ſunt timida: q2 calor nālis non tantum pōt calefacere magnū cor, ſicut paruu3: ſicut ignis non tantū pōt calefacere magnā domū ſicut paruā. ⁊ in lib. de problematib9 dicit: ꝙ habētes magnum pulmonem ſanguineum ſunt audaciores ꝓpter caliditatē cordis exinde cōſequentē. ⁊ ibidē dicit ꝙ vini amatores ſunt magis audaces ꝓpter caliditatem vini. vn̄ ⁊. ſ. dictū ē: ꝙ ebrietas facit ad bōitatē ſpei. caliditas. n. cordis repellit timorē, ⁊ cauſat ſpē pp cordis extenſionē ⁊ amplificationē.

Ad primū Ergo dicendum, ꝙ ebrietas cauſat audaciam non inquantū eſt defectus: ſ3 inquātum facit cordis dilatationē: ⁊ inq̄tum etiam facit eſtimationem cuiuſdam magnitudinis. ¶ Ad ſm dicendum, ꝙ illi qui ſunt inexperti periculorum ſunt audaciores, non propter defectū ſed per accidens: inquantū. ſ. propter inexperientiam neque debilitatē ſuā cognoſcunt, neq3 preſentiam periculorum: ⁊ ita per ſubtractionē cauſe timoris ſequit audacia. ¶ Ad. 3m dicendū, ꝙ ſicut philoſophus dicit in. 2. rhet. Iniuſtum paſſi reddunt audaciores q2 eſtimāt ꝙ deus iniuſtū paſſis auxiliū ferat. ⁊ ſic patet ꝙ nullus defectus cauſat audaciam niſi per accidēs: inquantū ſcilicet habet adiunctā aliquā excellentiā, vel verā vel eſtimatam, vel ex parte alterius, vel ex parte ſui.

¶ Utrum audaces ſint promptiores in principio quam in fine in ipſis periculis. Ar. 4.

AD Quartū ſic proceditur. Videtur quod audaces non ſint promptiores in principio quam in ipſis periculis. Tremor enim ex timore cauſatur qui contrariatur audacie: vt ex dictis patet. ſed audaces quandoque in principio tremunt: vt philoſophus dicit in lib. de problematibus: ergo non ſunt promptiores in principio quam in ipſis periculis exiſtentes. ¶ P̄. Per augmentum obiecti augetur paſſio: ſicut ſi bonum eſt amabile, ⁊ magis bonū eſt magis amabile: ſed arduum eſt obiectum audacie: augmentato ergo arduo augmentatur audacia: ſed magis fit arduum ⁊ difficile periculum quando eſt preſens. ergo debet tunc magis creſcere audacia. ¶ Preterea. Ex vulneribus inflictis prouocatur ira: ſed ira cauſat audaciam. Dicit enim philoſophus in ſecundo rheto. quod ira eſt auſiuum: ergo quando iam ſunt in ipſis periculis ⁊ percutiūtur, videtur quod magis audaces reddantur.

Sed Contra eſt, quod dicitur in. 3. eth. qđ audaces preuolātes ſunt ⁊ volentes ante pericula, in ipſis aūt diſcedunt.

Rn̄deo Dicendū, ꝙ audacia cum ſit quidā motus appetitus ſenſitiui, ſequitur apprehenſionem appetitiue virtutis, virtus autem ſenſitiua nō eſt collatiua. nec inquiſitiua ſingulorum que circunſtant rem: ſed ſubitum habet iudicium. Contingit autem quandoq3 quod ſm ſubitā apprehenſionem non poſſunt cognoſci omnia que difficultatem in aliquo negotio afferūt, vnde ſurgit audacie motus ad aggrediendum periculum. vnde quando iam experiuntur ipſum periculum: ſentiunt maiorem difficultatem quam eſtimauerunt, ⁊ ideo deficiunt. Sed ratio eſt diſcurſiua omnium que afferunt difficultatem negotio. ⁊ ideo fortes qui ex iudicio rationis aggrediuntur pericula, in principio videntur remiſſi, q2 non paſſi ſed cum deliberatione debita aggrediuntur: quando autem ſunt in ipſis periculis non experiuntur aliquid improuiſum: ſed quandoque minora illis que precogitauerunt. ⁊ ideo magis perſiſtunt. Uel etiam quia propter bonum virtutis pericula aggrediuntur: cuius boni voluntas in eis perſeuerat quantacunq3 ſint pericula: audaces autem ꝓpter ſolam eſtimationem facientem ſpe3, ⁊ excludentem timorē ſicut dictum eſt.

Ad Primum ergo dicendum, quod etia3 in audacibus accidit tremor propter reuocationem caloris ab exterioribus ad interiora ſicut etiam in timentibus. ſed in audacibus reuocatur calor ad cor: in timentibus autem ad inferiora. ¶ Ad ſecundum dicendum, quod obiectum amoris eſt ſimpliciter bonum: vnde augmentatum ſimpliciter augmentat amorem. ſed obiectum audacie eſt compoſitum ex bono ⁊ malo: ⁊ motus audacie in malum preſupponit motum ſpei in bonum: ⁊ ideo ſi tantum addatur de arduitate ad periculum quod excedat ſpem, non ſequetur motus audacie, ſed diminuetur. ſi tamen ſit motus audacie quanto maius eſt periculum tanto maior audacia reputatur. ¶ Ad tertium dicendum, quod ex leſione non cauſatur ira niſi ſuppoſita aliqua ſpe: vt infra dicetur. ⁊ ideo ſi fuerit tantum periculum quod excedat ſpem victorie, non ſequetur ira: ſed verum eſt quod ſi ira ſequatur, audacia augebitur.

Rn̄deo Dicendū, ꝙ iraſcibilis ⁊ con cupiſcibilis dupliciter cōſi- derari poſſunt. Uno modo ſ͛m ſe inquantū ſunt partes appetitus ſenſitiui. ⁊ hoc modo non competit eis quod ſint ſubiectum vir- tutis. Alio modo poſſunt conſiderari in- quantum participant͛ rationem: per hoc quod nate ſunt rationi obedire. ⁊ ſic iraſci- bilis vel concupiſcibilis poteſt eſſe ſubie- ctum virtutis humane. ſic enim eſt princi- pium humani actus inquantum participat rationem: ⁊ in his potentijs neceſſe eſt po- nere virtutes. quod enim in iraſcibili ⁊ con cupiſcibili ſint alique virtutes patet. actus enim qui progreditur ab vna potentia ſe- cundum quod eſt ab alia mota, non poteſt eſſe perfectus niſi vtraque potentia ſit be- ne diſpoſita ad actum: ſicut actus artificis non poteſt eſſe congruus niſi etiam artifex ſit bene diſpoſitus ad agendum, et etiam ipſum inſtrumentum. In his igitur circa que operatur iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis ſecundum quod ſunt a ratione mote neceſ- ſe eſt vt aliquis habitus perficiens ad bene agendum ſit non ſolum in ratione: ſed etiaȝ in iraſcibili ⁊ concupiſcibili. Et quia bona diſpoſitio potentie mouentis mote attendi- tur ſecundum conformitatē ad potentiam mouentem, ideo virtus que eſt in iraſcibili ⁊ concupiſcibili nihil aliud eſt quam quedā habitualis conformitas iſtarum potentia- rum ad rationem.

Ad primū Ergo dicendum, quod iraſcibilis et concupiſci bilis ſecundū ſe conſiderate, prout ſunt par tes appetit⁹ ſenſitiui cōmunes ſunt nobis et brutis: ſed ſecundū quod ſunt rationales per participationē vt obediētes rationi ſic ſunt proprie hominis: ⁊ hoc mō poſſunt eſſe ſubiectum virtutis humane. ¶ Ad ſecundū dicendum, ꝙ ſicut caro hominis ex ſe qui- dem non habet bonum virtutis: ſit tamen inſtrumentum virtuoſi actus inquantū mo uente ratione mēbra noſtra exhibemus ad ſeruiendum iuſtitie. Ita etiam iraſcibilis et concupiſcibilis ex ſe quidem non habēt bo num virtutis, ſȝ magis infectionē fomitis. inquantū vero conformantur rationi, ſic in eis aggeneratur bonum virtutis moralis. ¶ Ad tertium dicendum quod alia ratione regitur corpus ab anima ⁊ iraſcibilis ⁊ con cupiſcibilis a ratione. corpus enim ad nu- tum obedit anime abſq; contradictione, in his in quibus natum eſt ab anima moueri. vnde philoſophus dicit in primo politi. qꝺ animus regit corpus deſpotico principatu. i. ſicut dominus ſeruum. ⁊ ideo totus motus corporis refertur ad animam. ⁊ propter hoc in corpore nō eſt virtus: ſed ſoluȝ in anima. Sed iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis non obe- diunt ad nutū rationi: ſed habent proprios motus ſuos quibus interdum rationi repu- gnant. vnde in eodem li. philoſophus dicit: quod ratio regit iraſcibilem ⁊ concupiſcibi- lē principatu politico: quo ſcilicet reguntur liberi qui habēt in aliquibus propriam vo- luntatem. ⁊ propter hoc etiā oportet in ira- ſcibili ⁊ concupiſcibili eſſe aliquas virtutes quibus bene diſponantur ad actum. ¶ Ad quartum dicendum, quod in electio- ne duo ſunt ſcilicet intentio finis ꝙ pertinet ad virtutē moralem: ⁊ preacceptio eius qꝺ eſt ad finem quod pertinet ad prudentiā: vt dicitur in. 6. ethi. Quod autē habeat rectaȝ intentionē finis circa paſſiones anime, hoc contingit ex bona diſpoſitione iraſcibilis et cōcupiſcibilis. ⁊ ideo virtutes morales cir- ca paſſiones ſunt in iraſcibili ⁊ cōcupiſcibi- li: ſed prudentia eſt in ratione.

¶ Super Articulum quartum.

[illegible]

Ratis ſubſequitur medio diſcurſu prudētie ex ſtabilito fine diſcurrētis cōcluſione electionis. ⁊ hec eſt ſolutio lr̄e. vn̄ ⁊ habitus eſt electiuus id eſt ꝓprie ſubo electionis participatiue: ⁊ eſt inclinans ad bonas electiones dando earum principium qd̄ eſt intentio finis qui in electione clauditur vt pncipiū in cōcluſione.

habendo habitum virtutis puta temperātie nō egeret cōtinentia. ergo inclinata ex propria rōne nō eget cōtinentia: ſed per ſe eget cōtinentia. ergo volūtas nō eſt ex ſe inclinata ad tale bonū. Deinde dubitatur qꝛ ſi voluntas determinata ex propria ratione ad bonum rōnis. ergo nec virtus iuſtitie in ea eſſet: probatur ſequela: qꝛ bonum iuſtitie eſt ſm̄ rōnem: ⁊ eſt proprium exercentis iuſtitiam: iuſtitia enim bonum reddit habentem ⁊ opus eius bonum

¶ Super articulum quintum.

In arti. 5. eiuſdem. 56. q. aduerte notitie ꝓpter rationem que ſit in corpore articu. duo. Primū ꝙ hec duo repugnāt: ꝙ aliqua habitus ſit virtus, et ꝙ ſubiectum eius ſit aliqua potētia ab illo q eſt cōſummatiua operis illius ad qd̄ perficiēdum ponitur illa virtus: ex repugnātia ſunt datur ſuper hoc: ꝙ virtus ſic reddit opus ſuū bonū ꝙ non contingit opus illud virtute habente ſuum perficere malū eſſe: vt in lr̄a dicitur. ex hoc enim ſtatim pꝫ, ꝙ ſi opus aliqd̄ ad qd̄ ponit virtus, ſit conſummandū a potētia. b. ⁊ virtus illa ponatur in potētia. a. ꝙ quātūcūqꝫ virtus illa habeat ſuū pficere in potētia. a. ⁊ actu eius adhuc opus illud malè ꝯſummabit a potentia. b. vt pꝫ ergo ſi virtus illa dꝫ illud opus bonū ſic reddere vt non relinquat ꝙ ſiat malus ꝙ ſit in potentia conſummatiua operis vt in ſubiecto: ſecūdū eſt pro minore ꝙ vires interiores apprehenſiue dupliciter ſumūtur. Primo ſm̄ nām ⁊ ſic a nā et nō a virtute nec habitu determinant. Alio mō vt ſubſunt rōni, et ſic ordinant ad intellectꝰ perfectionē. ꝓpter qd̄ ipſi habitus qui ſunt in his ꝑ ab: ſo ſunt preparatorij ad intellectꝰ actū: ⁊ nō ſunt pfecti ui eas ad ꝓprios actus ſm̄ ſe ⁊ ideo in lr̄a dr̄ ꝙ cognitio veri ad qͥ ordinatur ois virtus bonū cognitiōis faciēs conſummat intellectus: ⁊ ꝓpterea in his viribus nulla eſt virtus.

5.q.59.
5.3.ad.3
Et.3.di.
33.qō.2.
ar.4.q.
2.ad.6.
Et in.q.
1.art.4.
ad.6.

¶ Utrum vires apprehenſiue ſenſitiue ſint ſubiectum virtutis. Arti. 5.

Ad quintū ſic proceditur. Uidetur qd̄ in viribꝰ ſenſitiuis apprehēſiuis interiꝰ poſſit eſſe aliqua virtus. Appetitꝰ enī ſenſitiuꝰ pt̄ eſſe ſubm̄ virtutis inquātū obedit rōni: ſed vires ſenſitiue apprehēſiue interiꝰ rōni obediunt: ad imperiū enī rōnis operant' ⁊ imaginatiua, ⁊ cogitatiua, ⁊ memoratiua. ergo in his viribus poteſt eē virtus. ¶ P̄. Sicut appetitus rōnalis q̄ ē volūtas in ſuo actu poteſt impediri vel etiā adiuuari per appetitū ſenſitiuū, ita etiā intellectus vel rō pōt impediri vel etiā iuuari ꝑ vires p̄dictas ſicut ergo in viribꝰ ſenſitiuis appetitiuis pōt eē virtus, ita etiā in apphēſiuis. ¶ P̄. Prudentia eſt q̄dā virtꝰ: cuius partē ponit tulliꝰ memoriā in ſua rhetorica. ergo etiā in vi memoratiua poteſt eſſe aliqua virtꝰ: ⁊ eadē rōne in alijs interioribus apphēſiuis viribus.

Sed contra eſt, ꝙ oēs virtutes vl' ſunt intellectuales vel morales: vt dr̄ in. 2. eth. morales aūt virtutes oēs ſunt in parte appetitiua: intellectuales aūt ī intellectu vl' rōne: ſicut pꝫ in. 6. eth. nulla ergo virtus eſt in viribus ſenſitiuis apprehenſiuis interiꝰ.

Rn̄deo dicēdum, ꝙ in viribus ſenſitiuis apphēſiuis interius ponūtur aliqui habitꝰ: ꝙ pꝫ ex hoc p̄cipue ꝙ phūs dicit in li. de memoria ꝙ in memorādo vnū poſt aliud operat' ꝯſuetudo q̄ eſt quaſi quedā nā: nihil aūt eſt aliud habitꝰ cōſuetudinalis q̄ habitudo acq̄ſita per conſuetudinē que eſt in modū nāe. Un̄ de virtute dicit tulliꝰ in ſua rhetorica ꝙ eſt habitus in modum nāe rōni conſentaneus. In homine tamen id qd̄ ex conſuetudine acquiritur in memoria ⁊ in alijs viribꝰ ſenſitiuis apphēſiuis nō eſt habitus ꝑ ſe. ſꝫ ad aliquid annexū habitibꝰ intellectiue partis: vt ſupra dictū eſt: ſed tn̄ ſiqui ſunt habitꝰ in talibꝰ viribꝰ virtutes dici nō pn̄t: virtꝰ enī eſt habitꝰ perfectꝰ, quo nō cōtingit niſi bonū operari: vn̄ opꝫ ꝙ virtꝰ ſit in illa potētia q̄ eſt conſummatiua boni operis: cognitio aūt veri nō cōſummatur in viribꝰ ſenſitiuis apphēſiuis. ſꝫ hmōi vires ſunt q̄ſi p̄paratorie ad cognitionē intellectuā: ⁊ iō in hmōi viribꝰ n̄ ſūt virtutes q̄bꝰ cognoſcit' verū: ſꝫ magis in intellꝰ vl' rōne.

Ad primū ergo dicēdū, ꝙ appetitꝰ ſenſitiuꝰ ſe hꝫ ad voluntatē quī ē appetitus rōnis ſicut motꝰ ab eo. ⁊ ideo opus appetitiue virtutis cōſummat' in appetitu ſenſitiuo: ⁊ propter hoc appetitꝰ ſenſitiuꝰ eſt ſubm̄ virtutis. virtutes aūt ſenſitiue apprehēſiue magis ſe hn̄t vt mouētes reſpectu itellectꝰ: eo ꝙ fantaſmata ſe habēt ad animā intellectiuā ſicut colores ad viſuꝫ. vt dicit' in. 3. de aīa. ⁊ ideo opꝰ cognitionis in intellectu terminat' ⁊ propter hoc virtutes cognoſcitiue ſunt in ipſo intellectu vl' rōne. Et per hoc pꝫ ſolutio ad ſꝫ. ¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ memoria nō ponit' pars prudētie. ſicut ſpecies eſt pars generis quaſi ipſa memoria ſit quedam virtus per ſe: ſed qꝛ vnū eorum que requiruntur ad prudentiā eſt bonitas memorie: vt ſic quodāmodo ſe habeat per modum partis integralis.

¶ Super Articulum ſextum.

In artic. 6. eiuſdē. 56. q. in quo concluditur quod in voluntate eſt aliqua virtus ſcilicet reſpectu boni diuini ⁊ proximi: ⁊ aliqua non ſcꝫ reſpectu boni proprij.

¶ Utrum voluntas poſſit eſſe ſubiectum virtutis. Articu. 6.

Ad ſextū ſic proceditur. Uidetur ꝙ volūtas nō ſit ſubm̄ alicuius virtutis. Ad id enī ꝙ conuenit potentie ex ipſa ratione potentie non requirit' aliquis habitus ſed de ipſa ratione voluntatis cū ſit in ratiōe ſm̄ phm̄ in. 3. de aīa, eſt ꝙ tēdat in id qd̄ eſt bonū ſꝫ rōnē: ad ꝙ ordinat' ois virtus: qꝛ vnūqꝺꝫ nāl'r appetit propriū bonū. virtus enī eſt habitus per modū nāe cōſentaneꝰ rōni. vt tullius dicit in ſua rhetorica. ergo volūtas nō eſt ſubm̄ virtutis. ¶ P̄. Ois virtꝰ aut eſt intellectualis aut moralis: vt dr̄ in. 1. ⁊ 2. eth. ſꝫ virtꝰ intellectualis eſt ſicut in ſubo intellectu ⁊ rōne, nō aūt in volūtate: virtus aūt moralis eſt ſicut in ſubiecto in iraſcibili ⁊ cōcupiſcibili, que ſunt irrationales ꝑ ꝑticipationem. ergo nulla virtus eſt in voluntate ſicut in ſubiecto. ¶ P̄. Oēs actus humani ad q̄s virtutes ordinantur ſunt voluntarij: ſi igit' reſpectu aliquorum humanorum actuuꝫ ſit aliqua virtꝰ in voluntate, pari ratiōe reſpectu omniū actuū humanorū erit virtus in volūtate. aut ergo in nulla alia potētia erit aliqua virtus, aut ad eundē actū ordinabūtur due virtutes: quod videtur incōueniēs: voluntas ergo nō poteſt eſſe ſubm̄ virtutis.

Sed contra eſt, ꝙ maior perfectio requiritur in mouente q̄ in moto: ſed voluntas mouet iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem: mlt̄o ergo magis dꝫ eſſe virtus in volūtate q̄ in iraſcibili ⁊ concupiſcibili.

Rn̄deo dicēdū, ꝙ cū ꝑ habitū ꝑficiat' potētia ad agendū, ibi indi-

Deinde arguit ſcotus: qꝛ cum iuſtitia ſit virtus moralis et in voluntate rōnes que militant de voluntate ⁊ virtute morali nō cōcludunt. preterea voluntas eſt indeterminata nō ſolum ad oppoſita obiecta ſed modos agendi ſcꝫ recte ⁊ non recte. ergo eget inchoatione ad recte agendū. ⁊ hec eſt ſcotꝰ. Preterea volūtas nō magis eſt determinata ad vnū q̄ intellꝰ. ergo ex frequentibus rectis electionibus generatur in ea virtus ſicut intellectus ex frequentibus actibus. preterea volūtas nō facile prompte ⁊ delectabiliter ſe hꝫ ſine virtutis habitu. ergo eget virtute: ſequela patet ⁊ antecedens ꝓbatur in virtuoſo ſuper cōuerſo: qui difficultatē patitur in perſeuerando: qꝛ non habet habitum acquiſitum virtutis.

¶ Ad hoc dicitur qd̄ cum naturaliter amabile ſit bonuꝫ. vniuſcuiuſque nāe propriuꝫ (vt experientia teſtatur) conſequens eſt vt voluntati que appetitus eſt rationalis. amabile ſit naturaliter ⁊ bonum, ⁊ bonū propriū. cum autem apud dionyſium. 4. ca. de diui. nomi. bonum habentis ſit ſm̄ rationem eſſe: ⁊ hoc non conueniat habenti ſecundum appetitum ſenſitiuū, oportet ꝙ conueniat ſcd̄m appetitū rationalem bonum enim appetitus alicuius obiectum conſtat eſſe. Igitur obiectum voluntatis eſt bonum rationis. et ſi huic addatur proprietas, cōcluditur ꝙ proprium bonum ſm̄ rōnem eſt nāle obm̄ voluntatis: ac per hoc voluntas eſt ex propria natura inclinata ad proprium bonum ſecundum rationem. ⁊ quia rationis medium in paſſionibus concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis non eſt alienum ſed proprium bonum ſecundum rationem ipſius habentis paſſiones ideo naturaliter voluntas habentis paſſiones qualis eſt volūtas humana: ex ſe determinata eſt ad tale bonum. Sed aduerte ꝙ aliud eſt voluntatem eſſe naturaliter inclinatam inquantum eſt ex ſe ad proprium volentis bonum ſecundum rationem: ⁊ aliud eſt volentem eſſe naturaliter inclinatum ad hoc. primum enim ſonat in voluntate tantum talem determinationem ſecundum ſimpliciter. ⁊ tanta eſt inter hec diſtantia, vt ex hac radice omnia fere ſoluenda ſint vt nunc videbitur: ſi enim volens puta fortis eſſet determinatus ita quod non egeret habitu ad medium rationis in paſſionibꝰ pronꝰ eſſet ad opera tēperātie ⁊ fortitudinis ſicut tēperati ⁊ fortes: ſed qꝛ proni ſunt in malum ab adoleſcētia ſua ſenſus hominū: ⁊ caro concupiſcit aduerſus ſpiritū non ſimpliciter, ſed in volūtate tn̄ inclinatio hec ad tale bonum ponitur. Et qꝛ exercitatio hominis in his mediis non fit ſola voluntate ſed cōcurrente parte ſenſitiua naturaliter ſm̄ ſe inclinata ad concupiſcibile ſine rōnis freno: ideo nō ſequitur ex illa inclinatione in voluntate ꝙ vt in pluribus eligamꝰ talia bona: aut ꝙ prompte faciliter ⁊ delectabiliter. ⁊ ꝙ recte ſemper voluntas ad huiuſmodi ſe habeat-

3.di. 23.
q.1.ar.4.
q.1.cor.
ad.2.⁊
3.⁊ diſt.
42.q.2.
ar.4.q.2
⁊.4.cor.
Et in.q.
1.ar.5.⁊
10.⁊ ar.
12.ad.2
⁊.q.3.ar.
2.corꝰ.

Dubium occurrit ex Scoto in tertio ſniarum diſt. 33. contra ſecundam partem: putat enim quod temperantia ⁊ fortitudo in voluntate ſint, ⁊ ibi proprie virtutes: in concupiſcibili autem ⁊ iraſcibili non ſunt proprie virtutes: ſed de hoc quantum ad concupiſcibilem ⁊ iraſcibilem ſpectat tractauimus. vnde relinquitur quantum ad voluntatem diſcutere rōnes ⁊ concluſiones. ¶ Eſt igitur dubium circa rōnem allatam in litera ad probandū quod in voluntate non ſit aliqua virtus ad proprium volentis bonū. Primo qꝛ falſum videtur, qd̄ voluntas ex propria ratione ſit ſufficienter determinata ad bonum rōnis proprium volentis: qꝛ ſi ſic eſſet voluntas vt in pluribus faltem eligeret tale bonum rōnis: ⁊ rurſus prompte, faciliter ⁊ delectabiliter tale bonū eligeret ⁊ rurſus ad tale bonū eligendum recte eodeꝫ modo determinata eſſet: hec ſunt falſa. ergo ſequela probatur: quia determinatio nature excludens habitum ſupplet quicquid daret habitus in ſubiecto apto nato: ⁊ tanto melius quanto habitus imitatur naturam: ⁊ nō ecōuerſo. falſitas aūt ꝯſeqn̄tis experientia probatur: nam in nobis ipſis hec experimur. Et rōne confirmatur: qꝛ ſi voluntas eſſet ex propria rōne determinata ad tale bonū non opus eſſet continentie habitu in voluntate: ſi enī volūtas ex ſe magis aut eque determinata eſt ad bonum tale ac ſi haberet habitū virtutis. et

ſed bene ſequitur cū hac ſpecificatione ꝙ volūtas quātū ex ſe recte ſe habe-ret ad hmōi vtēs pūcipibus eligeret talia bona ⁊ ꝓmpte, facilr̄, atqꝫ delecta-bilr̄. Ad id ꝙ de cōtinentia obijcit: dr̄ ꝙ cōtinēs nō eget voluntate vt in clinet in qͥtū in ſe eſt in tale bonū: ſed vt reſiſtat inſurgentibus paſſionibus ſenſitiui appetit⁹. Et ſi ꝫ hoc inſertur: qꝛ per eundē habitū po^a aliqua incli natur in vnū oppoſitoꝝ, ⁊ reliquo reſiſtit. ⁊ rurſus naturalis determinatio nō eſt minoris efficacie, [illegible]

partem ſenſitiuā ſortit neceſſitatē habit⁹ ad reſiſtendū [illegible] ⁊ hec intelligit ſuſtinendo ꝯtinētiā eſſe in volūtate, ꝙ inferi⁹ diſcutiet [illegible] in rōne ponit pꝫ ꝙ nulla ē difficultas in ꝓpoſito: ⁊ cū vniē diſputationē hanc [illegible] nō teneat [illegible] ⁊ certa [illegible] tenēdo ſunt. ¶ Ad 2^m [illegible] ꝙ ibi ē equocatio de bono iuſti⁹ nō [illegible] Ad 3^m [illegible] ipſū ſꝫ alteri⁹: iuſt^a [illegible]

[illegible]

get potētia habitu pficiēte ad bn̄ agendum (qui quidē habitus eſt virtus) vbi ad hoc non ſufficit ꝓpria rō potētie. ois autez po^e ꝓpria rō attendit in ordine ad obm. vn̄ cū ſicut dictū eſt, obm voluntatis ſit bonum rōnis voluntati proportionatum quantum ad hoc nō indiget voluntas virtute pficiē-te. ſed ſi qꝺ bonū immineat homini volēdū qꝺ excedat ꝓportionē volētis: ſiue q̄tū ad totā ſpēm hūanā, ſicut bonū diuinū qꝺ trāſcē dit limites humane nāe: ſiue q̄tū ad indiui duū, ſicut bonū ꝓximi, ibi volūtas indiget virtute. ⁊ iō hmōi ꝟtutes q̄ ordināt affectū hoīs in deū vel in ꝓximū, ſunt in voluntate ſicut i ſubiecto: vt charitas, iuſticia: ⁊ hmōi.

Ad Primum ergo dōm, ꝙ rō illa hꝫ locū de ꝟtute q̄ ordinat ad bonum ꝓpriū ipſius volētis, ſicut temperātia ⁊ fortitudo que ſunt circa paſſiones humanas. ⁊ alia huiuſmodi. vt ex dictis pꝫ. ¶ Ad ſm̄ dōm, ꝙ rōnale ꝑ participationem nō ſolū eſt iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis, ſed oīno. i. vīr appetitiuā vt dicit in. 1. ethi. ſub appetitiuo āt cōprehēditur voluntas. ⁊ ideo ſi qua virt⁹ eſt in volūtate, erit moralis: niſi ſit theologica, vt infra patebit. ¶ Ad tertium dōm, ꝙ quedā ꝟtutes ordinātur ad bonū paſſionis moderate qꝺ eſt ꝓpriū huius vel illi⁹ hoīs. ⁊ in talib⁹ nō eſt neceſſariū ꝙ ſit aliqua virtus in volūtate cū ad hoc ſufficiat nā po^e vt dictū eſt. ſꝫ hoc ſolū neceſſariū eſt in illis virtutib⁹ q̄ ordinant ad aliqꝺ bonū extrinſecū.

¶ De diſtōne ꝟtutū intellectualiū. Q̄ō. 57.

Deinde Conſiderādum eſt de diſtōne virtutū. Et primo quātū ad virtutes intellectuales. ſecūdo quantū ad morales. tertio q̄tum ad theologicas. Circa primū querūt ſex. Primo vtrū habitus intellectuales ſpeculatiui ſint ꝟtutes. Scdo vtrū ſint tres. ſ. ſapiētia. ſciētia ⁊ intellect⁹. Tertio vtrū habit⁹ intellectualis q̄ eſt ars ſit ꝟt⁹. Quarto vtrū prudentia ſit virtus diſtincta ab arte. Quinto vtrum prudētia ſit virtus neceſſaria homini. Sexto vtrum eubulia, ſineſis, ⁊ gnomi ſint virtutes adiuncte prudentie.

¶ Utrum habitus intellectuales ſpeculatiui ſint virtutes. Arti. 1.

Ad primū Sic proceditur. Uidet qꝺ habitus intellctuales ſpeculatiui nō ſint ꝟtutes. virt⁹ eni eſt habitus operatiuus: vt. s. dictuꝫ eſt. Sꝫ habit⁹ ſpeculatiui nō ſunt operatiui: diſtinguit eni ſpeculatiuū a practico. i. opatiuo. g habit⁹ intellctales ſp^{ui} nō ſunt ꝟtutes. ¶ P̄. Uirt⁹ ē eoꝝ ꝑ q̄ fit hō felix ſiue btūs: eo ꝙ felicitas eſt virtutis premiū: vt dr̄ in. 1. ethi. ſꝫ habit⁹ intellectuales nō cōſiderant actus humanos, aut alia bona humana per que hō beatitudinē adipiſcitur ſed magis res nāles ⁊ diuinas. ergo huiuſmodi habit⁹ ꝟtutes dici nō poſſunt. ¶ P̄. Sciētia eſt habitus ſpeculatiuus: ſed ſciētia ⁊ virt⁹ diſtinguunt ſicut diuerſa genera nō ſubalternatim poſita, vt pꝫ per philoſophum in. 3. topico. g habitus ſpeculatiui nō ſunt ꝟtutes.

Sed ꝫ ſoli habitus ſpeculatiui conſiderant neceſſaria que impoſſibile eſt aliter ſe habere, ſꝫ philoſophus ponit in. 6. ethi. quaſdam virtutes intellectuales in parte anime que cōſiderat neceſſaria que non poſſunt aliter ſe habere, ergo habitus intellectuales ſpeculatiui ſunt virtutes.

Rn̄deo Dōm, ꝙ cum omnis virtus dicatur in ordine ad bonuꝫ: ſicut ſupra dictū eſt, duplici rōne aliquis habitus dicitur virtus vt ſupra dictū eſt. vno modo qꝛ facit facultatē bene operandi. alio modo qꝛ cū facultate facit etiā vſum bonū, ⁊ hoc ſicut ſupra dictum eſt, pertinet ſolum ad illos habitus qui reſpiciunt partem appetitiuā: eo ꝙ vis appetitiua anime eſt que facit vti omnibus potentijs ⁊ habitibus. Cum igitur habitus intellectuales ſpeculatiui nō perficiāt partem appetitiuaꝫ, nec aliquo mō ipſam reſpiciāt, ſꝫ ſolā intellectiuā, pñt quidē dici virtutes inquantū faciūt facultatē bone operationis que eſt conſideratio veri. hoc eni eſt bonū opus intellect⁹: nō tn̄ dr̄ virtutes ſecūdo mō: quaſi facientes bn̄ vti potētia ſeu habitu. Ex hoc eni ꝙ aliquis hꝫ habitū ſcie ſp^{ue} non inclinatur ad vtendum, ſed fit potēs ſpeculari verum in his quorum hꝫ ſciam. ſed ꝙ vtatur ſcia habita, hoc eſt mouente volūtate. ⁊ iō virt⁹ que perficit voluntatem (vt charitas vel iuſtitia) facit etiā bene vti hmōi ſpeculatiuis habitibus. ⁊ ſm̄ h̄ etiā in actibus horum habituū pōt eſſe meritū, ſi ex charitate fiant. ſicut grego. dicit in. 7. moraliū, ꝙ cōtemplatiua eſt maioris meriti quā actiua.

Ad Primum ergo dōm, ꝙ duplex eſt opus. ſ. exterius ⁊ interius practicum ergo vel operatiuum qꝺ diuiditur contra ſpeculatiuuꝫ ſumitur ab opere exteriori ad qꝺ non hꝫ ordinē habitus ſpeculatiuus. ſed tn̄ hꝫ ordinē ad interi⁹ opus intellectus, ꝙ eſt ſpeculari verum: ⁊ ſm̄ hoc eſt habitus operatiu⁹. ¶ Ad ſꝫ dōꝫ ꝙ virtus eſt aliquorum dupliciter. Uno modo ſicut obiectorū. ⁊ ſic huiuſmodi virtutes ſpeculatiue non ſunt eorum per que homo fit beatus: niſi forte ſecundum quod ly per dicit cauſam efficientem vel obiectum complete beatitudi-

[illegible] paſſiones ꝓpius ſit in volūtate habitus [illegible] patet. ⁊ ratio phyſica eſt [illegible] voluntas non eſt determinabilis ex ſe: ſed determinata ad tale bonū quod frequēter eligit: habitus eſt talis virtutis non eſt nat⁹ fieri niſi in ſubo apto [illegible] ſ. determinatio. ¶ Ad q̄rtū [illegible] nuper cōuerſus [illegible] eſt ex parte volūtatis ſm̄ ſe ꝓpter facilr̄ ⁊ delectabilr̄ eligeret bonū in paſſionibus: ſimplr̄ āt ipſe volēs difficile eligit ꝑ̄ hi⁹ priores [illegible] eſt ꝙ inclinatio hec voluntatis intrinſeca [illegible] habitui infuſo: quē experimur nō auferre a nobis difficultatē bn̄ operādi: quo [illegible] eſt ex parte ipſius ꝓmpte, faciliter ⁊ delectabiliter dei operari.

¶ Super. q. 57. ar. 1.

In ar. 1. q. 57. in reſponſione ad primum: habes notitie diſtinctionem de opere interiori intellectus, ⁊ extra eum a quo dicitur operatiuum quod vocatur practicum.

[illegible]

nis ꝙ eſt deus ꝙ eſt ſummū ſpeculabile, alio mō dī eſſe virtus aliquoꝝ ſicut actuū. ⁊ hoc mō virtutes intellectuales ſunt eoꝝ per q̄ homo fit beatus: tum quia actus harū virtutū poſſunt eſſe meritorij ſicut dictū eſt. tū etiā qꝛ ſunt quedā inchoatio perfecte beatitudinis: que in contēplatione veri cōſiſtit ſicut ſupra dictū eſt. ¶ Ad tertiū dīm, ꝙ ſciētia diuidit contra virtutē ſecūdo modo dictam, que pertinet ad vim appetitiuam.

¶ Utrum ſint tm̄ tres habitus intellectuales ſpeculatiui: ſcilicet ſapientia ſcientia ⁊ intellectus. Art. 2.

AD ſcd'm ſic ꝓcedit. Uidetꝰ ꝙ inconuenienter diſtinguant tres virtutes intellectuales ſpeculatiue. ſ. ſapientia, ſciētia, ⁊ intellꝰ. Species enī nō debet cōdiuidi generi: ſed ſapientia eſt quedā ſcientia vt dicit in. 6. ethi. ergo ſapientia non debet condiuidi ſcientie in numero virtutū intellectualiū. ¶ P̄. In diſtinctione potentiarū, habituū ⁊ actuū que attendit ſm̄ obiecta, attēditur principalr̄ diſtinctio que eſt ſm̄ rationē formalē obiectoꝝ. vt ex ſupradictis patet. non ergo diuerſi habitus debēt diſtingui ſm̄ mālē obm̄, ſed ſm̄ rationē formalē ipſius obi: ſꝫ principium demonſtrationis eſt ratio ſciendi cōcluſiones: non ergo intellectus principioꝝ debet poni habitus alius aut alia virtus a ſciētia concluſionū. ¶ P̄. Uirtus intellectualis dicit que eſt in ipſo rōnali per eſſentiā: ſed ratio etiam ſpeculatiua ſicut rōcinat ſyllogizādo demōſtratiue, ita etiā rōcinat ſyllogizando dialectice. ergo ſicut ſciā q̄ cauſat ex ſyllō demonſtratiuo ponitur virtus intellectualis ſpeculatiua, ita etiam ⁊ opinio.

Sed cōtra Eſt, ꝙ philoſophus in. 6. ethi. ponit has ſolum tres virtutes intellectuales ſpeculatiuas: ſcilicet ſapientiam, ſcientiam ⁊ intellectum.

Rñdeo Dīm, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, virtꝰ intellectualis ſpeculatiua eſt per quam intellectus ſpeculatiuus perficitur ad conſiderandum verum. hoc enim eſt bonum opus eius. verum aūt eſt dupliciter conſiderabile. Uno modo ſicut per ſe notum. Alio modo ſicut per aliud notum. Quod autem eſt per ſe notū, ſe habet vt principiū ⁊ percipitur ſtatim ab intellectu. ⁊ ideo habitus perficiens intellectum ad hmōi veri conſiderationem vocatur intellectus, qui eſt habitus principioꝝ. Uerū aūt qđ eſt ꝑ aliud notū nō ſtatim ꝑcipitur ab intellectu: ſed ꝑ inquiſitionem rōnis. ⁊ ſe hꝫ in rōne termini. quod quidē pōt eſſe duplr̄. Uno modo vt ſit vltimū in aliquo genere. Alio modo vt ſit vltimum reſpectu totius cognitiōis humane. Et qꝛ ea que ſunt poſterius nota quoad nos, ſunt prioꝛa: ⁊ magis nota ſecūdū naturā: vt dicitur in. 1. phyſi. ideo id quod eſt vltimū reſpectu totius cognitionis humane, eſt id quod eſt primum ⁊ maxime cognoſcibile ſm̄ naturā. ⁊ circa huiuſmodi eſt ſapiētia. q̄ conſiderat altiſſimas cauſas: vt dicitur in pmo metaphy. vnde conuenienter iudicat ⁊ ordinat de omnibꝰ: qꝛ iudicium perfectuꝫ ⁊ vniuerſale haberi nō pōt niſi ꝑ reſolutionē ad pmas cauſas. Ad id vero quod eſt vltimū in hoc vel in illo genere cognoſcibiliū ꝑficit intellectum ſcientie, ⁊ ideo ſm̄ diuerſa genera ſenſibiliū ſunt diuerſi habitus ſcientiarum, cum tamen ſapientia non ſit niſi vna.

Ad pmū Ergo dīm, qđ ſapientia eſt quedā ſciētia, inquātum hꝫ id qđ eſt cōe oībꝰ ſciētijs. vt ſcꝫ ex principijs cōcluſiones demonſtret, ſed qꝛ hꝫ aliqđ ꝓpriū ſupra alias ſcientias, inq̄tum ſcilꝫ de oībus iudicat, ⁊ non ſolum quantū ad cōcluſiones, ſed etiā quantū ad prima principia, ideo hꝫ rōnē perfectioris virtutis q̄ ſciētia. ¶ Ad ſcdm̄ dīm, qđ quando ratio obiecti ſub vno actu refertur ad potentiam vel habitum, tunc non diſtinguuntur habitus vel potentie penes rationem obiecti ⁊ obiectum materiale: ſicut ad eandem potentiam viſiuā pertinet videre colorem, ⁊ lumen quod eſt ratio videndi colorem. ⁊ ſimul cum ipſo videtur. principia vero demonſtrationis poſſunt ſeorſum conſiderari abſq; hoc, ꝙ conſiderentur concluſiones. Poſſūt etiā conſiderari ſimul cū concluſionibus, prout principia in concluſiones deducuntur. Conſiderare ergo hoc ſcdo modo principia pertinet ad ſcientiam que conſiderat etiā concluſiones: ſed ꝯſiderare principia ſm̄ ſeipſa pertinet ad intellectū. Unū ſi quis recte conſideret, iſte tres virtutes nō ex equo diſtinguunt abinuicē: ſꝫ ordine quodā, ſicut accidit in totis potentialibꝰ, quoꝝ vna pars eſt perfectioꝛ altera: ſicut aīa rationalis eſt ꝑfectioꝛ quam ſenſibilis, ⁊ ſenſibilis q̄ vegetabilis. hoc enī mō ſciētia depēdet ab intellectu ſicut a ꝑncipaliori: ⁊ vtrāq; depēdet a ſapiētiā ſicut a ꝑncipaliſſimo que ſub ſe cōtinet ⁊ intellectū ⁊ ſciētiā, vt de cōcluſionibꝰ ſciētiarū dıiudicās ⁊ de ꝑncipijs earundē. ¶ Ad tertium dīm, ꝙ ſicut. ſ. dictū eſt, habitus virtutis determinate ſe hꝫ ad bonū: nullo aūt modo ad malū. bonū aūt intellectꝰ eſt verū: malū autē eius eſt falſum. vñ ſoli illi habitꝰ virtutes intellectuales dicunt quibꝰ ſemꝑ dr̄ verū ⁊ nunq̄ falſum opinio vero ⁊ ſuſpicio poſſunt eſſe veri ⁊ falſi, ⁊ ideo nō ſunt intellectuales virtutes: vt dicit in. 6. ethicoꝝ.

¶ Utrū habitus intellectualis qui eſt ars ſit virtus. Articu. 3.

AD Tertium ſic proceditur. Uidetur quod ars nō ſit virtus intellectualis. Dicit enim augu. in lib. de lib. arbi. quod virtute nullus male vtitur: ſed arte aliquis male vtitur: poteſt enim aliquis artifex ſecundum ſcientiā artis ſue male operari. ergo ars non eſt virtus. ¶ Preterea. Uirtutis non eſt virtus: artis autem eſt aliqua virtus: vt dicitur in. 6. ethi. ergo ars non eſt virtus. ¶ P̄. Artes liberales ſunt excellentiores quam artes mechanice: ſed ſicut artes mechanice ſunt practice, ita artes liberales ſunt ſpeculatiue. ergo ſi ars eſſet virtus intellectualis, deberet virtutibus ſpeculatiuis annumerari.

Sed Cōtra eſt, ꝙ phūs in. 6. ethic. ponit artem eſſe virtutem. nec tū cōnumerat eam virtutibus ſpeculatiuis: quarū ſubiectum ponit ſciētificam partem anime.

Rñdeo Dīm, ꝙ ars nihil aliud eſt q̄ rō recta aliquoꝝ operum faciendoꝝ: quoꝝ tamē bonū nō conſiſtit in eo qđ appetitus humanus aliquo mō ſe hꝫ: ſꝫ in eo qđ ipſum opus qđ fit in ſe bonū eſt. nō enī pertinet ad laudem artificis inquātum artifex eſt, qua voluntate opus faciat: ſed quale ſit opus qđ facit. Sic igitur ars proprie loquendo habitus operatiuus eſt: ⁊ tū in aliquo ꝯuenit cum habitibus ſpeculatiuis: qꝛ etiā ad ipſos habitus ſpeculatiuos pertinet qualr̄ ſe habeat res quā conſiderāt: non aūt qualr̄ ſe habeat appetitus humanus ad illas: dūmō. n. verum geometra demonſtret non refert qualr̄ ſe hēat ſm̄ appetitiuā partem, vtrū ſit letꝰ vel iratus. ſicut nec in artifice refert: vt dictuꝫ eſt. ⁊ iō eo modo ars hꝫ rōnē virtutis ſicut ⁊ habitus ſpeculatiui. in quantū. ſ. nec ars nec habitus ſpeculatiuus faciunt bonū opus quantū ad vſum qđ eſt proprium virtutis perficientis appetitū: ſed ſolum quātum ad facultatem bene agendi.

Ad Primum ergo dicendum, quod cum aliquis habens artem operatur malum artificium: hoc non eſt opus artis: imo eſt contra arteꝫ: ſicut etiā cum aliquis ſciēs verum mentitur: hoc quod dicit non eſt ſecundum ſciam, ſed contra ſciētiam. vnde ſicut ſcia ſe habet ad bonum ſemper: vt dictū eſt, ita ⁊ ars. ⁊ ſꝫ hoc dicitur virtus. In hoc tamen deficit a perfecta rōne virtutis: quia nō facit ipſum bonum vſum: ſed ad hoc aliquid aliud requirit: q̄uis bonus vſus ſine arte eē nō poſſit. ¶ Ad ſcdꝫ dīm, ꝙ qꝛ ad h̄ vt hō bñ vtat arte quā hꝫ reqrit bona volūtas q̄ ꝑficitur ꝑ virtutē moralē, iō phūs dicit ꝙ artis eſt virtus. ſ. moralis: inq̄tū ad bonū vſum eius aliqua virtus moralis reqritur. Manifeſtū eſt enī ꝙ artifex per iuſtitiā que facit voluntateꝫ rectam, inclinatur vt opus fidele faciat. ¶ Ad tertium dīm, ꝙ etiam in ipſis ſpeculabilibus eſt aliquid per modum cuiuſdam operis: puta conſtructio ſyllogiſmi, aut orationis congrue, aut opus numerandi vel menſurandi. ⁊ ideo quicunque ad huiuſmodi opera rationis habitus ſpeculatiui ordinantur, dicuntur per quandam ſi-

¶ Super Art. 2.

IN artic. 2. ⁊ ſpecialiter in reſponſione ad ſecundum nota quomodo ſapientia continet intellectum ⁊ ſcientiam: ac ſi enim continet vt partes integrales: cum iam dictū ſuperius ſit: quod habitꝰ nō integrat ex pluribus habitibus, ſed continet quaſi partes potentiales: habet enim ſe ſapientia ad intellectum ⁊ ſcientiam ſic ꝙ ipſa continet quicqđ ille ⁊ iminentiori modo: vtitur enim principijs per ſe notis deducendo concluſiones, qđ eſt ſcientie: ⁊ ipſa per ſe nota principia vera eſſe ex terminis indicat, defēdit ⁊ inchoat, que intellectus tātummodo videt abſolute: et vtrūq; habet reſoluendo in altiſſimam cauſam: qđ eſt eminētius continere: ⁊ propterea in ſexto ethicoꝝ, ⁊ in litera dicitur, ꝙ continet ſcientiam ⁊ intellectum: ⁊ in quarto metaphyſice vocat ſcientia ⁊ defendit principia ex terminis.

J. q. 88. 95. a. 1. co. Et. 1. q6. 22. ar. 2. co. Et 22. q6. 47. art. 5. co. Et ſi. q6. 5. ar. 1. co. et. 1. eth. co. 2. ſi. ⁊ poſte. prin°.

¶ Super Art. 3.

IN articulo tertio aduerte nouīter, quod ſupra duplicem bonitatem ſcilicet propriam habitui artis ⁊ moralem duo in litera dicuntur. nam in reſponſione ad primum de bonitate propria artis dicitur quod arte nullus male idest ad malum opus malitia oppoſite bonitati artis vtitur. In reſponſione vero ad ſecundū de bonitate morū dicitur quod ad hoc quod homo bene vtatur arte, requiritur virtus moralis: hoc enim non exigitur ad faciendū opus artis perfectum (quoniam pōt grammatica perfectiſſime blaſphemare deum). ſed ad bene ſecundū morem vtendum arte.

militudinẽ artes.ſ. liberales ad drñam illarum artiũ q̃ ordinant ad opa ꝑ corpus exercita, q̃ ſunt quodãmõ ſeruiles, inquantũ corpus ſeruilr ſubdit aïe, ⁊ homo ſm aĩam eſt liber. ille ṽo ſciẽtie, q̃ ad nullum hmõi opus ordinant ſimplr ſciẽtie dicunt, nõ aũt artes nec opꝫ ſi liberales artes ſunt nobiliores ꝙ magis eis conueniat ratio artis.

¶ Utrũ pruᵃ ſit ṽtꝰ diſtincta ab arte. ã.4.

Ad Quartũ ſic proceditur. Uidet, ꝙ prudẽtia nõ ſit alia virtus ab arte. Ars eñ eſt ratio recta aliquoꝝ operũ: ſed diuerſa gña operũ non faciunt vt aliquid amittat rõnẽ artis: ſunt eñ diuerſe artes circa opera valde diuerſa, cũ igitur etiã prudẽtia ſit quedã ratio recta operũ, videtur ꝙ etiã ipſa debeat dici ars. ¶ P̃. Prudentia magis cõuenit cũ arte, q̃ habitus ſpeculatiui: vtrunqꝫ enim eorum eſt circa cõtingens alr ſe habere: vt dr in.6. eth. quidã habitus ſpeculatiui dñr artes. ergo multo magis prudẽtia dꝫ dici ars. ¶ P̃. Ad prudentiã pertinet bñ cõſiliari. vt dr in 6. ethi. ſed etiã in quibuſdam artibus conſiliari ꝯtingit. vt dr in.3. ethi. ſicut in arte militari ⁊ gubernatiua ⁊ medicinali. ergo prudentia ab arte non diſtinguitur.

Sed ꝯ eſt, ꝙ ph̃s diſtinguit prudentiã ab arte in.6. ethicorum.

Rñdeo Dõm, qđ vbi inuenitur diuerſa ratio virtutis: ibi opꝫ virtutes diſtingui. Dictũ eſt aũt ſupra qđ aliquis habitus hꝫ rõnem virtutis ex hoc ſolum qđ facit facultatẽ boni opis aliqs aũt ex hꝙ facit non ſolũ facultatẽ boni opis: ſꝫ etiam vſum, ars aũtẽ facit ſolũ facultatẽ boni operis: qꝛ nõ reſpicit appetitum. prudẽtia aũt non ſolum facit boni operis facultatem, ſed etiam vſum: reſpicit eñ appetitum tanq̃ p̃ſupponẽs rectitudinẽ appetitꝰ, cuiꝰ differentie rõ eſt: qꝛ ars eſt recta rõ factibiliũ prudẽtia ṽo eſt recta rõ agibiliũ. Differt aũt facere ⁊ agere: qꝛ vt dr in.9. metaphy. factio eſt actus tranſiens in exteriorem mãm ſicut edificare ſecare ⁊ hmõi: agere autẽ eſt actus permanens in ipſo agente: ſicut videre velle, et hmõi. Sicut igitur hoc modo ſe habet prudẽtia ad huiuſmodi actꝰ humanos qui ſunt vſus potentiarum ⁊ habituũ, ſicut ſe habet ars ad exteriores factiões, qꝛ vtraqꝫ eſt perfecta rõ reſpectu illorũ ad que cõparat: pfectio ãt ⁊ rectitudo rõnis in ſpeculatiuis dependet ex principijs ex quibus rõ ſyllogizat: ſicut dictũ eſt qđ ſciẽtia depẽdet ab intellectu q̃ eſt habitꝰ principiorũ, et p̃ſupponit ipm: in humanis aũt actibꝰ ſe habẽt fines ſicut p̃ncipia in ſpeculatiuis: vt dicit in.6. eth. ⁊ iõ ad prudẽtiã q̃ eſt recta rõ agibiliũ reqrit qđ hõ ſit bñ diſpoſitꝰ circa fines: qđ q̃dẽ eſt ꝑ appetitũ rectũ, ⁊ ideo ad prudẽtiã requirit moralis virtꝰ: ꝑ quã fit appetitus rectꝰ, bonum aũt artificialiũ non eſt bonũ appetitꝰ humani: ſed bonũ ipſorũ operũ artificialiũ, ⁊ ideo ars nõ preſupponit appetitũ rectũ, ⁊ inde eſt qđ magis laudat artifex qui volẽs peccat q̃ qui peccat nolẽs, magis aũt cõtra prudẽtiã eſt qđ aliqs peccet volens q̃ nolens: qꝛ rectitudo voluntatis eſt de ratione prudentie: non autem de ratione artis. Sic igitur patet qđ prudẽtia eſt virtus diſtincta ab arte.

Ad primũ Ergo dõm, qđ diuerſa gña artificialium omnia ſunt extra hoĩem, ⁊ ideo nõ diuerſificat rõ virtutis: ſꝫ prudẽtia eſt recta ratio ipſorum actuum humanorũ, vñ diuerſificatur rõ virtutis: vt dictũ eſt. ¶ Ad ſcdm dõm, ꝙ prudẽtia magis cõuenit cũ arte q̃ cum habitibus ſpeculatiuis quantum ad ſubm ⁊ materiam, vtrunqꝫ eñ eſt in opinatiua parte anime, ⁊ circa contingens aliter ſe habere: ſed ars magis cõuenit cũ habitibus ſpeculatiuis in rõne virtutis q̃ cũ prudẽtia: vt ex dictis pꝫ. ¶ Ad tertium dõm, ꝙ prudẽtia eſt bene cõſiliatiua de his q̃ pertinẽt ad totã vitã hois, ⁊ ad vltimũ finẽ vite humane, ſed in artibꝰ aliquibꝰ eſt conſilium de his q̃ pertinent ad fines ꝓprios illarum artium. vñ aliqui inquantũ ſunt bene cõſiliatiui in rebus bellicis vel nauticis, dicuntur prudẽtes duces vel gubernatores, non autẽ prudentes ſimpliciter: ſed illi ſolum qui bene conſiliantur de his que conferunt ad totam vitam.

¶ Utrum prudentia ſit virtus neceſſaria homini. Articu.5.

Ad Quintũ ſic proceditur. Uidetur ꝙ prudentia non ſit virtus neceſſaria ad bene viuendum. Sicut eñ ſe habet ars ad factibilia quorũ eſt ratio recta, ita ſe habet prudentia ad agibilia, ſecundũ que vita hominis cõſideratur: eſt eñ eorum recta ratio prudentia: vt dicitur in.6. ethic. ſed ars non eſt neceſſaria in rebus factibilibus niſi ad hoc qđ fiãt, nõ autem poſtquam ſunt facte. ergo nec prudentia eſt neceſſaria homini ad bene viuendum poſtquam eſt virtuoſus: ſed forte ſolum quantum ad hoc ꝙ virtuoſus fiat. ¶ P̃. Prudentia eſt per quam recte conſiliamur: vt dicitur in. 6. ethico. ſed homo poteſt ex bono conſilio agere, non ſolum proprio, ſed etiam alieno. ergo nõ eſt neceſſarium ad bene viuẽdum quod ipſe homo habeat prudentiam, ſed ſufficit qđ prudentum conſilia ſequatur. ¶ P̃. Uirtus intellectualis eſt ſcdm quam cõtingit ſemper dicere verũ ⁊ nunq̃ falſum: ſed hoc non videtur contingere ſm prudẽtiã: nõ eñ eſt humanũ qđ in cõſiliando de agẽdis nunq̃ erret: cum humana agibilia ſint contingentia aliter ſe habere. Unde dr Sap.9. Cogitationes mortalium timide, ⁊ incerte prouidentie noſtre. ergo videtur quod prudentia non debeat poni intellectualis virtus.

Sed Contra eſt, quod Sap.8. connumerãtur alijs virtutibus neceſſarijs ad vitam humanam cum dicitur de diuina ſapientia. Sobrietatem ⁊ prudentiam docet iuſtitiam ⁊ virtutem quibus vtilius nihil eſt in hac vita hominibus.

Rñdeo Dõm, ꝙ prudentia eſt virtus maxime neceſſaria ad vitam humanam, bene enim viuere cõſiſtit in bene operari. Ad hoc aũt ꝙ aliqs bene operetur non ſoluꝫ requirit q̃d faciat, ſed etiã q̃uo faciat vt ſcꝫ ſm electionẽ rectam operetur, nõ ſolum ex impetu aut paſſione, cum autẽ electio ſit eorum que ſunt ad finẽ, rectitudo electionis duo requirit: ſcilicet debitum finem, ⁊ id quod conuenienter ordinatur ad debitum finem. Ad debitum autem finem homo conuenienter diſponitur per virtutem que perficit partẽ anime appetitiuam, cuius obiectum eſt bonum ⁊ finis: ad id autem quod conuenienter in finem debitũ ordinat, oportet qđ homo directe diſponatur per habitũ rationis: qꝛ conſiliari ⁊ eligere que ſunt eorum que ſunt ad finẽ, ſunt actus rationis, ⁊ ideo neceſſe eſt in ratione eſſe aliquam virtutem intellectualem per quam perficiatur ratio, ad hoc ꝙ cõuenienter ſe habeat ad ea q̃ ſunt ad finẽ, ⁊ hec virtus eſt prudẽtia, vñ pruden

¶ Super art. 4.
In articu. quarto in reſpõſione ad ſecundum dubiũ occurrit eo ꝙ author hic dicit cum Ariſtot. in.6. ethic. quod tam ars q̃ prudẽtia eſt in opinatiua parte anime que ibi ſcilicet in.6. eth. dr diſtingui contra a particula anime ſciẽtifica, ⁊ vt ipſe diuus Thomas ibidẽ affirmat, opinatiuum eſt cogitatiua, ſcientificum autem intellectus: prudentia igitur in cogitatiua ponitur hic, ⁊ tñ in qõne precedente articu. 3. poſita eſt in intellectu.
¶ Ad hoc dr qđ prudẽtia proculdubio eſt in intellectu vt ſe extendit ad ſingularia, propter qđ opꝫ duo hic aduertere. Primo qđ intellectus vt extenſus ad ſingularia dicit ſeipſum ⁊ connotat cogitatiuã que eſt rõ particularis: quia dato qđ intellectus per ſeipſum cognoſcat ſingulare aliquo modo ꝑfecta tñ ⁊ directa notitia actiua q̃lis conuenit prudẽtie de ſingularibꝰ ſingulr non cõuenit intellectui niſi adiũcta ſibi cogitatiua: vt in. 6 dr ethico. ergo opinatiua ps aie hec duo inſinuat. Iõ diuerſa inueniũtur data de ea ſnia etiam a diuo Thoma dum in. 6. ethi. intuẽdo cõnotatam cogitatiuã illi tribuit opinatiui nomen. Et in prima parte. q. 79. ar. 9. ad tertiũ intuendo principalẽ tm intellectum in ipſo ponit opinatiuum: medium enim extremum vtrunqꝫ ſapit. Secũdo qđ vnus habitus eſt quandoque in diuerſis potẽtijs. ſic ꝙ in vna principalr, et in alia ſecũdarie, ⁊ ſic prudẽtia eſt intellectꝰ p̃ncipaliter, et in cogitatiua ⁊ in memoratiua ſecundarie. Et propterea diuerſa de ipſa dñr, que non repugnant dũ nũc principale, nunc ſecundarium ſubm aſſignatur, et de his in ſcda ſecunde. q. 47. amplior erit ſermo: cum prudẽtie ibi diſcutietur, nũc ſufficiant hec communia etiam arti.

¶ Super Art. 5.
In arti. 5. eiuſdem. 57. q. in reſponſione ad tertium dubiũ occurrit: qꝛ author ꝯdicit veritati et ſibi. nã ſm veritatẽ et ipſum in articulo precedente ars nõ p̃ſupponit appetitum rectum neqꝫ ſpectat ad ipſum neqꝫ facit aut inclinat ad ipſum: vt patet ex ſe, ⁊ ex ſupradictis manifeſte. hic vero litera loquens de intellectu practico nõ ſolum quo ad prudentiam, ſed quo ad artem dicit quod veritas intellectus practici accipitur per conformitatem ad appetitum rectum: quod eſt contra predicta, ⁊ quod loquitur de intellectu practico vniuerſaliter vt extendit ſe ad artem patet ex duobus. Primo quia dicit quod hec conformitas ad appetitum rectum habet locum in contingentibus que a nobis fiunt, ſiue ſint agibilia ſiue factibilia. Secundo ex hoc quod ſtatim ex hac radice reddit cauſam obiecti propoſiti intellectus practici extenſi explicite ad artem ⁊ prudentiam.
¶ Ad hoc dicit quod quia intellectus practicus conuenit cum ſpeculatiuo in actu cognitionis, ⁊ differt in actu directionis, differentia practici a ſpeculatiuo non penes cognoſcere ſed penes dirigere attenditur, ideo veritas intellectus ſpeculatiui conſiſtit in cognoſcere: veritas autem intellectus practici in dirigere: et ſic veritas intellectus ſpeculatiui conſiſtit in hoc quod cognoſcere adequatur rei cognite, veritas autem intellectus practici conſiſtit in hoc quod dirigere adequatur principio directiuo, vt autem habetur nono metaphyſice principium determinatiuum ac per hoc directiuum artis ad operandum eſt appetitus. Cum igitur vnumquodque ita ſe habeat ad veritatem ſicut ad entitatem, directionis, actus proprius intellectui practico, ⁊ quo ad eſſe et quo ad veritatem pendet ab appetitu et hoc liquet. Sed quoniam in litera dicitur quod pendet ex appetitu recto, ſcito quod rectitudo iſta non eſt vniformiter accipienda: directio namque vera intellectus practici in agibilibus attenditur penes conformitatem ad appetitum rectum rectitudine finis moralium, que eſt bonitas moralis. Directio autem vera intellectus practici in factibilibus attenditur penes conformitatem ad appetitũ rectum rectitudine finis

artificialiter: quod non eſt appetitum eſſe bonum moraliter: ſed eſſe rectum .i. tendere in rectum finẽ. In nam eſt arte eſt dare finẽ rectum et non rectum. Intẽtionẽ pend: et veritas directionis intellectus practici ab appetitu recto in factibilibus quod ſi ſtatuifica repreſentaret hoiem et per ſtatuã intendat monſtrũ aut improportionata mẽbra volens vel nolens faciat, directio erronea erit, et nõ ab arte: quãuis ipſa vero ſit tñ eſt: quod virtus eſt, ſi autẽ intendat repreſentare monſtrum, vel talem improportionem. directio vera et opus verum erit: propter cõformitatem habens intentionem ſuã cui nata eſt conformari talem rõ, nec te decipiat nomine quoſquam dicens veritatem huiuſmodi non ſpectare ad artem: ſed ad eius vſum. et conſequenter quod vſus etiam intellectus ſpeculatiui ab appetitu pendet ſicut contingit logicum ſillogizare ex quatuor terminis volentẽ. et ex tribus etiã volentem: ac per hoc vere vel non vere logicum vti. ita in arte huiuſmodi. ergo veritas directionis ad vſum ſpectat. nõ ad artem ipſam. Aduerte namque coincidentiam vſus cũ directione in arte, et vide quare appareat quod veritas huiuſmodi ſpectet ad vſum et non ad artem: quãuis enim vſus et directio in arte coincidãt diſtinguuntur tamen ſaltem ratione. et verũ cõuenit directioni veritas, non rõne vſus, ſz rõne proprie naturę quentia eſt dirigere nõ iuſt determinata ad directionem ab appetitu recto. In virtutibus autem ſpeculatiuis ſolus vſus inuenitur pendẽs ab appetitu. Et p hec ſatis patet reſponſio ad obiectionẽ. nã ſuperius dictum eſt, quod ars nec ſupponit appetitũ rectũ moraliter nec inclinat ad ipſum rectũ ſiue moraliter ſiue artificialiter: nunc autem dicitur quod propria veritas eius conſiſtit in conformitate ad appetitũ rectũ non in moralibus, ſed in artificialibus qui tunc eſt cum finem habet a quo obliquando artificiale malum eſt: quia veritas intellectus practici conſiſtit in adequato dirigere: vt exteriora operatis teſtantur hec autem nec veritati, nec authori contradicunt ꝛc.

ſia eſt virtus neceſſaria ad bene viuendum.

Ad Primũ ergo dicendum, quod bonũ artis conſideratur nõ in ipſo artifice, ſed magis in ipſo artificiato: cũ ars ſit ratio recta factibilium: factio enim in exteriorẽ materiã tranſiens nõ eſt perfectio facientis, ſed facti ſicut motus eſt actus mobilis. Ars autẽ circa factibilia eſt: ſz prudẽtie bonũ attenditur in ipſo agente cuius perfectio eſt ipſum agere. eſt enim prudẽtia recta rõ agibiliũ: vt dictũ eſt. et ideo ad artẽ nõ requiritur quod artifex bene operetur: ſz quod bonũ opus faciat. requireretur autẽ magis quod ipſum artificiatum bene operaretur: ſicut quod cultellus bene incideret, vel ſerra bene ſecaret ſi proprie horũ eſſet agere et nõ magis agi: quia nõ habent dominium ſui actus. et ideo ars nõ eſt neceſſaria ad bene viuendũ ipſi artifici: ſed ſolum ad faciendum ipſum artificiatũ bonum. et ad conſeruandum ipſum: prudentia autem eſt neceſſaria homini ad bene viuendum. nõ ſolũ ad hoc quod fiat bonus. ❡ Ad ſecundum dicendum, quod dum homo bonũ operatur nõ ſecundum propriam rõnẽ, ſz motus ex cõſilio alterius: nõdum eſt omnino perfecta operatio ipſius quantum ad rõnẽ dirigentem, et quantum ad appetitum mouentẽ. vñ ſi bonũ operetur, non tamen ſimpliciter bñ quod eſt bñ viuere. ❡ Ad tertium dicendum, quod verũ intellectus practici aliter accipitur quam verũ intellectus ſpeculatiui vt dicitur in. 6. ethi. nã verũ intellectus ſpeculatiui accipitur per conformitatẽ intellectus ad rem. Et quia intellectus nõ põt infallibiliter cõformari rebus in contingentibus ſed ſolum in neceſſariis. ideo nullus habitus ſpeculatiuus contingẽtiũ eſt intellectualis virtus: ſz ſolũ eſt circa neceſſaria. Verũ autẽ intellectus practici accipitur per conformitatẽ ad appetitũ rectũ: que quidẽ cõformitas in neceſſariis locũ nõ habet: que voluntate humana nõ fiunt, ſz ſolũ in contingentibus que poſſunt a nobis fieri: ſiue ſint agibilia interiora, ſiue factibilia exteriora. et ideo circa ſola contingentia ponitur virtus intellectus practici: circa factibilia quidem ars: circa agibilia vero prudentia.

❡ Utrum eubolia ſyneſis et gnomi ſint virtutes adiuncte prudentie. Arti. 6.

Ad ſextũ ſic proceditur. Videtur, quod inconuenienter adiungantur prudentie eubolia, ſyneſis et gnomi. Eubolia enim eſt habitus quo bñ conſiliamur: vt dicitur in. 6. eth. ſz bñ cõſiliari pertinet ad prudẽtiã: vt in eodẽ lib. dicitur. ergo eubolia nõ eſt virtus adiuncta prudẽtie, ſed magis eſt ipſa prudẽtia. ❡ Præterea. Ad ſuperiorẽ pertinet de inferioribus iudicare, illa ergo virtus videtur ſuprema cuius eſt actus iudiciũ: ſed ſyneſis eſt bñ iudicatiua. ergo ſyneſis non eſt virtus adiuncta prudẽtie: ſed magis ipſa eſt principalis. ❡ Præterea. Sicut diuerſa ſunt ea de quibus eſt iudicãdũ ita etiã diuerſa ſunt ea de quibus eſt cõſiliãdũ: ſed circa oĩa cõſiliabilia ponitur virtus vna. ſ. eubolia. ergo ad bene iudicãdum de agẽdis non oportet ponere preter ſyneſim aliã virtutẽ. ſ. gnomin. ❡ Præterea. Tullius ponit in ſua rhetorica tres alias partes prudentie. ſ. memoriam preteritorum, intelligentiã preſentiũ, et prudẽtiã futurorum. Macrobius etiã ponit ſuper ſomnium Scipionis quaſdã alias partes prudentie ſcilicet cautionẽ docilitatem et alia huiuſmodi, non videntur igitur ſole huiuſmodi virtutes prudentie adiungi.

Sed Contra eſt authoritas philoſophi in. 6. ethico. qui has tres virtutes ponit prudentie adiunctas.

Reſpondeo Dicendum, quod in omnibus potentiis ordinatis illa eſt principalior que ad principaliorẽ actum ordinatur. circa agibilia autẽ humana tres actus rationis inueniuntur: quorũ primus eſt cõſiliari, ſecundus iudicare, tertius eſt precipere. primi autẽ duo reſpondent actibus intellectus ſpeculatiui qui ſunt inquirere et iudicare. nã cõſilium inquiſitio quedam eſt. ſed tertius actus eſt proprie practici intellectus inquantum eſt operatiuus. non enim rõ habet precipere ea que per hoiem fieri non poſſunt. Manifeſtum eſt autẽ quod in his que per hominem fiunt principalis actus eſt precipere ad quẽ alii ordinantur, et ideo virtuti que eſt bene preceptiua. ſ. prudẽtie tanquã principaliori adiunguntur tanquã ſecundarie eubolia, que eſt bene conſiliatiua, et ſyneſis et gnomi: que ſunt partes iudicatiue. de quarum diſtinctione dicetur.

Ad Primũ ergo dicendum, quod prudentia eſt bene cõſiliatiua nõ quaſi bñ cõſiliari ſit immediate actus eius: ſz quia hũc actũ perficit mediãte virtute ſibi ſubiecta, que eſt eubolia. ❡ Ad ſecundum dicendum, quod iudiciũ in agẽdis ad aliquid vlterius ordinatur: contingit. n. aliquẽ bñ iudicare de aliquo agẽdo, et tñ nõ recte exequi. ſed vltimũ cõplementũ eſt quando rõ iam bñ precipit de agendis. ❡ Ad tertiũ dicendum, quod iudiciũ de vnaquaque re fit per propria principia eius. inquiſitio autẽ nõdũ eſt per propria principia: quia his habitis nõ eſſet opus inquiſitione, ſed iam res eſſet inuenta. et ideo vna ſola virtus ordinatur ad bene conſiliandũ, due autẽ virtutes ad bene iudicandũ: quia diſtinctio non eſt in communibus principiis, ſed in propriis.

ſic quod appetitui recto non precedenti ſed apto nato ſequi. ita quod intellectus practicus tunc eſt verus, quando talis eſt quod recta electio eſt nata ſibi eſſe conformis, vel in idem redit quando eſt conformatiuus recte electionis ſibi, ſiue ſequatur ſiue non recta electio. Sed quantus ſit hic error manifeſte patet ex allata difficultate. Nam quantumcunque intellectus noſter diſcurrat, nunquam ad hoc peruenire poteſt, vt de particularibus contingentibus habitum per ſe verum ſemper acquirat: quoniam cum ab eo quod res eſt vel non eſt omnino ſit vera vel falſa, et contingentia aliter et aliter ſe habeant, impoſſibile eſt quod intellectus noſtri cognitio conformetur infallibiliter contingentibus, aut ergo nõ eſt virtus prudentia ilia ſcotica: quia virtus intellectualis, vt patet ſexto ethicorum. non eſt niſi verorum, aut ſi eſt virtus non eſt circa contingentia, et ſic non eſt prudentia: ſed ſcientia moralis. Et ſicut errauit in hoc, ita etiam errauit in gloſſa illa et in conſequentibus de quibus infra erit ſermo. tu autem ſectator Ariſtote. et diui Thome cui datum eſt videre quod predicta dum ſi referantur ad perfectionem cognitiuam incompoſſibilia ſunt inſpicias litteram in hac reſponſione. et inuenies quod diuinum authoris ingenium videns dixit quod propter hanc rationem ſcilicet horum incompoſſibilitatem nulla virtus intellectualis ponitur in intellectu ſpeculatiuo cuius perfectio conſiſtit in cognoſcere circa contingentia. vnde vt hec duo coeant, neceſſe eſt ad intellectum digredi cuius perfectio: ac per hoc veritas non conſiſtat in cognoſcere: ſed in alio actu qui perfectum verumque infallibiliter circa contingentia eſſe poſſit. talis eſt autem intellectus practicus vt ſic: quoniam eius perfectio ac veritas in actu dirigendi conſiſtit. que directio infallibiliter eſt vera circa contingentia ſi conſona ſit appetitui recto precedenti. et ſic author virtutem intellectualem ſemper veram reſpectu contingentium ſtatuit non inquantum cognitorum: ſed inquantũ attingibilium ab humano opere propter conformitatem ad appetitum rectum. propterea eſto cautus non ſolum nomine, ſed vi: docte: ne cum de iſtis diſputas in intellectu ſolo ſiſtas ſepe enim intellectui cognoſcenti tantum deerit certa veritas premiſſe particularis: quoniam non eſt cognoſcibilis certitudinaliter: vt patet.

2.q.22. a.1.ad.1 Et.22.q 49.cor. 8.1.q.5? p.10.q. 32.ar.2 cor. Et.3 di.33.q. 3.ar.1.q 3.et.4. Et.ki.q. 5.ar.12. ad.26.q q.5.ar.1 cot.

Sʒ cōtra Eſt, quod dicitur in.1. de libero arbi. Uideť mihi legem iſtam que populo regendo ſcribitur, recte iſta permittere: ⁊ diuinam prouidentiā vindicare: ſed diuina prouidentia non vindicat niſi vitia: ergo recte lex humana permittit aliqua vitia non cohibendo ipſa.

Rn̄deo Dōm, ꝙ ſicut iā dictū eſt, lex poniť vt quedā regula vel menſura humanorū actuū: mēſura aūt debet eſſe homogenea mēſurato: vt dī in.10. meta. diuerſa em̄ diuerſis mēſuranť: vñ opʒ ꝙ etiā leges imponanť hoībus ſm eorū cōditionē: q: vt iſidor⁹ dicit lex dʒ eſſe poſſibilis ⁊ ſʒ nāʒ ⁊ ſʒ cōſuetudinē patrie. Poteſtas āt ſiue facultas operādi ex interiori habitu ſeu diſpoſitione procedit. non em̄ idē eſt poſſibile ei qui nō hʒ habitū virtutis: ⁊ virtuoſo: ſicut etiā nō ē idē poſſibile puero ⁊ viro pfecto: ⁊ ꝓpter hoc non poniť eadē lex pueris que poniť adultis, multa em̄ pueris pmittuntur que in adultis lege puniuntur: vel etiā vituperanť: ⁊ ſiľr multa ſunt pmittēda hominibus nō pfectis virtute que non eſſent tolerāda in hoībus virtuoſis. Lex autē humana poniť multitudini hoīuʒ in qua maior pars eſt hoīuʒ non pfectorū virtute: ⁊ ideo lege humana nō ꝓhibenť oīa vitia a quibus virtuoſi abſtinēt: ſed ſolū grauiora a quib⁹ poſſibile eſt maiorē partē multitudinis abſtinere: ⁊ precipue que ſunt in nocumentū aliorū, ſine quorum prohibitione ſocietas humana cōſeruari non poſſet: ſicut prohibenť lege humana homicidia ⁊ furta ⁊ huiuſmodi.

Ad primū Ergo dōʒ: ꝙ audacia pertinere videtur ad inuaſionē aliorū: vnde precipue ptinet ad illa peccata quib⁹ iniuria primis irrogať: que lege humana prohibentur: vt dictū eſt. ¶ Ad ſm dōʒ, ꝙ lex humana intendit homines inducere ad virtutē, nō ſubito ſed gradatim: ⁊ ideo non ſtatim multitudini imperfectorū imponit ea que ſunt iam virtuoſorū: vt.ſ. ab oībus malis abſtineāt: alioquin imperfecti huiuſmodi p̄cepta ferre nō valētes in deteriora mala prorūperēt: ſicut diciť puer.30. Qui nimis emūgit, elicit ſanguinē: ⁊ mat.9. ꝙ ſi vinū nouū.i. precepta pfecte vite, mittatur in vtres veteres.i. in homines imꝑfectos: vtres rūpunť ⁊ vinū effundiť.i. precepta contēnunť: ⁊ hoīes ex contēptu ad peiora mala prorūpūt. ¶ Ad 3^m^ dicēdū, ꝙ lex naturalis eſt q̄dā participatio legis eterne in nobis: lex āt humana deficit a lege eterna. Dicit em̄ aug. in.1. de lib. arbi. Lex iſta q̄ regēdis ciuitatib⁹ ferť multa cōcedit atqʒ impunita relinquit q̄ p diuinā ꝓuidētiā vindicanť: neqʒ em̄ q: non oīa facit: ideo que facit improbāda ſunt: vñ etiā lex humana non oīa pōt ꝓhibere q̄ ꝓhibet lex nature. | ā.q.93. ar.3.ad 3.⁊.ā.q 100.ā. 2.cor.

¶ Utrū lex humana p̄cipiat act⁹ omniū virtutū. Art.3.

Ad tertiū Sic ꝓcediť. Uideť ꝙ lex humana non precipiat actus omniū virtutū. Actibus enim virtutū, opponūtur actus vitioſi: ſed lex humana non ꝓhibet oīa vitia: vt dictū eſt: ergo etiā non precipit actus omniū virtutū. ¶ P̄. Actus virtutis a virtute procedit: ſed virtus eſt finis legis, et ita quod eſt ex virtute ſub precepto legis cadere non poteſt: ergo lex humana non precipit actus omniū virtutū. ¶ P̄. Lex humana ordinatur ad bonum commune: vt dictum eſt: ſed quidam actus virtutū non ordinanť ad bonū commune: ſed ad bonū priuatum: ergo lex non precipit actus omnium virtutū.

Sed cōtra Eſt, quod pħs dicit in.5. ethic. quod precipit lex fortis opera facere: ⁊ que temperati ⁊ que manſueti. Similiter autem ſecundum alias virtutes ⁊ malitias: hec quidem iubens: hec autem prohibens.

Rn̄deo Dōm, ꝙ ſpēs virtutū diſtinguunť ſm obiecta: vt ex.ſ. dictis pʒ: oīa aūt obiecta virtutū referri pñt vel ad bonū priuatū alicuius pſone: vel ad bonū cōe multitudinis: ſicut ea q̄ ſunt fortitudinis pōt aliquis exequi vel ꝓpter cōſeruationē ciuitatis: vel ad ꝯſeruādū ius amici ſui. ⁊ ſimile eſt in aliis. Lex aūt vt dictū eſt, ordinať ad bonū cōe: ⁊ iō nulla

tiuis ſʒ ignorātie praue diſpōnꝫ. Sʒ hec rñſio diſſonat ab vꝫ ſimpliciter, vt in litera ſʒ. ꝛ a calce corporis arti.ͥ ubi dr̄ ꝙ a legiſlatore ordinant̄ pꝛeſtātia ad bonā diſciplinā ꝑ quā ciues informant̄, vt cōe bonū iuſtitie ꝛ pacis cōſeruēt. Cōſtat eñ nōnihil ad hec cōferre diſciplinā ſpeculatiuā ī ſʒ mediate. Secūdo ꝙ dr̄ ꝙ ōis actus virtutū pōt referri ſimpl. ꝓ bo ſm ſe. ꝛ ſic falſum ē ꝙ pōt recte referri in bonū priuatū aut publicū. 2º ſʒ actꝰ qbꝰ hō attingit illa. ꝛ ſic nihil ꝓhibet oīum virtutū obiecta ad priuatū vel publicū bonū recte referri poſſe. nā licet deꝰ glorioſus nō ſit referibilis recte in meū vel cuiuſqꝫ creature bonū: actꝰ tñ qbꝰ cōtēplamur illū in nr̄m bonū recte referunt̄ ꝛ ſcđm ſe ꝛ ſʒ vtilitates ꝑſītes. Et h̄ ſufficit phīs intētioni ad cōcludēdū ꝙ lex hūana de actibꝰ oīum virtutū intellectualiū ꝛ moraliū diſponere pōt: ꝛ diſponit de ſpeculatiua ſapiētia dū homines aliqs illiteratos iubet ꝛ vt ſapientes facit etiam ad minora iudicanda potentiores ſint ꝛc.

¶ Super Artic. 4.

In artic. 4. eiuſdē. q. aduerte diligenter vt ſcias applicare cōditiones legis iuſte vel iniuſte ad particulares leges: qꝛ inde multos caſus cōſciētie in gabellis ꝛ grauaminibus ꝛ huiuſmodi publicꝭ clarificabis: preſertim ex fine ꝛ equalitate proportionali quā tenetur ſaluare iuſtitia diſtributiua.

22ª. q. 60. a. 5. ad 1m.

¶ In eodem art. 4. dubium occurrit an lex humana ita obliget in foro conſcīe. ꝙ hō teneatur mori pro eius obſeruatione. Et eſt occaſio dubitandi qꝛ qdā dicūt ꝙ ius poſitiuū nō hʒ hanc ꝑtātē niſi in cā fidei, vel tuēde reipublice: ꝓpterea inquiūt ꝙ licite ꝓp euitādā mortē celebrare qs pōt cū excōicatis nominatim ꝛc. ꝛ ſic ius poſitiuū iura nō ſeruat̄. ¶ Sʒ hāc opinionē eſſe erroneā multiplr̄ monſtrat̄. Primo ex rōne tacta in litera ſcʒ qꝛ quilibet homo nō ſolū ſʒ id ꝙ hʒ, ſed ſʒ ipſum ꝙ eſt, multitudinis eſt: ſicut qlibet pars id ꝙ eſt, totius eſt. Ex hoc nanqꝫ ſeqtur ꝙ lex humana q ſicut quelibet alia lex ad cōe bonū reſpicit poteſtatem habet ſupra id quod eſt quilibet homo: ac per hoc ſuper vitam ipſiꝰ: ac per hoc poteſt diſponere ꝛ ordinare de expoſitione vite cuiuſqꝫ ꝓ cōi bono pro quo ſit ōis lex: vt in q. 90. articulo ſecundo dictū eſt. Amplꝰ lex humana eſt preceptiua ꝛ obligatiua ad peccatū mortale: vt manifeſte patet quā precipit aliquid ſub pena excōmunicationis late ſententie vel ſub pena capitis ergo eſt cōſtitutiua alicuiꝰ actus in hoc ꝙ ſit peccatum mortale. ergo eſt obligatiua ad euitandū magis actū illū, quā mortem corporalē: qꝛ mors ale fugienda eſt magis ꝙ mors corporis. Perinde eſt ergo dicere, ꝙ lex humana nō pōt obligare hoīem ad mortē pro ſui obſeruatione: ꝛ dicere ꝙ lex humana nō pōt conſtituere aliquē actū in hoc ꝙ ſit peccatum mortale: imo in hoc ꝙ ſit peccatū: qꝛ etiā ꝓ vitādo veniali tenet̄ homo mori. Et cōfirmat̄ qꝛ homo tenet̄ potius mori ꝙ contrahere matrimonium ſine diſpēſatione cū ſorore cōſobrina: ꝛ tñ hoc ſolo poſitiuo iure eſt prohibitū ſicut ſacerdos tenetur mori potius ꝙ miſſam celebrare abſqꝫ calice: corporali altari: ꝛ lumine: veſtibus ſacerdotalibus: ꝛ aliis requiſitis ex iure humano. Accedit ad hec capi. Sacris. de his que vi metuſve cā fiunt: vbi in materia iuris poſitiui ſcʒ de incurſu excōicationis ꝓpter ꝑticipationē cū excōicato innocentius tertius dicit ꝙ metꝰ nō excuſat ab excōicatione: qꝛ potiꝰ dʒ mori quā peccare mortaliter. vnde totū oppoſitū illius opinionis ē verū. Illa nāqꝫ putat ꝙ regulariter lex poſitiua nō obligat ad mortē ꝓ ſui obſeruatione quibuſcūqꝫ precipiat. In caſu aūt ſ. ꝓ fide vel prima ſe. ¶ Nos aūt ſm veritatem dicimus ꝙ vir lex ſeptima obligat ad mortem pro ſui obſeruatiōe in caſu aūt non, ex benignitate legiſlatoris ſorte accidit ī lege de vitandis excōmunicatis: de ꝙ qꝛ ſʒ ē ad ꝓpoſitū niſi exēplariter. nihil dico niſi ꝙ dicētes ꝙ līs lʒ ex metu cadēte in cōſtātē virū celebrare corā excōicatis: qꝛ lex humana non obligat ad mortē pro ſui obſeruantia ꝛ vñ. ꝛ niſi aliunde huic metui ſubueniant falſa doctrina eſt excuſās participationē ex metu: ſicut de aliis dictū eſt. Et aduerte hic diligentiſſime quod qꝛ lex poſitiua precipiendo ſeu ſtatuendo facit de actibus indifferētibus virtuoſos vel vitioſos: eos dū ſub aliquo virtute aut vicio actū determinat fore: precipiendo enim abſtinētiam ponit actū illū ſub ſeparāria ſpecie ꝑcipiēdo ſolui gabellē ponit actum illum ſub iuſtitias precipiē do cultum diuinum ponit ſub religione: ꝛ ſic de aliis. Et ꝓpterea ſicut in foro conſcientie tenetur quis ad actus virtutum, ꝛ ad euitandos actus vitioſū nec excuſatur metu ꝛc. ita non excuſatur ab iniuſtitia ſacrilegio ꝛc. qui determinata ſic ꝯ lege contemnit aut incurrit ꝛc.

virtus ē de cuiꝰ actibꝰ lex ꝑcipere nō poſſit: nō tñ de oībꝰ actibꝰ oīum virtutū lex hūana precipit: ſed ſolū de illis q ordinabiles ſunt ad bonū cōe, vel immediate: ſicut cū aliqua directe ꝓpter bonū cōe fiūt. vel mediate: ſicut cū aliqua ordinant̄ a legiſlatore ꝑtinentia ad bonā diſciplinā ꝑ quā ciues informant̄ vt cōmune bonū iuſtitie ꝛ pacis conſeruēt.

Ad pᵐū Ergo dōʒ, ꝙ lex humana nō ꝓhibet oēs actus vitioſos ſʒ obligationē ꝑcepti ſicut nec ꝑcipit oēs actꝰ virtuoſos: ꝓhibet tñ aliquos actꝰ ſingloꝝ vitioꝝ, ſicut ēt ꝑcipit quoſdā actꝰ ſingulaꝝ virtutū. ¶ Ad ſʒ dōʒ, ꝙ aliqs actꝰ dr̄ eē virtutis 2ʳ. Uno mō ex eo ꝙ hō opat̄ virtuoſa: ſicut actꝰ virtutis iuſtitie ē facere recta: ꝛ actꝰ fortitudinis facere fortia: ꝛ ſic lex ꝑcipit aliqs actꝰ virtutū. Alio mō dr̄ actꝰ virtutꝭ qꝛ aliquis opat̄ virtuoſa eo mō q virtuoſus opat̄. ꝛ talis actꝰ ſemꝑ ꝓcedit a virtute: nec cadit ſub precepto legis. ſʒ ē finis ad quē legiſlator ducere intēdit. ¶ Ad 3ᵐ dōʒ, ꝙ nō ē aliq̄ virtus cuiꝰ actus nō ſint ordinabiles ad bonū cōe vt dictum eſt (vel mediate) vel immediate.

¶ Utrū lex humana imponat homini neceſſitatē in foro conſcientie. Artic. 4.

AD quartū Uidetur ꝙ lex humana nō imponat homini neceſſitatē in foro cōſciētie. Inferior enī ꝑtās nō pōt imponere legē in iudicio ſuperioris ꝑtātis: ſʒ ꝑtās hūana que fert legē humanā eſt infra ꝑtātē diuinā. ergo lex humana nō pōt imponere legē quantū ad iudiciū diuinū ꝙ eſt iudiciū cōſciētie. ¶ Pꝛ. Iudiciū conſciētie maxime depēdet ex diuinis mandatis: ſed qñqꝫ diuina mādata euacuant̄ ꝑ leges humanas: ſm illud matth. xv. Irritū feciſtis mādatū dei propter traditiones veſtras. ꝙ lex humana nō imponit homini neceſſitatē ꝗntū ad cōſcientiā. ¶ Pꝛ. Leges humane frequēter ingerūt calūniā ꝛ iniuriam hominibus, ſm illud Eſa. 10. Ue qui cōdūt leges iniquas ꝛ ſcribētes iniuſtitias ſcripſerunt vt opprimerēt in iudicio pauperes, ꝛ vim facerent cauſe humiliū populi mei, ſed licitū eſt vnicuiqꝫ oppreſſionē ꝛ violentiā euitare. Ergo leges humane nō imponūt neceſſitatem homini, quātū ad conſcientiam.

Sed ꝯtra Eſt, ꝙ dr̄ .1. Petri. 2. Hec eſt gratia, ſi ꝓpter conſcītiā ſuſtineat qs triſtitias, patiēs iniuſte.

Rñdeo Dōʒ, ꝙ leges poſite hūanitus ſunt iuſte vel iniuſte. Si qdē iuſte ſint: habēt vim obligandi in foro cōſcientie a lege eterna, a qua deriuantur: ſm illud prouerb. 8. Per me reges regnāt, ꝛ legum conditores iuſta decernūt. Dicūtur aūt leges iuſte ꝛ ex fine: qñ. ſ. ordināntur ad bonū cōmune: ꝛ ex actore, qñ. ſ. lex lata non excedit poteſtatem ferentis. ꝛ ex forma: qñ ſcilicet ſʒ equalitatē ꝓportionꝭ imponunt ſubditis onera in ordine ad bonū cōmune. cū. n. vnꝰ hō ſit ꝑs multitudinis, qlibet hō hoc ipm ꝙ ē ꝛ ꝙ hʒ, ē multitudinis: ſicut ꝛ quelʒ ꝑs id ꝙ eſt, eſt totꝰ. vñ ꝛ nā aliquod detrimētū infert pti vt ſaluet totū. Et ſcđʒ hoc leges hmōi onera ꝓportionabilr̄ inferētes iuſte ſunt, ꝛ obligāt ī foro cōſciētie, ꝛ ſunt leges legales. ¶ Iniuſte aūt ſunt leges duplr̄. Uno mō per cōtrarietatē ad bonū hūanū e cōtrario ꝑdictis. Uel ex fine: ſicut cū aliqs ꝑſidēs leges iponit oneroſas ſubditis nō ꝑtinētes ad vtilitatē cōem, ſʒ magis ad ꝓpriā cupiditatē vel gloriā. Uel ēt ex actore: ſicut cū aliquis legē fert vltra ſibi cōmiſſam ꝑtātē. Uel etiā ex forma: puta cū inequaliter onera multitudini diſpenſant̄ ēt ſi ordinent̄ ad bonū cōe. Et hmōi magꝭ ſunt violētie ꝙ leges: qꝛ ſicut aug. dicit ī li. de lib. arb. lex eſſe nō videtur que iuſta non fuerit vñ tales leges nō obligāt in foro cōſcētie niſi forte ꝓp vitādū ſcādalū vel turbationē ꝓp ꝙ etiā hō iuri ſuo dʒ cedere: ſʒ illud matth. v. q angariauerit te mille paſſus vade cū eo alia duo ꝛ q abſtulerit tibi tunicā, da ei ꝛ palliū. ¶ Alio modo leges pñt eſſe iniuſte ꝑ cōtrarietatē ad bonū diuinū: ſicut leges tyrānoꝝ inducētes ad idolatriā, vel ad quodcūqꝫ aliud ꝙ ſit cōtra legē diuinam. ꝛ tales leges nullo modo licet obſeruare: quia ſicut dicitur actuū. 4. Obedire oportet deo magis quam hominibus.

Ad pᵐū Ergo dōm, ꝙ ſicut apoſtolus dr̄ ad rom. 13. Omnis poteſtas humana a deo eſt: ꝛ ideo q ꝑtāti reſiſtit in his qui ad poteſtatis ordinē ꝑtinēt, dei ordinationi reſiſtit: ꝛ ſm hoc efficit̄ reꝰ ꝗntū ad cōſcientiā. ¶ Ad ſm dōm, ꝙ rō illa ꝓcedit de legibꝰ humanis q ordinant̄ cōtra dei mādatū, ꝛ ad hoc ordo ꝑtātis nō ſe extēdit. vnde in talibꝰ legi humane nō eſt parendū. ¶ Ad tertiū dicēdū, ꝙ ratio illa ꝓcedit de lege q infert grauamē iniuſtum ſubditis, ad ꝙ etiā ordo poteſtatis diuinitus cōceſſus nō ſe extēdit. vnde nec in talibus hō obligatur vt obediat legi ſi ſine ſcādalo vel maiori detrimēto reſiſtere poſſit.

¶ Utrum omnes ſubiiciantur legi. Arti. 5.

AD qntū Sic procedit̄. Uidetur ꝙ nō oēs legi ſubiiciantur. Illi enim ſoli ſubiiciuntur legi quibus lex ponitur: ſed apoſtolus dicit. 1. ad thimo. 1. ꝙ iuſto nō eſt lex poſita. ergo iuſti nō ſubiiciuntur legi humane. ¶ Pꝛ. Urbanus papa dicit ꝛ hētur in decre. 19. q. 2. Qui lege priuata ducit̄ nulla ratio exigit vt publica cōſtringat̄ lege aūt priuata ſpūſſan. ducunt̄ oēs viri ſpūales q ſunt filii dei: ſʒ illō ro. 8. Qui ſpū dei aguntur hi filii dei ſunt. ꝙ nō oēs hoīes legi hūane ſubiiciunt̄. ¶ Pꝛ. Iuriſperitus dicit ꝙ princeps legibꝰ ſolutꝰ ē. q aūt eſt ſolutꝰ a lege nō ſubdit̄ legi. ꝙ nō oēs ſbti ſunt legi.

¶ Super articulum quintum.

In articulo. 5. eiuſdem. q. 96. nota quod quum in litera dicitur ꝙ iuſti non ſubſunt legi vt coactiue: poteſt dupliciter intelligi. Primo quod lex non habet vim coactiuam ſuper iuſtos. Et hic ſenſus eſt falſus: quia ſuper omnes ſubditos tam lex vina ꝙ qua promulgant habet poteſtatem coactiuam: quamuis in iuſtos nō exerceat coactionē: quia nō oportet. Secundo quod iuſtus ex parte ſua non ſubdit̄ legi vt coactꝰ: ꝛ hic ſenſus eſt verus, ꝛ intentus: quia iuſtus voluntarie legi ſubiicitur.

¶ In eodẽ .5. ar. in reſponſione ad .3. du^m occurrit quõ ſtãt hec duo ſ. q principeps obliget q̃ ad deũ: ita q peccat non ſeruãdo legẽ: ⁊ q lex nõ hꝫ vim coactiuã ſup eũ ſit eñ peccat humanã legẽ trãſgrediẽdo obligat⁹ eſt legi ꝓculdubio obligãti eũ: ac ꝑ hoc vim coact. nã in eũ hñti: quã nõ exercet: ⁊ ſi eũ nõ põt cogere: lex eũ nõ obligat: ⁊ ſi nõ obligat lex principẽ: princeps nõ obligatur: ⁊ ſi nõ obligatur nõ peccat nõ ſeruãdo eã. Et ꝯfirmatur declarãdo: qꝛ quãuis que ſapiẽs aliquis (vt plato: vel ariſto.) leges excogitet optimas ꝓ bono cõi ⁊ diuulgentur: quia nõ habet vim coactiuã: ſed directiuã tñ cõſtat q ſi obligãt principẽ aut alios: ḡ lex a principe cõdita illã directiuã vim hẽat quõ debeat ipſe ſe hẽre nõ tñ obligat eũ: qꝛ coactiuã vim ſuper eũ nõ hꝫ. Et arguitur du^m ex rõne in lr̃a aſſignata de vi coactiua legis arguẽdo ſic: lex nõ habet vim directiuã: niſi ex principis poteſtate: ergo ꝑ vim directiuã nõ obligat principẽ. Aſſũptũ pꝫ: qꝛ ſecluſa poteſtate principis lex nõ eſt lex niſi equiuoce: vt leges platonis q̃ mõſtrãt tñ ꝯſequẽtia eſt nota: qꝛ nulli⁹ a ꝓpria poteſtate obligatur: ſicut nec cogit vt in lr̃a dr̃. Et cõfirmatur qꝛ aſſerẽda eſt cã obligatiua principis ad obſeruãtiã ſue legis

Sed contra Eſt q apl̃s dicit ro. 13. Omnis aĩa poteſtatib⁹ ſublimiorib⁹ ſubdita ſit: ſed non videtur eſſe ſubdit⁹ poteſtati qui nõ ſubijcitur legi quam fert poteſtas: ḡ omnes homines debent eſſe legi ſubiecti.

Reſpondeo Dicendũ q ſicut ex ſupradictis pꝫ lex de ſui rõne duo hꝫ. Primo quidẽ q eſt regula humanorũ actuũ. Scdo q hꝫ vim coactiuã. Dupliciter ḡ aliq̃s hõ põt eſſe legi ſubiect⁹. Uno mõ ſicut regulatũ regule: ⁊ hoc mõ oẽs illi q̃ ſubdunt poteſtati ſubdunt legi q̃ fert poteſtas. Q̃ aũt aliq̃s poteſtati nõ ſubdatur: põt contingere dupliciter. Uno mõ qꝛ eſt ſimpliciter abſolut⁹ ab ei⁹ ſubiectione: vñ illi q̃ ſunt de vna ciuitate vel regno nõ ſubdunt legib⁹ principis alterius ciuitatis vel regni: ſicut nec ei⁹ dominio. Alio mõ ſcḋm q regitur ſuperiori lege: puta ſi aliquis ſubiect⁹ ſit ꝓcõſuli: regulari dꝫ ei⁹ mandato, nõ tamẽ in his q̃ diſpenſant ei ab imperatore: quãtũ eñ ad illa nõ aſtringitur mandato inferioris cũ ſuperiori mãdato dirigatur: ⁊ ſcḋm hoc cõtingit q aliq̃s ſimpliciter ſubiectus legi ſcḋm aliq̃ legi nõ aſtringitur ſcḋm q̃ regitur ſuperiori lege. Alio vero mõ dr̃ aliq̃s ſubdi legi ſicut coactũ cogẽti: ⁊ hoc mõ hoĩes virtuoſi ⁊ iuſti nõ ſubdunt legi: ſed ſoli mali: q enim

de⁹ immediate non eſt. qꝛ nullũ eſt ibi opus dei immediate: vt pꝫ. Cõitas multitudinis nõ eſt: qꝛ ſubiecta eſt principi: vt ſupponitur: de tali eñ principe ẽ ſermo: vel ſaltẽ de lege ꝓpria principis, q̃ nõ fit a multitudine: voluntas ꝓpria nõ: pacto nõ: voto: nõ iuramẽto: ⁊ breuiter nõ cõtractu aut vinculo quocũq̃ interueniẽte: eſt ergo ⁊c. Cõfirmatur hoc qꝛ nõ eſt minus libera in ſe volũtas principis ex hoc q precepit ſubditis q̃ ſi nõ precepiſſet eiſdẽ. Sed lex nihil aliud eſt q̃ preceptũ ad ſubditos: quia eſt effect⁹ poteſtatis gubernatiue: que eſt prĩ^m dirigẽdi aliud inquantũ aliud: vt pꝫ in .5. ⁊ .6. metha. ſ. ¶ Ad h̃ du^m tãto difficilius q̃to litera ſola auctoritate doctrinã vedit hãc: dr̃ q quã princeps nõ ſubijciatur legi niſi q̃ ad deũ (q idẽ eſt q ſubijci legi in foro conſcie) ex eodẽ hꝫ vim lex obligãdi principẽ, vñ hꝫ vim obligãdi in foro cõſcie: vt aũt in ar. 4 dcm̃ eſt lex habet vim obligatiuã in foro cõſcie ab eterna lege a q̃ deriuatur: opꝫ igitur vt lex hẽat vim obligatiuã principis ab eterna lege: ⁊ quẽadmodũ lex humana nõ deriuatur ab eterna immediate: ſꝫ mediãte lege nãli: ita hꝫ mediãte illa vim obligatiuã in foro cõſcie. Eſt nãq̃ de iure nãe: vt q tibi non vis fieri, alteri ne feceris: ⁊ ꝯñr vt ius q tibi nõ vis alteri nõ ſtatuas: ac ꝑ hoc quã quis alteri legẽ põit ⁊ nõ ſibi: nãe ius violat: ſicut etiã ſubdit⁹ inobediẽs principis legitimãe ius dictãs q iuſtis ad cõe bonũ ab hñte poteſtatem ſtatutis parẽdũ eſt violat: ab eterna lege vim humane legi tribuẽs. Et hãc rõnẽ quo ad primã eius partem author in lr̃a ſub authoritate canonis induxit: ex hac aũt radice q. ſ. lex humana eſt obligatiua in foro ꝯſcie ⁊ principis ⁊ ſubditorũ ex lege eterna medio iure nãe ꝓuenit: q quã in lege ſint due vires. ſ. directiua ⁊ coactiua: ⁊ inter eas ſit habita ſuperi⁹ ex ar. 2. q. 92. differẽtia talis q vis directiua reſpicit ipſos act⁹ licitos vel illicitos aut in differẽtes: coactiua autẽ penã inductiuã ad obſeruantiã legis. Prouenit inq̃ primo q vis obligatiua humane legis in foro cõſcie ad vim directiuã legis, impoſitiua autẽ pene ad vim coactiuam legis ſpectat. Prouenit ſcḋo q licet vtraq̃ vis directa. ſ. ⁊ coactiua ſuper poteſtate principis fundetur: qꝛ neutra vis in ſuo robore eſt niſi ab hñte poteſtatẽ: differũt tamẽ multũ quo ad actũ: qꝛ vis coactiua actũ ſuũ q̃ eſt cogere ⁊ punire inuitũ nõ põt exercere niſi ſola poteſtate principis: nemo eñ põt aliquẽ punire inuitũ niſi principis auctoritate: vis autẽ directiua actũ ſuũ q̃ ẽ dirigere exercet ex eterna legis auctoritate: ex q̃ ſemel ab humana poteſtate lex ẽ cõdita. Et qꝛ fruſtra ẽ potẽtia q̃ nõ ẽ reducibilis ad actũ: iõ vis coactiua legis humane nõ extẽdit ſe ad eũ re^a cui⁹ nõ ẽ reducibilis ad actũ: ac ꝑ hoc nõ extẽdit ſe ad principẽ q̃ nõ põt a ſua poteſtate cogi (vt in lr̃a dr̃) ſꝫ ad alios q̃ ⁊ ſi nõ puniant: puniri tamẽ poſſũt a principis poteſtate inuiti: vis autẽ directiua euiſdẽ extẽdit ſe ad oẽs principes. ſ. ⁊ ſubditos: quia actus eius re^a omniũ exercetur: dirigitur eñ q̃s a ſcḋo ⁊ ab alio. Et rurſus nõ ẽ ampli⁹ in poteſtate principis op⁹ ad actũ directiõis ex quo cõdita ẽ lex ſꝫ auctoritate eterne legis humana lex actũ directionis exercet. ¶ Ex his ãt facile pꝫ ſolo oboꝝ. Ad p^m ſiq̃dẽ dr̃ q nulla repugnãtia ẽ dicẽdo: qꝛ alterã ẽ vis obligatiua legis humane i foro ꝯſcie ſeu q̃ ad deũ: ⁊ altera vis coactiua euiſdẽ qua hõ hoĩem puniẽdo iudicat: ⁊ q p^a hꝫ locũ in principe nõ ſcḋa: qꝛ hoĩem nõ hꝫ ſupra ſe vt in lr̃a dr̃. Et ex h̃ ꝓuenit q papa nulla iuris humani pena ligatur quãtãcũq̃ ꝯ leges faciat. Ad cõfirmationem ſeu declarationẽ dr̃ q leges ſcripte a ſapiẽtib⁹ nõ hñtib⁹ curã cõitatis nõ ſolũ carẽt vi coactiua: ſꝫ etiã directiua: ſꝫ hñt eñ ſolã vim ꝯſilij vt ex dictis pꝫ. Ad au

gmẽtũ dubij dr̃ q vis directiua legis humane põt ſumi vel quo ad ſubam vel quo ad opationẽ. Et ſꝫ ſubaꝫ nõ eſt niſi a poteſtate principis ſicut vis coactiua: ſcḋm vero operationẽ falſum eſt. q nõ eſt niſi a poteſtate principis: qm̃ vt oſtenſum fuit ex quo lex cõdita eſt a poteſtate principis vis directiua dirigit obligãdo in cõſcie foro auctẽte legis eterne abſq̃ quacũq̃ cooperatione poteſtatis principis q nõ accidit in vi coactiua quo ad ei⁹ operationẽ: vt ex dictis pꝫ. Dicitur ſcḋo q eſſe a ſola poteſtate principis ſꝫ ſui rõ q vis coactiua nõ ſe extendit ad principẽ: nõ tñ ẽ rõ q vis directiua nõ ſe extẽdat ad eundẽ: qꝛ nemo cogitur a ſeipſo ſed dirigitur ⁊ obligatur a ſeipſo. Prima reſpõſio negat aſſumptum quo ad actũ ſcḋa ſequelã. Ad ꝯfirmationẽ petitẽ tamẽ obligatiuã principis ad obſeruãtiã ꝓprie legis dicitur q eſt cã duplex i. ꝓpria voluntas: ⁊ lex eterna. Propria autẽ voluntas nõ q̃ eligit obligationẽ libere vel cõtractu aliquo: ſꝫ q̃ eligit legem ꝓmulgare. Ex hoc nãq̃ ipſo q voluntarie legẽ ꝓmulgat vult ordinationẽ illã hẽre vim legis: ⁊ quia ordinationem aliquã obtinere vim legis eſt ſortiri ab eterna lege vim directiuam in foro conſciẽtie: cui etiam princeps ſubijcitur: ideo

eſt coactũ ⁊ violentũ eſt contrariũ volũtati. volũtas aũt bonorũ cõſonat legi a qua malorũ volũtas diſcordat: ⁊ ideo ſecundũ hoc boni non ſunt ſub lege: ſed ſolum mali.

Ad primũ Ergo dicendũ q rõ illa procedit de ſubiectione q̃ eſt ꝑ modũ coactionis: ſic eñ iuſto nõ eſt lex poſita: qꝛ ipſi ſibi ſunt lex dũ oſtendũt opus legis ſcriptũ in cordib⁹ ſuis: ſicut apl̃s ad ro. 2. dicit: vñ in eos nõ hꝫ lex vim coactiuã ſicut hꝫ in iniuſtos. ¶ Ad ſcḋm dicendũ q lex ſpũſſancti eſt ſuperior oĩ lege humanit⁹ poſita: ⁊ ideo viri ſpũales ſcḋm hoc q lege ſpũſſancti ducũtur, nõ ſubdunt legi q̃tũ ad ea q̃ repugnãt ductioni ſpũſſancti: ſꝫ tamẽ hoc ipſũ ẽ de ductu ſpũſſãcti q hoĩes ſpũales legib⁹ humanis ſubdant: ſcḋm illud. 1. pet. 2. Subiecti eſtote oĩ humane creature ꝓpter deũ. ¶ Ad 3^m dicẽdũ, q princeps dicitur eſſe ſolut⁹ a lege quantũ ad vim coactiuã legis: nullus enim ꝓprie cogitur a ſeipſo: lex ãt nõ hꝫ vim coactiuã niſi ex principis poteſtate. Sic igitur princeps dr̃ eſſe ſolut⁹ a lege qꝛ nullus in ipſum poteſt iudiciũ cõdẽnationis ferre ſi cõtra legẽ agat: vnde ſuper illud pſal. Tibi ſoli peccaui ⁊c. dicit glo. q rex nõ habet hoĩem qui ſua facta diiudicet: ſed q̃tũ ad vim di-

ex propria voluntate principis ⁊ ex eterna lege vim obligatiuã principis in foro cõſcie lex humana hꝫ: diuiſis diuerſimode: qꝛ ab eterna lege ſicut a cauſa a qua eſt vis obligatiua huiuſmodi: a volũtate vero principis ſicut a determinãte cauſam vlẽm ad effectũ ſpãlẽ: ſicut in nãlibus cauſa vniuerſalis puta ſaturn⁹ reſpectu rerũ ſigarũ determinatur ad ſpãlem effectũ puta oſſa a ſemine talis ꝓducẽtis animal hñs oſſa: ſicut eñ producere tale animal ſub ſaturno eſt determinare ipſum ad oſſa ꝓducẽda in illo: ita cõſtituere legẽ ſub deo eſt determinare deũ ad cõicandã vim obligatiuã in foro conſcientie legis: ⁊ ſicut oſſa reducunt in ſaturnum vt cãm: ita vis iſta obligatiua in legẽ eternã. Et ꝑ h̃ pꝫ rñſio tũ ad id q dicitur q de⁹ nihil hic agit immediate: nõ eñ opꝫ hoc dicere ſed ſufficit q dcm̃ eſt: tũ ad id q dicitur de volũtate principis: pꝫ eñ q ex ſuppõne q legẽ voluerit obligat⁹ remanet: ⁊ nõ min⁹ liber quo ad velle ⁊ nolle: ſed quo ad bene vel male velle id q lege poſitũ eſt. Aduertẽdũ tñ eſt hic q q̃dã ſunt leges de cõmunib⁹ toti multitudini: q̃dã de ꝓprijs aliquoꝝ actib⁹: puta de militib⁹: quã dr̃ q princeps ſubijcitur legi nõ intelligit de lege ſpeciali: puta militũ niſi ipſe ſit miles: ſꝫ intelligitur de lege cõmuni. In calce euiſdẽ rñſionis ad 3^m du^m etiã difficile occurrit: quõ ſtãt iſta ſimul quod princeps põt legẽ tollere, mutare, ⁊ in ea diſpẽſare: ⁊ q ipſe in foro cõſciẽtie ſubdatur legi: vt determinatũ eſt. Et cõfirmatur hoc qꝛ nõ deterioris cõditionis eſt ipſe q̃ aliquis ſubditus: ſed princeps poteſt eximere vnum ſubditũ a lege cõi: qui apud deũ nõ erit re⁹ violate legis de cetero nõ ſeruãs eã: ergo põt eximere ſeipſũ: ⁊ ſi hoc põt ſua obligatio ad legẽ ſtat in vo^ce ſua ſola: ⁊ nõ eſt ex lege eterna, vt ex lr̃a cã. Cui⁹ opp^m cõcluditur ẽ. ¶ Ad hoc dubiũ premittẽda ſunt aliqua certa acceptata ab omnibus: deinde ſinguli modi dicẽdi. Certũ ⁊ cõfeſſum ab oĩb⁹ eſt: q princeps poteſt ſecũ diſpẽſare ſicut cum alijs ꝓprie loquẽdo de diſpẽſatione: ⁊ q põt q̃n ⁊ quantũ expediens fuerit eximere aliquem ſubditũ ⁊ ſeipſum a lege: ⁊ q poteſt legẽ mutare ſiue aliã cõdẽdo loco ei⁹ ſiue totaliter tollẽdo. Et nihil horũ cõtradicit determinationi facte. ſ. q princeps ſubijcitur legi in foro conſcientie. Subijcitur nanq̃ vt princeps poteſtatẽ hñs precepta ſtatuendi: hec ſunt cõfeſſa communiter. Sed de mota dubitatione triplex ẽ opinio. Prima eſt q princeps licet ſubijciatur legi humane ſimpliciter ⁊ abſolute habenti vim legis: nõ ſubditur tamen legi habenti vim legis cum exceptione ſue perſone: ⁊ ſicut princeps a principio cõſtituendo legẽ potuiſſet excipere ſe: ita etiam poſt legẽ conditã poteſt ſe excipere ſicut ⁊ aliquem alium ſubditum ⁊ ſic ſi princeps non tollit a ſe legem obligatur. ſi autem tollit non obligatur. Sed contra hanc opinionem eſt: quia ſi princeps poteſt ſe eximere a lege obligatio ſua ad legem eſt ridiculoſa: poſſet nanq̃ eximendo ſe dicenti: patere legem quã ipſe tuleris ⁊ quare alligas onera grauia in humeros hominũ ⁊ digito tuo non moues ea re ſpondere cum bona conſciẽtia: qꝛ exemi me ipſum quod eſt ridiculũ. Alia opinio eſt q q̃diu lex non eſt totaliter ſublata princeps obligatur. Et licet poſſit ſecũ diſpẽſare ⁊ tollere eã totaliter: nõ põt eã tollere quo ad libitũ: vnde ſi vult ſe abſoluere a vinculo legis tollat eã abſolute: alioquin illi ſubiacet. Et fundatur hec opinio ſuper hoc: quia aliter obligatio principis ad obſeruantiã legis eſſet ridiculoſa. Cõtra hãc aũt opinionẽ eſt: qꝛ princeps põt etiã ſine cã qꝛ ſibi placet eximere vnũ ſubditũ a cõi lege. ḡ põt ſe ipſum eximere quã nõ ſit deterioris cõdõis q̃ ſuus ſubdit⁹. Inter has aũt

extremas opiniones medis occurrit opinioꝝ ſola vera eſt. ſ. ꝙ princeps poteſt ad libitū ſe ⁊ ſubditū aliquē eximere a lege cōi iā ꝓmulgata. ſic ꝙ exēptus nō ſit reus violati ꝑcepti legis nō ſeruādo illā. non tamē pōt eximere ſic vt ipſe eximēs ⁊ exēptus ad libitū nō ſit reus violati nirꝫ na tura: quo q̄lꝫ ps cōformari dꝫ ſuo toti ⁊ ꝑcipue capiti. hec opio duo dicitur potet. Et in pᵒ cōuenit cū pma opione ⁊ diſcrepat a ſecūda. in ſcdo aūt conuenit cū ſcda

aliq̄liter ⁊ diſcrepat a prima. Et ſi bñ cōſideret opio hec apparebit ꝙ ſaluat vtrūq; ꝙ mētibus humanis impſſum vř. ſ. ⁊ ꝙ princeps male facit eximendo ſe vel alium ad libitum a legis iugo. Et ꝙ nihilominᵒ exēptus non eſt reus fracte legis. Si enim papa licentiet ſe vel aliū, qr placet ad nō dōm horas canonicas vel carnes comedendū in quadrageſimai licētiatᵒ male facit non dicēdo horas aut carnes comedendo qr turpis eſt ps q̄ non conſonat ſuo toti ex nāe iure: ꝙ violatᵣ a ſubdito ⁊ ⁊ multo magis a capite. Cui etiā a diuo iure minꝑ pperatᵣ dicēs ⁊ nō faciens alligās onus graue ⁊c. Matthe. 23. ⁊ nihilominus licet peccet ſic licētiatᵒ nō tñ eſt reus violati pcepti de horis canonicꝭ dicēdis aut de carnibᵒ nō comedēdis. Fūdatur hec opinio quo ad primam ptē ſuper ptāte princip̄ qua pōt tollere legē ⁊ ſimplr ⁊ quo ad aliquem: vt quotidiana experientia teſtatᵣ in priuilegiis eximentibᵒ hos vel illos a ſolutione decimarum. In quibus etiam ſi nulla cauſa exprimatᵣ ſꝫ ſolo motu principis ſiant robur non deeſt. Quo ad ſecūdā ꝑo ptē ſup nāli iure: quo turpis eſt omnis pars que nō cōſonat ſuo toti: ⁊ quo in moralibᵒ magis mouēt exēpla q̄ ꝟba, ⁊ princeps nō ſolū vt preſit ſed ꝓſit creatᵣ: ⁊ aliis huiuſmodi que naturalis ratio dictat. Et ſecūdū hanc opinionē nihil eſt ridiculoꝝ omnia cōſonāt: ⁊ oēs obiectiones ſoluūtᵣ: obſeruantiarū ⁊ reprehēſionū rō reddetur. vnde vt ſententia vera in medio poſita amplectenda eſt.

¶ Super articulum ſextum.

In articulo ſexto eiuſdē. 96. q. nota quod quadrupliciter occurrere poteſt

f. q. 97.
ā. 3. ad 1.
Et 22ᵉ.
q. 60. ā.
5. ad. 2.
⁊. 3. q.
120. ā. 1
⁊. queſ.
147. ā.
4. coi.
Et. 3. d;
33. q. 3.
ā. 4. q.
3. coi. ⁊
ad. 5. ⁊
d. 87. ā.
4. co. ſi.
Et. 4. d
15. q. 3.
ā. 2. q. 1
⁊ 4. coᵒ

rectiuā legis princeps ſubditᵣ legi ꝓpria voluntate: ſm ꝙ dr extra de cōſtitutionibᵒ. c. cū oēs. Qd̄ q̄ſq; iurꝭ in alterū ſtatuit, ipſe eodē iure vti dꝫ. ⁊ ſapientis dicit authoritas. Patere legē q̄s ipſe tuleris. Improperatᵣ ēt his a dn̄o, qui dicūt ⁊ nō faciūt. ⁊ q̄ aliis onera grauia imponunt ⁊ ipſi nec digito volūt ea mouere: vt dr matt. 23. Vñ q̄tum ad dei iudiciū princeps nō eſt abſolutᵒ a lege q̄tū ad vim directiuā eius, ſꝫ dꝫ volūtariᵒ nō coactᵒ legē implere. Eſt ēt pnceps ſupra legē inquātū ſi expediēs fuerit poteſt legē mutare, ⁊ in ea diſpēſare pro loco ⁊ tēpore.

¶ Utrum ei qui ſubditur legi liceat preter verba legis agere. Art. 6.

Ad ſextū Videtᵣ ꝙ nō liceat ei q̄ ſubditᵣ legi ꝑter verba legis agere. Dicit enim Aug. in lib. de vera religione. In tēporalibᵒ legibus quāuis homines iudicent de his cum eas inſtituūt, tamē quādo ſunt inſtitute ⁊ firmate nō licebit de ipſis iudicare, ſed ſecūdū ipſas: ſed ſi aliquis pretermittat verba legis dicēs ſe intentionem legiſlatoris ſeruare, videtur iudicare de lege. ergo nō licet ei qui ſubditᵣ legi vt pretermittat verba legꝭ vt intētionē legiſlatoris ſeruet. ¶ P̄. Ad eū ſolū ptinet leges interptari cuiᵒ eſt cōdere leges: ſed omniū ſubditorū legi nō eſt leges cōdere. ergo eorū nō eſt interpretari legiſlatoris intentionē, ſed ſemper ſm verba legis agere debent. ¶ P̄. Ois ſapiēs intentionē ſuā verbis nouit explicare: ſed illi q̄ leges cōdiderūt reputari dn̄t ſapiētes. Dicit em̄ ſapiētia prouerb. 8. Per me reges regnāt ⁊ legū cōditores iuſta decernūt. ergo de intētione legiſlatoris nō eſt iudicandū niſi per verba legis.

Sꝫ ↄtra eſt, ꝙ hylariᵒ dicit in. 13. de trini. Intelligētia dictorū ex cauſis eſt aſſumēda dicēdi: quia nō ſermoni res, ſed rei debet eſſe ſermo ſubiectᵒ. ergo magis eſt attendendū ad cauſam que mouit legiſlatorē quā ad ipſa verba legis.

Rn̄deo Dōm, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt: omnis lex ordinatur ad cōmunē hominū ſalutē, ⁊ intātum obtinet vim ⁊ rationē legis ſm ꝟo ꝙ ab hoc deficit ꝟtutē obligādi nō hꝫ. vñ iuriſpitus dicit ꝙ nulla rō iuris aut equitatis benignitas patitᵣ: vt qui ſalubriter ꝓ ſalute hominū introducuntur, ea nos duriori interpretatione ↄ̄ ipſorū cōmodū pducamᵒ ad ſeueritatē. Cōtingit aūt multotiēs ꝙ aliq̄d obſeruari cōi ſaluti eſt vtile vt in pluribᵒ, ꝙ tñ in aliq̄bus caſibus eſt maxime nociuū quia igitᵣ legiſlator nō pōt oēs ſingulares caſus intueri, ꝓponit legē ſm ea q̄ in pluribus accidūt ferēs intētionē ſuā ad cōmunē vtilitatē. vnde ſi emergat caſus in quo obſeruatio talis legis ſit dānoſa cōmuni ſaluti non eſt obſeruāda: ſicut ſi in ciuitate obſeſſa ſtatuatᵣ lex ꝙ porte ciuitatis maneāt clauſe, hoc eſt vtile cōmuni ſaluti: vt in pluribᵒ. Si tñ cōtingat caſus ꝙ hoſtes inſequantᵣ aliquos ciues p quos ciuitas cōſeruatᵣ dānoſiſſimū eſſet ciuitati niſi eis porte aperirentᵣ ⁊ ideo in tali caſu eſſent porte aperiēde cōtra verba legis vt ſeruaretᵣ vtilitas cōmunis quā legiſlator intēdit. Sed tñ hoc eſt cōſiderādū ꝙ ſi obſeruatio legis ſecūdū verba nō habeat ſubitū piculū cui oporteat ſtatim occurri, nō ptinet ad quēlibet, vt interpretetᵣ q̄d ſit vtile ciuitati ⁊ quid inutile ciuitati: ſed hoc ſolū ptinet ad principes qui ꝓpter hmōi caſus hñt authoritatē in legibus diſpēſandi. Si vero ſit ſubitū periculū nō patiēs tantā morā vt ad ſuperiorem recurri poſſit, ipſa neceſſitas diſpēſationem habet annexam: quia neceſſitas nō ſubditur legi.

Ad pmū Ergo dōm, ꝙ ille q̄ in caſu neceſſitatis agit preter verba legis, non iudicat de ipſa lege: ſed iudicat de caſu ſingulari in quo videt verba legis obſeruāda nō eſſe. ¶ Ad ſm dōm, ꝙ ille qui ſequitᵣ intētionē legiſlatoris, nō interpretatᵣ legē ſimplr: ſed in caſu in quo manifeſtū eſt per euidētiā documēti legiſlatorē aliud intēdiſſe. Si enim dubiū ſit, dꝫ vel ſꝫ verba legꝭ agere: vel ſuperiorē ↄſulere. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ nulliᵒ hoīs ſapiētia tāta eſt, vt poſſit oēs ſingulares caſus excogitare: ⁊ ideo nō pōt ſufficienter p verba ſua exprimere ea que cōueniūt ad finē intētū: ⁊ ſi poſſet legiſlator oēs caſus conſiderare, non oporteret vt omnes exprimeret ꝓpter confuſionem vitandam: ſed legem ferre deberet ſecundū ea que in pluribus accidūt.

¶ De mutatione legum. Qō. 97.

Deinde Cōſiderandum eſt de mutatione legū. ¶ Et circa h̄ querūtᵣ quatuor. Primo vtrū lex humana ſit mutabilis. ſecūdo, vtrum ſemp debeat mutari qn̄ aliquid melius occurrerit. tertio, vtrū per conſuetudinem aboleatur: et vtrum conſuetudo obtineat vim legis. quarto, vtrum vſus legis humane per diſpenſationem rectorum immutari debeat.

¶ Utrum lex humana debeat mutari aliquo modo. Arti. 1.

Ad pmū Sic pceditur. Videtur ꝙ lex humana nullo modo debeat mutari. Lex enim humana deriuatur a lege nāli: vt ſupra dictū eſt: ſed lex naturalis immobilis permanet: ergo ⁊ lex humana debet immobilis permanere. ¶ P̄. Sicut phs dicit in. 5. ethi. Menſura maxime debet eſſe permanens: ſed lex humana eſt menſura humanorum actuum: vt ſupra dictum eſt ergo debetᵣ immobiliter permanere. ¶ P̄. De ratione legis eſt quod ſit iuſta ⁊ recta: vt ſupra dictum eſt: ſed illud quod ſemel eſt rectum ſemper eſt rectum: ergo illud quod eſt ſemel lex ſemper dꝫ eſſe lex.

⁊ tunc duce gnome ⁊ epicheia ſine ſuperioris conſultatione pretermittuntur verba legis: ⁊ ſeruatur intentio eius: quia in manifeſtis non eſt opus interpretatione que ſpectat ad ſuperiorem: ſed executione vt in ſecunda ſecunde queſtio. de epicheia author dicit. Quod ergo in litera dicitur ꝙ extra ſubitum periculum non pertinet ad quemlibet interpretari: in caſu dubio eſt ſermo. Interpretatione enim non eſt opus in manifeſtis. ¶ Sed tunc inſurgit queſtio quo pacto ſaluatur diſtinctio facta in corpore articuli inter caſum neceſſitatis habentis diſpēſationē annexā ⁊ caſum nō neceſſitatis quo recurrendum eſt ad interpretationē ſuperioris. ſi nāq; de ambiguis caſibus eſt ſermo: cōtradicit dictis ex reſponſione ad ſecundū. ſ. ꝙ ſm verba agendū eſt in neceſſitatis caſu ambiguo. ſi de manifeſtis: contradicit dictꝭ ex ſecūda ſecūde: ꝙ in manifeſtis extra caſum neceſſitatis non eſt opus interpretatione ſed virtus epicheie ſufficit: ſi in pᵒ mēbro de ambiguis ⁊ in ſcdo de manifeſtis eſt ſermo. diſtinctio eſt inutilis ⁊ extra artē tacēs principale in differentia ſcꝫ eſſe manifeſtū vel ambiguū. Verū queſtio h̄ citius ſoluetᵣ ſi videri nus ꝙ in ambiguis datur latitudo. Nam quedā ſic occurrunt ambigua vt in ſua ambiguitate remaneāt. Quedā vero ſic ſunt ambigua vt rōnabile ſit ꝙ ſi legiſlator adeſſet hāc ꝑcul dubio partē determinaret nūc hic ſeruandā. Sermo ergo litere eſt de ambiguis ⁊ de eis vlt decet ꝙ interpretatio ſpectat ad ſuperiores quādo poteſt ad eos recurri. qn̄ vero nō poteſt recurri ſi ſunt ambigua 2ᵒ modo, neceſſitas hꝫ diſpēſationē annexā: ſi vero ſunt ambigua pᵒ mō, tunc ſm ꝟba legis agēdū eſt. Et ꝙ mēs authoris ſit iſta pꝫ ex h̄ ꝙ dicit ſ. ꝙ neceſſitas hꝫ diſpēſationē annexā: cōſtat em̄ ꝙ diſpēſatio ex interpretatione legis pcedit. Interpretatū aūt locū nō hꝫ in manifeſtis. De ambiguis igitᵣ 2ᵒ intēdit.

f. q. 96.
ā. 5. ad
3. ⁊ ā. 6
q. 10. ⁊. ſ
q. 104.
ā. 3. ad
2.

¶ In rn̄ſione ad 3ᵐ collige cās quare leges humane ſūt ſm id ꝙ vt in pluribᵒ agēdū eſt. Prima eſt ex defectu humani ingenij. Scda ē ex pte ↄfuſionis vitande. Tertia q̄ in līa tacetᵣ, ponitur tamen. 5. ethi. eſt ex variabilitate rerū de q̄bᵒ fit lex humana ⁊ hec variabilitas mūe inculpabilē reddit humanū intellm in ſtatuendo leges vt in pluribus.

casus agendi contra legis verba pro ſeruanda eius intentione. Primo ambiguus ⁊ impatiens more. ⁊ tunc ſeruanda ſunt verba legis: vt dicitur in reſponſione ad ſecundum. Secundo ambiguus ⁊ ſuſtinens morā: ⁊ tunc conſulendus eſt ſuperior qui propter huiuſmodi caſus habet authoritatem interpretandi legē. ⁊ hoc intendit litera in corpore articuli. Tertio manifeſtus ⁊ impatiens more: ⁊ tunc conſtat ꝙ debet nō ſeruare verba legis ſed intentionem. Quartus manifeſtus ſed ſuſtinens moram

¶ Super. q. 97. artic. 1. ⁊ 2.

In articulis primo ⁊ ſecūdo nō occurrit aliud reſcribēdū q̄ ꝙ optime notentᵣ cauſe mutationis legū: vt ⁊ qn̄ oportet nutenᵒ ⁊ qn̄ non oportet reſiſtentia fiat mutationi: neceſſitas vel vtilitas penſanda eſt nō ad preſens tantum tempus ſed perpetuum ſeu diuturnū, pro quo lex fit.

℄ Super arti. 3.
In articulo ter⸗tio in reſponſio⸗ne ad ſecundum ad⸗uerte quod licet au⸗thor ſatiſfaciat argu⸗mento diuū manife⸗ſtat non oportere ab actu illicito incboare conſuetudinem dero⸗gantem legi ſi tamen ab illicitis tunc acti⸗b⁹ inchoaſſet: ex quo conualuit ⁊ iam con⸗ſuetudinis vim ha⸗bet legi ſcripte dero⸗gat: non oportet nan⸗que poſteros ſolici⸗tos eſſe an licite vel illicite introducta ſit conſuetudo quã ſine dubio licite inueniũt obſeruari relicta le⸗ge ſcripta.

Sed 9tra Eſt, ꝙ aug. dicit in .1. de lib. arb. Lex tpal' quãuis iuſta ſit cõmutari tamen ꝑ tpa iuſte poteſt.

Rñdeo Dõz ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt: lex hũana eſt qđdã dictamẽ rõnis quo dirigunt̃ hũani act⁹: ⁊ ſꝫ hoc du plex cã põt eẽ ꝙ lex humana iuſte mutet̃. Una q̃dẽ ex parte rõnis: alia vero ex parte hominũ: quorũ act⁹ lege regulant̃. Ex pte quidẽ rationis: q: humane rõni naturale eſſe videt̃, vt gradatim ab imperfecto ad ꝑfectũ ꝑueniat: vnde videm⁹ in ſciẽtijs ſpeculatiuis ꝙ qui ꝑmo phati ſunt quedã imperfecta tradiderũt, que poſtmodũ per poſteriores ſunt tradita mag' ꝑfecte: ita etiã ⁊ in operabilibus. Nã primi qui intẽderũt inuenire aliquid vtile cõitati hominũ non valẽtes oĩa ex ſeipſis cõſiderare, inſtituerũt quedã impfecta in multis deficiẽtia: q̃ poſteriores mutauerũt inſtituẽtes aliqua que in pauciorib' deficere poſſunt a cõi vtilitate. Ex parte vero hominũ quorũ act⁹ lege regulant̃, lex recte mutari poteſt ꝓpter mutationẽ conditionũ hominũ quib' ſecundũ diuerſas eorũ cõditiones diuerſa expediũt ſicut aug. ponit exẽplũ in .1. de libe. arbi. ꝙ ſi populus ſit bene moderat⁹ ⁊ grauis, cõmuniſq; vtilitatis diligẽtiſſimus cuſtos, recte lex fertur qua tali populo liceat creare ſibi magiſtratus: ꝑ quos res publica adminiſtretur: porro ſi paulatim idẽ populus depriuatus habeat venale ſuffragiũ, ⁊ regimẽ flagitioſis ſceleratiſq; cõmittat, recte adimitur populo talis poteſtas dandi honores, ⁊ ad paucorum bonorum redit arbitrium.

Ad pmũ Ergo dicẽdũ, ꝙ naturalis lex eſt ꝑticipatio quedã legis eterne: vt ſupra dictũ eſt: ⁊ ideo immobilis ꝑſeuerat ꝙ habet ex immobilitate ⁊ ꝑfectione diuine rationis inſtituẽtis naturã: ſed rõ humana mutabilis eſt ⁊ imperfecta: ⁊ ideo eius lex mutabilis eſt. Et p̃terea lex nãlis cõtinet quedã vniuerſalia precepta que ſemꝑ manẽt: lex vero poſita ab homine cõtinet p̃cepta quedã particularia ſꝫ diuerſos caſus q̃ emergũt. ℄ Ad ſm dõm, ꝙ menſura debet eſſe ꝑmanẽs q̃tũ eſt poſſibile: ſed in rebus mutabilibus nõ põt eſſe aliquid omnino immutabiliter ꝑmanens, ⁊ ideo lex humana nõ põt eſſe omnino immutabilis. ℄ Ad tertiũ dõm, ꝙ rectũ in reb' corporalibus dicitur abſolute: ⁊ ideo ſemper quantũ eſt de ſe manet rectũ: ſed rectitudo legis dicit̃ in ordine ad vtilitatem communẽ: cui non ſemꝑ ꝓportionatur vna eademque res: ſicut ſupra dictum eſt: ⁊ ideo talis rectitudo mutatur.

℄ Utrũ lex humana ſemper ſit mutanda quando occurrit aliquid melius. Art. 2.

Ad ſcdm Sic ꝓceditur. Videt̃ ꝙ ſemꝑ lex humana quãdo aliqđ melius occurrit ſit mutanda. Leges eñ humane ſunt adinuẽte ꝑ rationẽ humanam: ſicut etiã alie artes: ſed in alijs artibus mutatur id ꝙ prius tenebatur ſi aliquid melius occurrat: ergo idẽ eſt etiã faciendũ in legibus humanis. ℄ p̃. Ex hijs que p̃terita ſunt ꝓuidere poſſumus de futuris: ſed niſi leges humane mutate fuiſſent ſuꝑuenientibus melioribus adinuẽtionibus, multa incõueniẽtia ſequerẽtur: eo ꝙ leges antiq; inueniunt̃ multas ruditates cõtinere: ergo videt̃ ꝙ leges ſunt mutãde quotieſcunq; aliqđ meli⁹ occurrit ſtatuẽdũ. ℄ p̃. Leges humane circa act' ſingulares holuꝫ ſtatuunt̃: in ſingularibus autẽ ꝑfectã cognitionẽ adipiſci nõ poſſumus niſi ꝑ experiẽtiã que tpe indiget: vt dicit̃ in .2. ethi. ergo videt̃ ꝙ ꝑ ſucceſſionẽ temporis poſſit aliquid meli⁹ occurrere ſtatuendum.

Sed cõtra Eſt: ꝙ dĩ in decretis diſt. 12. Ridiculum eſt ⁊ ſatis abominabile dedecus: vt traditiones quas antiquit⁹ a patrib⁹ ſuſcepim⁹ infringi patiamur.

Rñdeo Dicẽdũ, ꝙ ſicut dictũ eſt, lex humana intantũ recte mutat̃ inquãtũ ꝑ eius mutationẽ cõmuni vtilitati ꝓuidetur. Habet autẽ ipſa legis mutatio quantũ in ſe eſt detrimentũ quoddã cõmunis ſalutis: quia ad obſeruantiã legũ plurimum valet conſuetudo, in tantum quod ea que cõtra cõmunẽ cõſuetudinẽ fiunt etiã ſi ſint leuiora de ſe, grauiora vident̃: vnde quando mutat̃ lex, diminuitur vis conſtrictiua legis inquantũ tollit̃ cõſuetudo. ⁊ ideo nunquam debet mutari lex humana niſi ex aliqua pte tñ recõpenſet̃ cõi ſaluti quantum ex iſta parte derogatur. Quod quidem cõtingit vel ex h̃ aliq̃ maxima ⁊ euidentiſſima vtilitas ex nouo ſtatuto ꝓuenit: vel ex eo ꝙ ẽ maxima neceſſitas, ex eo ꝙ lex cõſueta aut manifeſtã iniq̃tatẽ cõtinet, aut ei⁹ obſeruatio eſt plurimũ nociua: vnde dicit̃ a iuriſperito, ꝙ in reb' nouis cõſtituẽdis euidẽs dꝫ eſſe vtilitas vt recte recedat̃ ab eo iure ꝙ diu equũ viſum ẽ.

Ad pmũ Ergo dicẽdũ, ꝙ ea que ſunt artis habẽt efficaciã ex ſola ratione: ⁊ ideo vbicũq; melioratio occurrit eſt mutandũ ꝙ prius tenebatur: ſed leges habent maximam virtutem ex conſuetudine: vt philoſophus dicit in 2. politi. ⁊ ideo non ſunt de facili mutande. ℄ Ad ſecundũ dicendum, ꝙ ratio illa concludit ꝙ leges ſunt mutande: non tamen ꝓ quacunque melioratione: ſed pro magna vtilitate vel neceſſitate: vt dictum eſt. ℄ Et ſimiliter dicẽdum eſt ad tertiũ.

℄ Utrum conſuetudo poſſit obtinere vim legis. Art. 3.

Ad tertiũ Sic ꝓcedit̃. Videtur ꝙ conſuetudo nõ poſſit obtinere vim legis, nec legem amouere. Lex eñ humana deriuatur a lege nature, ⁊ a lege diuina, vt ex ſupradictis patet: ſed conſuetudo hominũ non poteſt mutare legẽ nature, nec legẽ diuinã: ergo etiã nec legẽ humanã immutare poteſt. ℄ p̃. Ex multis malis nõ poteſt fieri vnũ bonũ: ſed ille qui incipit primo cõtra legẽ agere malefacit: ergo multiplicatis ſimilibus actibus nõ efficiet̃ aliquod bonũ: lex autẽ eſt quoddã bonum, cũ ſit regula humanorũ actuũ: ergo ꝑ cõſuetudinẽ non poteſt remoueri lex: vt ipſa conſuetudo vim legis obtineat. ℄ p̃. ferre leges pertinẽt ad publicas perſononas: ad quas pertinet regere cõmunitatẽ. vnde priuate perſone legẽ facere nõ pñt: ſe conſuetudo inualeſcit per actus priuatarũ perſonarũ: ergo conſuetudo nõ poteſt obtinere vim legis, per quã lex remoueat̃.

21ª q. 79. art. 2. ad. 2. ⁊ 1. queſt 100. ã 2. con. Et q̃l. 2 ã 8. co. ꝑncipio ⁊ q̃l. 9. arti. 15. coti. 2. ⁊ 3.

Sed contra Eſt, ꝙ aug. dicit in epiſtola ad caſulanũ. Mos populi dei ⁊ inſtituta maiorũ pro lege ſunt tenenda, ⁊ ſicut preuaricatores legũ diuinarũ, ita ⁊ cõtẽptores cõſuetudinũ eccleſiaſticarũ coercẽdi ſunt.

Rñdeo Dicendũ, ꝙ omnis lex ꝑficiſcit̃ a ratione ⁊ volũtate legiſlatoris. Lex quidẽ diuina ⁊ naturalis a rationabili dei volũtate, lex autẽ humana a volũtate hominis ratione regulata. Sicut autẽ ratio ⁊ volũtas hominis manifeſtantur verbo in rebus agẽdis: ita etiã manifeſtantur facto: hoc eñ vnuſquiſq; eligere videtur vt bonũ, ꝙ opere implet: manifeſtũ eſt autẽ ꝙ verbo humano poteſt ⁊ mutari lex: ⁊ etiã exponi: inquãtũ manifeſtat interiorẽ motũ ⁊ cõceptũ rationis humane: vnde etiã ⁊ per actus maxime multiplicatos qui cõſuetudinẽ efficiũt, mutari poteſt lex: ⁊ exponi: ⁊ etiã aliquid cauſari ꝙ legis virtutẽ obtineat: inquantũ, ſ. ꝑ exteriores actus multiplicatos interior volũtatis motus ⁊ ration' conceptus efficaciſſime declaratur. Cũ eñ aliquid multoties fit: videtur ex deliberato rationis iudicio ꝓuenire: ⁊ ſm hoc cõſuetudo: ⁊ hꝫ vim legis, ⁊ legẽ abolet, ⁊ eſt legũ interpretatrix.

Ad pmũ Ergo dõm, ꝙ lex nãlis ⁊ diuina ꝓcedit a volũtate diuina: vt dictũ eſt: vñ non põt mutari per cõſuetudinẽ ꝓcedentẽ a volũtate hoĩs. ſed ſolũ per auctoritatẽ diuinã mutari poſſet: ⁊ inde eſt ꝙ nulla cõſuetudo vim legis obtinere põt cõtra legẽ diuinã vel legẽ nãlem. Dicit eñ Iſido. in ſynonymis. Uſus auctoritati cedat: prauũ vſum lex ⁊ ratio vincat. ℄ Ad ſm dõm: ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt, leges humane in aliquibus caſibus deficiũt: vnde poſſibile eſt quãdoq; preter legẽ agere: in caſu. ſ. in quo deficit lex: ⁊ tamẽ actus nõ erit malus: ⁊ cũ tales caſus multiplicant̃ ꝓpter aliquam mutationẽ hominũ, tunc manifeſtatur per cõſuetudinẽ ꝙ lex vlterius non eſt vtilis: ſicut etiam manifeſtaretur ſi lex contraria verbo ꝓmulgaretur. Si autẽ adhuc maneat ratio eadẽ ꝓpter quã prima lex vtilis erat nõ cõſuetudo legẽ ſed lex cõſuetudinẽ vincit: niſi forte ꝓpter hoc ſolũ inutilis lex videatur: quia nõ eſt poſſibilis ſm cõſuetudinẽ patrie que erat vna de conditionib' legis: difficile eñ eſt cõſuetudinẽ multitudinis remouere. ℄ Ad tertiũ dõm, ꝙ multitudo in qua cõſuetudo introducit̃ duplicis cõditionis eẽ põt. Si eñ ſit libera multitudo q̃ poſſit ſibi legẽ facere, pl⁹ ẽ cõſenſus tot⁹ multitudin' ad aliquid obſeruãdũ q̃ cõſuetudo manifeſtat. q̃ authoritas ꝑncipis, q̃ nõ hꝫ poteſtatẽ cõdẽdi legẽ niſi inq̃tũ gerit ꝑſonã multitudin': vñ lꝫ ſingule ꝑſone ñ poſſint cõdere legẽ, tñ tot⁹ ppl's cõdere legẽ põt. Si vero multitudo nõ hʒat liberã ptãtẽ cõdẽdi ſibi legẽ, vel legẽ a ſuꝑiori ptãte poſitã remouẽdi: tñ ipa cõſuetudo in tali multitudine p̃ualẽs, obtinet vim leg' inquantũ ꝑ eos toleratur ad quos ptinet multitudini legem imponere: ex hoc eñ ipſo videtur approbare ꝙ cõſuetudo introducit.

℄ Unum

¶ Super art. 4.
In titulo articu
li quarti aduer
1.q.96. te quod non de prin-
a.5. co. cipe ſpecialiter ſed
2.2.q6. de rectore multitudi
100.a. nis ſiue principe ſiue
8.co.ꝛ ſiue non queſtio eſt.
22.q6. ¶ In corpore articu
88.art. li eiuſdē aduerte duo
10.co.ꝛ primo quid ſubiacet
ad.2.ꝛ diſpēſationi rectoris
q.89.a. exprimitur namq; in
9.ꝛ q6. litera ꝙ hoc eſt defe
147.ar. ctus legis in perſona
4 co.ꝛ vel caſu: quando eſt
ad.1.et non eſt nec apparet
3.di.37 nec dubitatur defe-
ar.4.et ctus legis nulla eſt
4.di.15 rō licentiam tribuen
q.3.art. di quod nō ſeruetur
2.q.1.ꝛ legis preceptum: ac
baſ.27. per hoc nulla eſt ratio
q.3.a.3 diſpenſandi, quando
ad.4.et autem apparet quod
3.5.c. lex in hoc caſu impe-
125.ſt. diret maius bonum
vel caderet in malum ꝛ huiuſmodi. tūc deficere dr̄ lex in caſu illo. vnde ꝓ ſola volūtate non fit diſpenſatio ſꝫ diſſipatio. Secundo quis rector in qua lege poſſit diſpēſare. In litera em̄ nihil aliud exprimitur niſi ꝙ rector multitudinis habet poteſtatē diſpēſandi in lege humana que ſue authoritati innitit̄. Et in rñſione ad tertium in lege humana publica nō pōt diſpenſare niſi ille a quo lex authoritatem habet vel is cui ipſe cōmiſerit.

¶ Uidetur autē mihi quod ſecluſa conſuetudine que authoritatem diſpenſandi inferioribus rectoribꝰ cōmittit ꝛ adimit, ex hoc ipſo quod aliquis cōſtitutꝰ eſt rector: mul[illegible] commiſſa quoq; eſt ſibi authoritas diſpenſandi in lege ſuperioris q̄ ad ea q̄ ſūt ſui regiminis: quo ad frequentia: que ad propria. Leue autem eſt qđcunq; ceteris paribus non ꝑcepto ꝓprie dicto, ſed ſimplici ſtatuto poſitū eſt. Non enim eſt rationi conſonum vt ad principem pro diſpenſatione in leuire recurrēdū ſit. Frequenter quoq; occurrētibus graue nimis eſſet ad principes ſepe valde remotum loco vel commoditate recurrere, vbi lex iſta iudicanda: ꝛ tandem eſſet nō ſeruanda, vt patet in lege ieiunij eccleſiaſtici quod credo ſoluendum accidit ex rationabili ſꝫ extimationem ſalutē cauſa: nec eſt rationi conſonum vt ſemidebiles aut volēs quis

¶ Utrum rectores multitudinis poſſint in legibus humanis diſpenſare. Art. 4.

Ad quartū ſic procedit. Uidet ꝙ rectores multitudinis non poſſint in legibus humanis diſpenſare. Lex enim ſtatuta eſt pro cōi vtilitate: vt Iſido. dicit, ſed cōe bonum non debet intermitti pro priuato commodo alicuius perſone: quia vt dicit phs in .1. ethi. Bonū gentis diuiniꝰ eſt quā bonū vnius hoīs. ergo vꝫ ꝙ non debeat diſpēſari cū aliquo vt ꝯ legē cōmunē agat. ¶ Pꝫ. Illis qui ſuper alios cōſtituunt precipit Deut. 1. Ita paruū audietis vt magnū: nec accipietis cuiuſq; perſonā, quia dei iudiciū eſt, ſed ꝯcedere alicui qđ cōiter denegatur omnibꝰ, videtur eſſe acceptio perſonarū. ergo huiuſmodi diſpēſationes facere rectores multitudinis nō pñt: cū hoc ſit ꝯ ꝑceptū legis diuine. ¶ Pꝫ. Lex humana ſi ſit recta opꝫ ꝙ ꝯſonet legi nālī ꝛ legi diuine: aliter em̄ nō cōgrueret religioni, nec cōueniret diſciplinę. qđ requirit ad legē: vt Iſid. dicit. ſꝫ in lege naturali ꝛ diuina nullus homo pōt diſpenſare. ergo nec etiam in lege hūana.

Sꝫ ꝯ Eſt, ꝙ dicit apoſtolus. 1. ad cor. 9. Diſpenſatio mihi credita eſt.

celebrabat̄ ad cōmemorādum opus diuine gubernationis. Nā
hec inferiora precipue variantur ſm motum lune: ⁊ ideo cele-
brabat̄ hoc feſtū in nouitate lune, nō aūt in eius plenitudine,
ad euitandū idolatrarū cultū qui in tali tēpore lune ſacrifica-
bant. Hec duo beneficia ſunt cōmunia toti humano generi, ⁊
ideo frequētius iterabant̄. alia vero quinqꝫ feſta celebrābātur
ſemel in anno, ⁊ recolebātur in eis beneficia ſpecialiter illi po-
pulo exhibita. Celebrabatur eñ feſtum phaſe primo menſe ad
commemorandum liberationis beneficium ex egypto. Celebra
batur autem feſtum penthecoſtes poſt quinquaginta dies ad
recolendum beneficium legis date. alia vero tria feſta celebra-
bantur in menſe ſeptimo qui quaſi totus apud eos erat ſolen-
nis, ſicut ⁊ ſeptimus dies. In prima enim die menſis ſeptimi
erat feſtū tubarū in memoriā liberationis iſaac quando abraā
inuenit arietem herentem cornibus quem repreſentabant per
cornua, quibus buccinabant. ¶ Erat autem feſtum tubarum
quaſi quedā imitatio, vt prepararēt ſe ad ſequens feſtū quod
celebrabatur decimo die. ⁊ hoc erat feſtum expiationis in me-
moriam illius beneficii quo deus propitiatus eſt peccato popu
li de adoratione vituli ad preces moyſi. ¶ Poſt hoc autē cele-
brabatur feſtum ſcenophegie. i. tabernaculorum ſeptem diebus
ad cōmemorādum beneficium diuine protectionis ⁊ deductio-
nis per deſertū: vbi in tabernaculis habitauerunt. vnde in hoc
feſto debebant habere fructum arboris pulcherrime. i. citrum
⁊ lignum denſarū frondiū. i. myrtum, que ſunt odorifera, ⁊ ſpa
tulas palmarū, ⁊ ſalices de torrente, q̄ diu retinent ſuū virorē: ⁊
⁊ hec inueniuntur in terra promiſſionis ad ſignificandū ꝙ per
aridam terrā deſerti eos deduxerat deus ad terrā delitioſam.
Octauo autē die celebrabat̄ aliud feſtum. ſ. cetus atqꝫ collecte
in quo colligebantur a populo ea que erāt neceſſaria ad expen
ſas cultus diuini ⁊ ſignificabatur adunatio populi, ⁊ pax pre-
ſtita in terra promiſſionis. ¶ Figuralis autē ratio horū feſto-
rum eſt, qꝛ per iuge ſacrificium agni figuratur perpetuitas xp̄i
qui eſt agnus dei, ſm illud heb. vltimo. Jeſus chriſtus heri et
hodie ipſe ⁊ in ſecula. Per ſabbatū autē deſignatur ſpiritualis
requies nobis data per chriſtū, vt habetur ad heb. 4. Per neo-
meniam autē que eſt inceptio noue lune, ſignificatur illumina-
tio primitiue eccl̄ie per xp̄m eo predicante ⁊ miracula faciente.
Per feſtū autē penthecoſtes ſignificatur deſcenſus ſpūſſancti
in apoſtolos. Per feſtum aūt tubarum ſignificatur predicatio
apoſtoloꝝ. Per feſtum autē expiationis ſignificatur emunda-
tio a peccatis populi chriſtiani. Per feſtum autē tabernaculo-
rum peregrinatio eoꝝ in hoc mundo, in quo ambulant in vir-
tutibˢ proficiendo. Per feſtū autē cetus atqꝫ collecte ſignifica-
tur cōgregatio fidelium in regno celoꝝ: ideo iſtud feſtum dica-
batur ſanctiſſimum eſſe. Et hec tria feſta erant continua a diu-
icem: qꝛ oportet expiatos a vitiis proficere in virtute quouſqꝫ
perueniant ad dei viſionem vt dicitur in pſal.

¶ Utrū̄ ſacroꝝ veteris legis ꝯuenīēs cauſa eſſe poſſit. Ar. 5.

AD Quintū ſic ꝓcedit. Uꝺ ꝙ ſacroꝝ veteris legis cō ueniēs cauſa eſſe nō poſſit. Ea enī q̄ ad cultū diuinū fiunt, nō debent eſſe ſilia his q̄ idolatre obſeruabant: vñ dꝛ deut. 12. nō facies ſilr dño deo tuo: oīa .n. abominationes quibꝰ aduerſat dñs fecerūt dijs ſuis. Sed cultores idoloꝝ in cultu eoꝝ cultris ſe incidebāt vſq ad effuſionē ſanguinis. Dicit enī in .3. reg. 18. ꝙ incidebāt ſe iuxta ritū ſuū cultris ꝛ lanceolis donec perfunderent ſanguine: ꝓpter ꝙ dñs mandauit deut. 14. Nō vos incidetis nec facietis caluitiū ſup mortuos: incōuenienter igit circūciſio erat inſtituta in lege. ¶ P. Ea q̄ in cultū diuinū fiunt debēt honeſtatē ꝛ grauitatē habere: ſm illud pſal. In ꝓplo graui laudabo te: ſꝫ ad leuitatē q̄dā pertinere vr vt hoīes feſtinanter comedant: incōuenienter igit ꝓceptū eſt exo. 12. vt comederēt feſtinanter agnū paſchalē: ꝛ alia etiā circa hmōi comeſtionē ſunt inſtituta q̄ vñr oīno irrōnabilia eſſe. ¶ P. Sacra vete. leg. figure fuerūt ſacroꝝ noue legis: ſꝫ per agnū paſchalē ſignat ſacrm̄ euchariſtie: ſm illud .1. ad cor. 5. paſcha nrm̄ immolatꝰ eſt xp̄s. Ergo etiā debuerūt eſſe aliqua ſacramenta in lege q̄ ꝑfigurarent alia ſacra noue legis: ſicut confirmationē ꝛ extremā vnctionē ꝛ matrimoniū ꝛ alia ſacra. ¶ P. Purificatio non pōt cōuenienter fieri niſi ab aliquibꝰ immundicijs: ſꝫ q̄ntum ad deū nullū corporale reputat immundū qꝛ omne corpus creatura dei eſt: ꝛ oīs creatura dei bona, ꝛ nihil ejiciendū ꝙ cū gratiarū actiōe ꝑcipit, vt dꝛ .1. ad thi. 4. incōuenienter igit purificabant ꝓpter cōtactū hoīs mortui, vel ꝓpter alicuiꝰ hmōi corpalia infectionis. ¶ P. Eccl. 34. dꝛ, Ab immūdo quid mūdabit: ſed cinis vitule rufe q̄ cōburebat immūdus erat: qꝛ immundū reddebat. Dicit enī numeri. 19. ꝙ ſacerdos q̄ immolabat eā cōmaculatꝰ erat vſq ad veſperū. Silr ꝛ ille qui eā cōburebat: ꝛ etiā ille q̄ eius cineres colligebat. Ergo incōuenienter preceptū ibi fuit, vt p hmōi cinerē ibi aſperſū immūdi purificarent. ¶ P. Pctā nō ſunt aliq̄d corporale ꝙ poſſit deferri de loco ad locū, neq etiā p aliq̄d immundū pōt hō a pctō mūdari: incōuenienter igit ad expiationē pctōꝝ ꝓpli ſacerdos ſup vnū hircoꝝ ꝯfitebat pctā filioꝝ iſrael: vt portaret ea in deſertū: p aliū aūt quo vtebant ad purificationē, ſimul cū vitulo cōburentes extra caſtra immūdi reddebātur, ita ꝙ oportebat eos lauare veſtimēta ꝛ carnē aqua. ¶ P. Illud ꝙ iam eſt mundatū nō opꝫ iterū mūdari: incōuenienter igitur mūdata lepra hoīs vel etiā eius domus, alia purificatio adhibebat: vt habet leuit. 14. ¶ P. Spūalis immūditia nō pōt p corporalē aquā vel piloꝝ raſurā emūdari: irrōnabile igit vr ꝙ dñs cepit ꝓexo. 30. vt fieret labiū eneū cū baſi ſua ad lauandū manus ꝛ pedes ſacerdotū q̄ ingreſſuri erāt tabernaculū: ꝛ qꝺ precipit numeri. 8. ꝙ leuite abſtergerent aqua luſtrationis, ꝛ raderēt oēs pilos carnis ſue. ¶ P. Qꝺ maius eſt nō pōt ſctificari p illud qꝺ minus eſt: incōuenienter igit p quandā vnctionē corporē, ꝛ corporalia ſacrificia, ꝛ oblationes corporales fiebat in lege cōſecratio maiorum ꝛ minorū ſacerdotū, vt habet leui. 8. ꝛ leuitarū: vt habet numeri. 8. ¶ P. Sicut dicit .1. reg. 16. hoīes vidēt ea q̄ patēt, deꝰ aūt intuet cor: ſꝫ ea q̄ exteriꝰ patēt in hoīe eſt corporalis diſpō et indumenta: incōuenienter igit ſacerdotibꝰ maioribꝰ ꝛ minoribꝰ quedā ſpūalia veſtimēta deputabant: de quibꝰ hꝛ exo. 28. ꝛ ſine rōne videt ꝙ ꝓhiberet aliq̄s a ſacerdotio ꝓp corporales defectꝰ ſm ꝙ dꝛ leuit. 21. Homo de ſemine tuo familias qui habuerit maculā non offeret panes deo ſuo, ſi cecus fuerit vel claudus ꝛc. ſic igit videt ꝙ ſacra veteris legis irrationabilia fuerint.

Sed Cōtra eſt ꝙ dꝛ leui. 20. Ego ſum dñs q̄ ſctifico vos. Sed a deo nihil ſine rōne fit: dꝛ .n. in pſal. oīa i ſapiā feciſti. Ergo in ſacramentis veteris legis que ordinabātur ad hoīm ſanctificationem nihil erat ſine rationabili cauſa.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, ſacra ꝓprie dicūr illa que adhibebant dei cultoribꝰ ad quandā conſecrationē, p quā .ſ. deputabāt quodāmodo ad cultū dei. Cultꝰ aūt dei gn̄ali quidē modo pertinebat ad totū ꝓplm̄: ſꝫ ſpeciali modo pertinebat ad ſacerdotes ꝛ leuitas q̄ erant miniſtri cultus diuini: ꝛ ideo in iſtis ſacramētis veteris legis q̄dā pertinebāt cōiter ad totū ꝓplm̄, q̄dā aūt ſpūaliter ad miniſtros: ꝛ circa vtroſq tria erāt neceſſaria. Quoꝝ primū eſt inſtitutio in ſtatu colendi deum: ꝛ hec quidē inſtitutio cōiter quantū ad oēs fiebat p circūciſionē ſine qua nullus admittebat ad aliquid legaliū, quantū vero ad ſacerdotes per ſacerdotū cōſecrationē. Scḋo requirebat vſus eoꝝ que pertinēt ad diuinū cultū, ꝛ ſic quantū ad ꝓplm̄ erat eſus paſchalis cōuiuij, ad quem nullus incircuncīſus admittebatur: vt ꝑꝫ exo. 12. ꝛ quantū ad ſacerdotes oblatio victimarū, ꝛ eſus panum ꝓpōnis, ꝛ alioꝝ q̄ erāt ſacerdotū vſibus deputata. Tertio requirebat remotio eoꝝ p que aliqui impediebant a cultu diuino .ſ. immunditiarum: ꝛ ſic quantū ad ꝓplm̄ erāt inſtitute quedā purificationes a quibuſdam exterioribus immundicijs, ꝛ etiā expiationes a peccatis. Quātū vero ad ſacerdotes ꝛ leuitas erat inſtituta ablutio manuum ꝛ pedū: ꝛ raſio piloꝝ. Et hec oīa habebant rationabiles cauſas, ꝛ literales ſm ꝙ ordinabantur ad cultum dei pro tempore illo: ꝛ figurales ſm ꝙ ordinabantur ad figurandum chriſtum, vt patebit per ſingula diſcurrenti.

Ad Primū ergo dicēdū, ꝙ literalis ratio circunſionis principalis quidē fuit ad proteſtationē fidei vnius dei: ꝛ quia Abraā fuit primus q̄ ſe ab infidelibꝰ ſeparauit exiens de domo ſua ꝛ de cognatione ſua, ideo ipſe primꝰ circūciſionē accepit. ꝛ hanc cām aſſignat apl̄s ad ro. 4. Signū accepit circūciſionis ſignaculū iuſtitie fidei q̄ eſt in preputio: qꝛ .ſ. in hoc legit abrae fides reputata ad iuſtitiā, ꝙ ꝯtra ſpem in ſpem credidit .ſ. ꝯtra ſpem nature in ſpem grē, vt fieret pater multarū gentiū: cū ipſe eſſet ſenex: ꝛ vxor ſua eſſet anus ꝛ ſterilis. Et hec proteſtatio ꝛ imitatio fidei abrae firmaret i cordibꝰ iudeoꝝ, acceperāt ſignū in carne ſua, cuiꝰ obliuiſci nō poſſent: vñ dꝛ gen̄. 17. Erit pactū meū in carne vrā in fedus eternū. Ideo autē fiebat octaua die qꝛ antea puer eſt valde tenellus, ꝛ poſſet ex hoc grauiter ledi, ꝛ reputat adhuc quaſi quiddā non ſolidatū: vñ etiā nec aīalia offerebant an̄ octauā diē. Ideo aūt nō magis tardabat ne ꝓp dolorē aliqui ſignū circūciſionis refugerēt, ꝛ ne parentes etiā quoꝝ amor increſcit ad filios poſt frequētē ꝯuerſationē ꝛ eoꝝ augmentū, eos circunciſioni ſubtraherent. Scḋa ratio eſſe potuit ad debilitationē cōcupiſcentie in mēbro illo. Tertia rō eſt in ſugillationē ſacroꝝ veneris ꝛ priapi: in quibꝰ illa pars corporis honorabat. Dñs aūt nō ꝓhibuit niſi inciſionē q̄ in cultū idoloꝝ fiebat: cui nō erat ſimilis predicta circūciſio. ¶ Figuralis vero rō circūciſionis erat: qꝛ figurabat oblatio corruptionis fienda per xp̄m, q̄ perfecte cōplebit in octaua etate, que eſt etas reſurgentiū. Et qꝛ oīs corruptio culpe ꝛ pene prouenit in nos p carnalē originē ex pctō primi parentis, ideo talis circunciſio fiebat in mēbro gn̄onis: vñ apl̄s dicit ad col. 2. Circunciſi eſtis in chriſto circuncisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis: ſed in circūciſione dñi noſtri ieſu chriſti. ¶ Ad ſecundū dicēdū, ꝙ literalis ratio cōuiuij paſchalis fuit in cōmemorationē beneficij quo deus eduxit eos de egypto: vñ per hmōi cōuiuij celebrationē profitebant ſe ad illū ꝓplm̄ pertinere quē deꝰ ſibi aſſumpſerat ex egypto. Qñ enī fuerūt ex egypto liberati preceptū eſt eis vt ſanguine agni linirēt ſuperliminaria domorū, quaſi proteſtantes ſe recedere a ritibꝰ egyptioꝝ qui arietem colebant: vnde ꝛ liberati ſunt per ſanguinis agni aſperſionē vel liniitionē in poſtibus domoꝝ, a periculo exterminij qꝺ imminebat egyptijs. In illo aūt exitu eoꝝ de egypto duo fuerunt .ſ. feſtinātia ad egrediendū: impellebāt enī eos egyptij vt exirēt velociter, vt hꝛ exo. 12. Imminebatq piculū ei q̄ nō feſtinaret exire cū multitudine, ne remanēs occideret ab egyptijs. Feſtinantia aūt deſignabat dupliciter. Uno quidē modo p ea que comedebāt: preceptū enī eis erat ꝙ comederēt panes azymos, in huius ſignū ꝙ non poterāt fermentari cogentibꝰ exire egyptijs, ꝛ ꝙ comederēt aſſum igni: ſic enī velocius preparabatur, ꝛ ꝙ os nō cōminuerent ex eo: qꝛ in feſtināntia nō vacat oſſa frangere. Alio modo quantū ad modū comedendi: dicitur enī Renes veſtros accingetis, calciamēta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, ꝛ comedetis feſtināter: qꝺ manifeſte deſignat homines exiſtentes in promptu itineris. Ad idē etiā pertinet qꝺ eis precipitur. In vna domo comedetis: neq feretis de carnibus eius foras: qꝛ ſcꝫ ꝓpter feſtinantiā nō vacabat inuicem mittere exenia. Amaritudo autem quam paſſi fuerant in egypto ſignificabatur per lactucas agreſtes. ¶ Figuralis autem ratio patet: qꝛ per immolationē agni paſchalis ſignificabatur immolatio chriſti, ſm illud .1. ad cor. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt chriſtus. Sanguis vero agni liberans ab exterminatore linitis ſupliminaribꝰ domoꝝ ſignificat fidē paſſionis chriſti in corde ꝛ ore fideliū per quā liberamur a pctō ꝛ morte, ſm illud .1. pet. 1. Redēpti eſtis pretioſo ſanguine agni immaculati. comedebant aūt carnes ille ad ſignificandū eſum corporis chriſti in ſacramento. Erant autē aſſe igni ad ſignificandā paſſionem vel charitatē chriſti. Comedebātur aūt cum azymis panibus, ad ſignificandā purā cōuerſationē fidelium ſumentiū corpus xp̄i: ſm illud .1. ad cor. 5. Epulemur in azymis ſynceritatis ꝛ veritatis. Lactuce aūt agreſtes addebantur, in

ſignum penitētie peccatoꝝ: que neceſſaria eſt ſumentibus corpus xp̄i. Renes autē accingendi ſunt cingulo caſtitatis: calciamenta autē pedū ſunt exēpla mortuoꝝ patrum: baculi aūt habendi in manib⁹ ſignificāt paſtoralē cuſtodiā. Precipit̄ autē ꝙ in vna domo agnus paſchalis comedat̄. i. in eccl'ia catholicoꝝ, nō in conuenticulis hereticoꝝ. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ quedā ſacra noue legis habuerunt in veteri lege ſacra figuralia ſibi correſpondentia. nā circunciſioni rn̄det baptiſmus, q̄ eſt fidei ſacr̄m vn̄ dr̄ ad col. 2. Circuncisi eſtis in circunciſione dn̄i noſtri ieſu xp̄i, cōſepulti ei in baptiſmo. Cōuiuio vero agni paſchalis rn̄det in noua lege ſacr̄m euchariſtie. Oībus aūt purificationib⁹ veteris legis rn̄det in noua lege ſacr̄m pnie. Cōſecrationi aūt pontificis ⁊ ſacerdotū rn̄det ſacr̄m ordinis. Sacramēto aūt confirmationis qḋ eſt ſacr̄m plenitudinis gratie: nō pōt rn̄dere in veteri lege aliqḋ ſacr̄m: q2 nondū aduenerat tēpus plenitudinis eo ꝙ neminē ad pfectū adduxit lex. Silr̄ autē ⁊ ſacro extreme vnctionis, ꝙ eſt quedā immediata preparatio ad introitū glie cuius aditus nondū patebat in veteri lege pretio nondū ſoluto. Matrimoniū aūt fuit quidē in veteri lege prout erat in officium nature: nō aūt prout eſt ſacr̄m cōiunctionis xp̄i ⁊ eccl'ie q̄ nondū erat facta. vn̄ ⁊ in veteri lege dabat̄ libellus repudij, qḋ eſt cōtra ſacri rationē. ¶ Ad quartū dōm, ꝙ ſicut dictū eſt, purificationes veteris legis ordinabant̄ ad remouendū impedimenta cult⁹ diuini. Qui quidē eſt duplex. ſ. ſpūalis, q̄ ↄſiſtit in deuotione mētis ad deū. ⁊ corporalis qui conſiſtit in ſacrificijs ⁊ oblationib⁹ ⁊ alijs hmōi. A cultu aūt ſpūali impediūt̄ hoīes p pctā quib⁹ hoīes polluti dicebant̄: ſicut p idolatriā ⁊ homicidium, p adulteria ⁊ inceſtus. Et ab iſtis pollutionib⁹ purificabantur hoīes p aliqua ſacrificia: vel cōīter oblata pro tota multitudine vel etiā pro pctis ſinguloꝝ. Nō ꝙ ſacrificia illa carnalia haberent ex ſeipſis virtutē expiandi pctm̄: ſed q2 ſignificabant expiationē pctōꝝ futurā per xp̄m: cuius participes erant etiā antiqui, proteſtātes fidē redēptoris in figuris ſacrificioꝝ. A cultu vero exteriori impediebant̄ hoīes per quaſdā immūditias corporales, q̄ quidē primo cōſiderabant̄ in hoībus, ⁊ ↄſr̄ etiā in alijs animalibus, ⁊ in veſtimētis, ⁊ domib⁹, ⁊ vaſis. In hoībus quidem immunditia reputabat̄ partim quidē ex ipſis hoībus: partim autē ex contactu rerum immundarū. Ex ipſis aūt hoībus immundū reputabat̄ oē illud ꝙ corruptionē aliquā iam habebat, vel erat corruptioni expoſitū: ⁊ ideo q2 mors eſt corruptio quedā, cadauer hoīs reputabat̄ immundū. Silr̄ etiā q2 lepra ex corruptione humoꝝ cōtingit, qui etiā exterius erumpunt ⁊ alios inficiunt, leproſi etiā reputabant̄ immundi. Silr̄ etiā mulieres patientes ſanguinis fluxū, ſiue per infirmitatē ſiue etiā p naturā, vel tpibus menſtruis, vel etiā tpe ↄceptionis, ⁊ eadē ratione viri reputabant̄ immundi fluxū ſeminis patientes, vel p infirmitatē vel per pollutionē nocturnā, vel etiā per coitum. Nam oīs humiditas predictis modis ab hoīe egrediens, quandā immundā infectionē habet. Inerat etiā hoīb⁹ immunditia quedā ex cōtactu quarūcunqȝ rerū immundaruȝ. ¶ Iſtarū aūt immunditiarū erat rō ⁊ literalis ⁊ figuralis. Literalis quidē ꝓpter reuerentiā eoꝝ q̄ ad diuinū cultum pertinēt: tum q2 hoīes pretioſas res contingere nō ſolēt cū fuerint immundi: tum etiā vt ex raro acceſſu ad ſacra, ea magis venerarentur. Cū enim oēs hmōi immunditias raro aliquis cauere poſſit, ↄtingebat ꝙ raro poterāt hoīes accedere ad attingendū ea q̄ pertinebāt ad diuinū cultū: ⁊ ſic qn̄ accedebant, cū maiori reuerētia ⁊ humilitate mētis accedebāt. Erat aūt in quibuſdā horū ratio literalis, vt hoīes nō reformidarent accedere ad diuinum cultū: quaſi refugientes ↄſortiū leproſoꝝ ⁊ ſimiliū infirmorum: quoꝝ morbus abominabilis erat ⁊ ↄtagioſus. In quibuſdā etiā ratio erat ad vitandū idolatrie cultū: q2 gentiles in ritu ſuoꝝ ſacrificioꝝ vtebātur qn̄qȝ ⁊ humano ſanguine ⁊ ſemine. Oēs autem hmōi immunditie corporales purificabant̄ vel per ſolam aſperſionē aque: vel que maiores erant p aliqḋ ſacrificium ad expiandū peccatū, ex quo tales infirmitates contingebant. ¶ Ratio autē figuralis harū immūditiarū fuit: q2 per hmōi exteriores immunditias figurabantur diuerſa peccata. Nam immunditia cadaueris cuiuſcūqȝ ſignificat immunditiā peccati, ꝙ eſt mors anime. Immunditia autem lepre ſignificat immunditiam heretice doctrine. tum q2 heretica doctrina cōtagioſa eſt ſicut ⁊ lepra. tum q2 nulla etiā falſa doctrina eſt q̄ vera falſis non admiſceat, ſicut etiā in ſuperficie corporis leproſi apparet quedā diſtinctio quarundā macularū ab alia carne integra. Per immūditiā aūt mulieris ſanguiflue deſignat̄ immūditia idolatrie, ꝓpter immolātium ✝ cruorē: per immunditiā vero

Als ✝ immaculati.

viri ſeminiflui deſignat̄ immunditia vane locutionis: eo ꝙ ſemē eſt verbū dei. Per immūditiā vero coitus ⁊ mulieris parientis deſignat̄ immūditia pcti originalis. Per immunditiā vero mulieris menſtruate deſignatur immūditia mentis p voluptates emollite. Uniuerſalr̄ vero p immunditiā ↄtactus rei immūde deſignat̄ immūditia cōſenſus in pctm̄ alterius, ſm̄ illud. 2. ad cor. 6. Exite de medio eoꝝ ⁊ ſeparamini ⁊ immundū ne tetigeritis. ¶ Hmōi aūt immūditia cōtactus deriuabat̄ etiā ad res inanimatas: quicqd eñ quocunqȝ modo tangebat immundus immundū erat. In quo lex attenuauit ſuperſtitionē gentiliū, qui nō ſolū per ↄtactū immūdi dicebāt immūditiā cōtrahi, ſed etiā p collocutionē aut p aſpectū, vt rabbi moyſes dicit de muliere mēſtruata. Per hoc aūt myſtice ſignificabat̄ id qḋ dr̄ ſap. 14. Silr̄ odio ſunt deo impius ⁊ impietas eius. Erat aūt ⁊ immunditia quedā ipſarū rerū inanimatarū ſm̄ ſe: ſicut erat immunditia lepre in domo ⁊ in veſtimētis. Sicut eñ morb⁹ lepre accidit in hoībus ex humore corrupto putrefaciēte carnē ⁊ corrūpente, ita etiā ꝓpter aliquā corruptionē ⁊ exceſſuȝ humiditatis vel ſiccitatis fit qn̄qȝ aliqua corroſio in lapidibus domus vel etiā in veſtimentis. Et ideo hāc corruptionē vocabat lex leprā ex q̄ dom⁹ vel veſtis immūda iudicaret̄: tū q2 oīs corruptio ad immūditiā pertinebat vt dictū eſt, tum etiā q2 circa hmōi corruptionē gentiles deos penates colebāt, ⁊ ideo lex precepit hmōi domus in quibus fuerit talis corruptio perſeuerans, deſtrui: ⁊ veſtes cōburi, ad tollendā idolatrie occaſionē. Erat etiā ⁊ q̄dā immūditia vaſoꝝ: de qua dr̄ numeri. 19. Uas qḋ nō habuit coopculū ⁊ ligaturā deſuper immundū erit. Cuius immunditie cauſa eſt: q2 in talia vaſa de facili poterat aliquid immundū cadere: vn̄ poterāt immūdari. ¶ Erat etiā hoc preceptū ad declinandā idolatriā. Credebant eñ idolatre, ꝙ ſi mures aut lacerte vel aliquid hmōi q̄ immolabāt idolis caderēt in vaſa vel in aquas ꝙ eſſent dijs gratioſa. Adhuc etiā alique muliercule vaſa dimittunt diſcooperta in obſequiū nocturnoꝝ numinū, que ianas vocant. ¶ Harū autē immunditiarū ratio eſt figuralis, q2 per leprā domus ſiḡat̄ immūditia cōgregationis hereticoꝝ, per leprā vero in veſte linea ſiḡatur peruerſitas morū ex amaritudine mētis: per leprā vero veſtis lanee ſiḡatur peruerſitas adulatorū. Per leprā in ſtamine ſiḡtur vitia anime: per leprā vero in ſubtegmine ſiḡnt̄ pctā carnalia: ſicut. n. ſtamē eſt in ſubtegmine, ita aīa in corpe. Per vas aūt ꝙ nō habet cooperculū nec ligaturā ſiḡat̄ homo q̄ nō hȝ aliqḋ velamē taciturnitatis, ⁊ q̄ nō ↄſtringit̄ aliqua cenſura diſcipline. ¶ Ad quintū dōm, ꝙ ſicut dictū eſt, duplex erat immunditia in lege. Una quidē p aliquā corruptionē mentis vel corporis: ⁊ hec etiā immunditia maior erat. Alia vero erat immunditia ex ſolo cōtactu rei immunde: ⁊ hec minor erat, ⁊ faciliori ritu expiabat̄: nā immunditia prima expiabatur per ſacrificia pro pctō (q2 oīs corruptio procedit ex pctō ⁊ pctm̄ ſiḡat) ſed ſcd̄a immunditia expiabatur per ſolā aſperſionē aque cuiuſdā: de qua quidē aqua expiationis hr̄ numeri. 19. Mādatur eñ ibi a dn̄o ꝙ accipiant vaccam rufam in memoriā pcti qḋ cōmiſerunt in adoratione vituli. Et dicitur vacca magis q̄ vitulus: q2 ſic dn̄s ſynagogā vocare cōſueuit, ſm̄ illud oſee. 5. ſicut vacca laſciuiens declinauit iſrael. Et hoc forte ideo, q2 vaccas in morē egyptij coluerūt, ſm̄ illud oſee. 10. Uaccas bethauē coluerunt. Et in deteſtationē peccati idolatrie immolabatur extra caſtra: ⁊ vbicūqȝ ſacrificiū fiebat pro expiatione multitudinis peccatorum cremabatur extra caſtra totū. Et vt ſignificaretur per hoc ſacrificium emundari populus ab vniuerſitate peccatorū intingebat ſacerdos digitum in ſangine eius, ⁊ aſpergebat contra fores ſanctuarij ſeptem vicibus: q2 ſeptenarius numerus vniuerſitatē ſignificat. Et ipſa etiaȝ aſperſio ſanguinis pertinebat ad deteſtationē idolatrie, in qua ſanguis immolatitius nō effundebatur, ſed congregabatur ⁊ circa ipſum hoīes comedebant in honorem idolorum. Cōburebatur autē in igne vel q2 deus moyſi in igne apparuit ⁊ in igne data eſt lex: vel q2 per hoc ſignificabat̄ ꝙ idolatria totaliter erat extirpāda, ⁊ oē qḋ ad idolatriā ꝑtinebat, ſicut vacca cremabatur cū pelle ⁊ carnibus: ſanguine ⁊ fimo flamme traditis adiungebat̄ etiā in cōbuſtione lignū cedrinum, hyſopus, coccuſqȝ bis tinctus, ad ſignificandū ꝙ ſicut ligna cedrina nō de facili putreſcunt, ⁊ coccus bis tinctus non amittit colorem ⁊ hyſopus retinet etiā odorē poſtq̄ fuerit deſiccatus, ita etiaȝ hoc ſacrificiū erat in cōſeruationē ipſius populi ⁊ honeſtatis ⁊ deuotionis ipſius, vn̄ dicitur de cineribus vacce, vt ſint multitudini filioꝝ iſrael in cuſtodiā. ¶ Uel ſm̄ ioſephum quatuor elementa ſiḡta ſunt (igni eñ apponebatur cedrus, ſignificans

terrã propter ſui terreſtreitatẽ: hyſopus ſignificãs odorẽ ꝓpter odorẽ, coccus ſignificãs aquã eadẽ rõne, qua etiã purpura ꝓpter tincturas, que ex aquis ſumunt) vt ꝑ hoc exprimeret ꝙ illud ſacrificiũ offerebat creatori quatuor elemẽtoꝝ. Et qꝛ hmõi ſacrificiũ offerebat ꝓ pctõ idolatrie, in eius deteſtationẽ: ⁊ cõburẽs ⁊ cineres colligens: ⁊ ille qui aſpergit aquas in quib' cinis ponebatur, immũdi reputabant: vt ꝑ hoc oſtẽderetur ꝙ quicquid quocunq; mõ ad idolatriã ꝑtinet, quaſi immundũ eſt abiiciendum. Ab hac aũt immundicia purificabant ꝑ ſolã veſtimẽtoꝝ ablutionẽ. Nec indigebãt aqua aſpergi ꝓp hmõi immundiciã: qꝛ ſic eſſet ꝓceſſus in infinitũ. Ille eñ qui aſpergebat aquã, immũdus fiebat: ⁊ ſic ſi ipſe ſeipſm aſpergeret, immũdus remaneret. Si aũt ali' eũ aſpgeret, ille immũdus eſſet: ⁊ ſilr ille q̃ illũ aſpgeret, ⁊ ſic in infinitũ. ¶ Figuralis aũt rõ hui' ſacrificij eſt, qꝛ ꝑ vaccã rufam ſignificat xp̄s ſm infirmitatẽ aſſumptã, quã femini' ſexus deſignat: ſanguinẽ autẽ paſſionis ei' deſignat vacce color. Erat autẽ vacca rufa etatis integre, qꝛ oĩs operatio xp̄i eſt ꝑfecta: in qua nulla erat macula, nec portauit iugũ pctĩ. Precipit aũt adduci ad moyſen: qꝛ imputabãt ei trãſgreſſionẽ moſaice legis in violatione ſabbati. Precipitur aũt tradi eleazaro ſacerdoti: qꝛ xp̄s occidendus in manus ſacerdotũ tradit' eſt. Immolatur aũt extra caſtra, qꝛ extra portã xp̄s paſſus eſt. Intingit aũt ſacerdos digitum in ſanguine eius, qꝛ per diſcretionẽ quã digitus ſignificat, myſteriũ paſſionis xp̄i eſt cõſiderandum ⁊ imitandũ. Aſpergitur autẽ contra tabernaculũ (per qđ ſynagoga deſignatur) vel ad cõdemnationẽ iudeoꝝ nõ credentiũ, vel ad purificationẽ credentiũ. Et hoc ſeptẽ vicib', vel propter ſeptẽ dona ſpũſſcti, vel propter ſeptẽ dies, in quib' oẽ tẽpus intelligitur. Sunt autẽ oĩa que ad chriſti incarnationẽ pertinẽt igne cremanda. i. ſpũaliter intelligenda: nam per pellem ⁊ carnẽ exterior xp̄i operatio ſignificatur, per ſanguinẽ ſubtilis ⁊ interna virtus exteriora facta viuificãs: ꝑ fimũ laſſitudo, ſitis, ⁊ oĩa hmõi ad infirmitatẽ pertinẽtia. Adduntur aũt tria ſcʒ cedrus, ꝙ ſignificat altitudinẽ ſpei vel cõtẽplationis: hyſopus, qđ ſignificat humilitatẽ vel fidẽ: coccus bis tinctus, qđ ſignificat geminã charitatẽ: per hec eñ debemus xp̄o paſſo adherere. Iſte autẽ cinis cõbuſtionis colligitur a viro mundo: qꝛ reliquie paſſionis peruenerũt ad gẽtiles, qui nõ fuerunt culpabiles in xp̄i morte. Apponũtur aũt cineres in aqua ad expiandum, qꝛ ex paſſione xp̄i baptiſmus ſortitur virtutẽ emundandi pctã. Sacerdos autẽ q̃ immolabat ⁊ cõburebat vaccã, ⁊ ille q̃ cõburebat ⁊ qui colligebat cineres immundus erat, ⁊ etiã qui aſpergebat aquã: vel qꝛ iudei ſunt facti immundi ex occiſione xp̄i, per quã noſtra pctã expiantur: ⁊ hoc vſq; ad veſperum. i. vſq; ad finem mundi qñ reliquie iſrael conuertentur: vel qꝛ illi qui tractant ſancta intendentes ad emundationem alioꝝ, ipſi etiã aliquas immundicias cõtrahunt (vt greg. dicit in paſtorali) ⁊ hoc vſq; ad veſperũ. i. vſq; ad finem pñtis vite. ¶ Ad ſextũ dm̃, ꝙ ſicut dictũ eſt, immundicia que ex corruptione proueniebat vel mentis vel corporis, expiabatur ꝑ ſacrificia ꝓ pctõ. Offerebantur aũt ſpecialia ſacrificia pro pctis ſingulorum: ſed qꝛ aliqui negligentes erant circa expiationẽ hmõi pctõꝝ ⁊ immundiciarũ, vel etiam propter ignorantiã ab expiatione hmõi deſiſtebant, inſtitutũ fuit vt ſemel in anno decima die ſeptimi menſis fieret ſacrificiũ expiationis pro toto populo. Et qꝛ ſicut apoſtolus dicit ad heb. 7. lex cõſtituit homines ſacerdotes infirmitatẽ hñtes, oportebat ꝙ ſacerdos prius offerret pro ſeipſo vitulũ pro pctõ in cõmemorationẽ peccati qđ aaron fecerat in conflatione vituli aurei: ⁊ arietẽ in holocauſtum: per qđ ſignificabatur ꝙ ſacerdotis prelatio (quam aries deſignat, qui eſt dux gregis) erat ordinanda ad honorem dei. Deinde aũt offerebat pro pplo duos hircos: quoꝝ vnus immolabat ad expiandum pctã multitudinis: hirc' eñ aĩal fetidũ eſt, ⁊ de pilis ei' fiunt veſtimenta pungentia: vt per hoc ſignificaretur fetor ⁊ immundicia ⁊ ſtimuli pctõꝝ. Huius autẽ hirci immolati ſanguis inferebatur ſimul etiã cũ ſanguine vituli in ſancta ſctõꝝ. ⁊ aſpergebatur ex eo totũ ſanctuariũ, ad ſignificandũ ꝙ tabernaculũ emũdabat ob immũdicias filiorum iſrael. Corpus vero hirci ⁊ vituli que immolata ſunt pro peccato, oportebat cõburi, ad oſtendendã conſummationem peccatorum. Non autem in altari: qꝛ ibi non comburebantur totaliter niſi holocauſta: vnde mandatũ erat vt cõburerẽtur extra caſtra in deteſtationem peccati: hoc enim fiebat quandocunq; immolabatur ſacrificium pro aliquo graui peccato, vel pro multitudine peccatorum. Alter vero hircus emittebatur in deſertum: non quidẽ vt offerretur demonibus, quos colebãt gentiles in deſertis (qꝛ eis nõ licebat immolari) ſed ad ſignificandum effectum illius ſacrificij immolati: ⁊ ideo ſacerdos imponebat manum ſuper caput eius confitens peccata filiorum iſrael, ac ſi ille hircus deportaret ea in deſertum vbi a beſtijs comederetur, quaſi portãs penam pro peccatis populi. Dicebatur autem portare peccata populi, vel quia in eius emiſſione ſignificabatur remiſſio peccatorum populi: vel qꝛ colligabatur ſuper caput eius aliqua cedula vbi erãt ſcripta peccata. ¶ Ratio autem figuralis horum erat, qꝛ chriſtus ſignificatur, ⁊ per vitulum propter virtutem, ⁊ per arietem quia ipſe eſt dux fidelium, ⁊ per hircum propter ſimilitudinem carnis peccati: ⁊ ipſe eſt immolatus pro peccatis ⁊ ſacerdotum ⁊ populi: qꝛ per eius paſſionem ⁊ maiores ⁊ minores a peccato mundantur. Sanguis autem vituli ⁊ hirci infertur in ſancta per pontificem: quia per ſanguinem paſſionis chriſti patet nobis introitus in regnum celorum. Comburuntur autem eorum corpora extra caſtra: quia extra portam xp̄s paſſus eſt: vt apl's dicit ad heb. vlti. Per hircũ autẽ qui emittebatur, poteſt ſignificari vel ipſa diuinitas chriſti: que in ſolitudinem abijt homine chriſto patiente: non quidẽ locum mutans, ſed virtutem cohibẽs, vel ſignificatur concupiſcẽtia mala quã debemus a nobis abijcere, virtuoſos autẽ motus dño immolare. De immundicia vero eorũ qui hmõi ſacrificia cõburebant, eadem ratio eſt que in ſacrificio vitule rufe dicta eſt. ¶ Ad ſeptimũ dm̃ ꝙ per ritum legis leproſus non emundabatur a macula lepre: ſed emundat' oſtendebatur. Et hoc ſignificatur leuit. 14. cũ dicitur de ſacerdote, Cum inuenerit lepram eſſe mundatã, precipiet ei qui purificatur. Iam ergo lepra mundata erat: ſed purificari dicebat tanq̃ʒ iudicio ſacerdotis reſtituebatur cõſortio hominũ ⁊ cultui diuino. Contingebat tñ qñq; vt diuino miraculo per ritum legis corporalis mundaretur lepra: qñ ſacerdos decipiebatur in iudicio. Hmõi autẽ purificatio leproſi dupliciter fiebat. nam primo iudicabatur eſſe mundus, ſecundo aũt reſtituebat tanq̃ mundus conſortio hominum ⁊ cultui diuino. ſ. poſt ſeptẽ dies. In prima autem purificatione offerebat pro ſe leproſus mundandus duos paſſeres viuos, ⁊ lignũ cedrinũ, ⁊ vermiculum ⁊ hyſopũ, hoc modo vt filo coccineo ligarentur paſſer ⁊ hyſopus ſimul cuʒ ligno cedrino: ita. ſ. ꝙ lignũ cedrinũ eſſet quaſi manubriũ aſperſorij: hyſopus vero ⁊ paſſer erãt id qđ de aſperſorio tingebat in ſanguine alterius paſſeris immolati in aquis viuis. Hec autẽ quatuor offerebat ꝯtra quatuor defectus lepre nam cõtra putredinẽ offerebatur cedrus, q̃ eſt arbor imputribilis: cõtra fetorẽ hyſopus, que eſt herba odorifera: ꝯtra inſenſibilitatem paſſer viuus: contra turpitudinẽ coloris vermiculus, qui habet viuum colorẽ. Paſſer vero viuus auolare dimittebatur in agrum: qꝛ leproſus reſtituebatur priſtine libertati. In octauo vero die admittebatur ad cultum diuinũ ⁊ reſtituebatur conſortio hoiũ. Primo tñ raſis pilis totius corporis ⁊ veſtimentis, eo ꝙ lepra pilos corrodit, ⁊ veſtimenta coinquinat ⁊ fetida reddit. Et poſtmodũ ſacrificium offerebatur ꝓ delicto eius: qꝛ lepra plerunq; inducit pro pctõ. De ſanguine aũt ſacrificij tingebatur extremũ auricule eius qui erat mundandus ⁊ pollices manus dextre ⁊ pedis, quia in iſtis partibus primum lepre dignoſcitur ⁊ ſentitur. Adhibebant etiã huic ritui tres liquores. ſ. ſanguis contra ſanguinis corruptionẽ: oleum ad deſignandã ſanationẽ morbi: aqua viua ad emundandam ſpurcitiã. ¶ Figuralis autẽ ratio erat, qꝛ per duos paſſeres ſignificantur diuinitas ⁊ humanitas xp̄i. Quorũ vnus. ſ. humanitas immolatur in vaſe fictili ſuper aquas viuentes: qꝛ ꝑ paſſionem chriſti aque baptiſmi conſecrantur. Alius autem. ſ. impaſſibilis diuinitas viuus remanebat: qꝛ diuinitas mori non poteſt: vnde ⁊ euolabat: qꝛ paſſione aſtringi non poterat. Hic autem paſſer viuus ſimul cũ ligno cedrino ⁊ cocco, vermiculo ⁊ hyſopo. i. fide, ſpe ⁊ charitate (vt ſupra dictum eſt) mittitur in aquam ad aſpergendum: qꝛ in fide dei ⁊ hominis baptizamur. Lauat autẽ homo per aquam baptiſmi ⁊ lachrymarum veſtimẽta ſua. i. opera, ⁊ omnes pilos. i. cogitationes. Tingitur autem extremum auricule dextre eius qui mundatur de ſanguine ⁊ de oleo, vt eius auditum muniat contra corrumpentia verba. Pollices autẽ manus dextre ⁊ pedis tinguntur, vt ſit eius actio ſancta. Alia vero que ad hanc purificationẽ pertinẽt, vel etiã aliarũ immundiciarũ, nõ hñt aliquid ſpeciale preter alia ſacrificia pro peccatis vel pro delictis. ¶ Ad octauum dm̃, ꝙ ſicut populus inſtituebatur ad cultum dei per circunciſionem, ita miniſter ꝑ aliquã ſpecialẽ purificationẽ vel conſecrationẽ: vnde ⁊ ſeparati ab alijs precipiuntur quaſi ſpecialiter ad miniſterium cultus diuini pre alijs deputati. Et totũ qđ circa eos

Al's vermiculum.

ſiebat in eorũ cõſecratione vel inſtitutiõe, ad hoc ꝑtinebat, vt oſtẽderet eos hr̃e q̃dã prerogatiuã puritatis ⁊ virtutis ⁊ dignitatis. Et iõ in inſtitutiõe miniſtroꝝ tria ſiebãt. p̃mo. n. purificabãtur, ſcḋo ordinabãtur ⁊ cõſecrabãtur, tertio applicabãtur ad vſum miniſterij. Purificabant quidẽ cõiter oẽs ꝑ ablutionem aque ⁊ ꝑ q̃dã ſacrificia. ſpãliter aũt leuite radebãt oẽs pilos carnis ſue: vt hr̃ leui. 8. Cõſecratio ṽo circa põtifices et ſacerdotes hoc ordine ſiebat. p̃mo. n. poſtq̃ abluti erãt, induebant q̃buſdã veſtimẽtis ſpãlibꝰ, ꝑtinẽtibꝰ ad deſignãdã dignitatẽ ipſoꝝ. Spãliter autem põtifex oleo vnctiõis in capite vngebatur: vt deſignaret ꝙ ab ipſo diffundebat ꝑtãs conſecrãdi ad alios, ſicut oleũ a capite deriuat ad inferiora: vt hr̃ in pſal. ſicut vnguentũ in capite qḋ deſcendit in barbã barbã aaron. Leuite ṽo nõ hẽbãt aliã ↄſecrationem niſi qḋ offerebant dño a filijs iſrael ꝑ manus pontificis: qui orabat ꝓ eis. Minorum vero ſacerdotũ ſole manus ↄſecrabãtur, q̃ erant applicãde ad ſacrificia. Et de ſanguine aĩalis immolatitij tingebat extremũ auricule dextre ipſorũ, ⁊ policea pedis aut manus dextre, vt. ſ. eſſent obediẽtes legi dei in oblatiõe ſacrificiorũ: ꝙ ſignatur in intinctiõe auris dextre. ⁊ ꝙ eẽt ſoliciti et prõpti in executione ſacrificioꝝ, ꝙ ſignatur in intinctione pedis et manus dextre. Aſpergebant etiã ipſi et veſtimẽta eorũ ſanguine aĩalis immolati in memoriã ſanguinis agni: ꝑ quem fuerũt liberati in egypto. Offerebãtur aũt in eorũ cõſecratiõe hmõi ſacrificia. Vitulus pro peccato, in memoriã remiſſionis peccati aarõ circa conflatione vituli. Aries ĩ holocauſtũ, ĩ memoriã oblatiõis abrae, cuius obediẽtiam põtifex imitari dẽbat. Aries etiam cõſecrationis q̃ erat quaſi hoſtia pacifica, in memoriam liberationis de egypto ꝑ ſanguinẽ agni. Caniſtrũ aũt panũ in memoriam manne p̃ſtiti ppl̃o. Pertinebat aũt ad applicationẽ miniſterij ꝙ imponebant ſuꝑ manus eorum, adeps arietis, ⁊ torta panis vnius, ⁊ armus dexter, vt oñderet ꝙ accipiebant ꝑtãtẽ hmõi offerendi dño. Leuite ṽo applicant ad miniſteriũ ꝑ hoc ꝙ intromittebant in tabernaculũ federis, quaſi ad miniſtrandum circa vaſa ſanctuarij. ¶ Figuralis ṽo horũ rõ erat: q̃ illi q̃ ſunt cõſecrandi ad ſpũale miniſteriuꝫ xp̃i, dñt p̃io purificari ꝑ aq̃ baptiſmi et lachrymarũ in fide paſſionis xp̃i: qḋ eſt expiatiuũ et purgatiuum ſacrificium. Et dñt radere oẽs pilos carnis. i. oẽs prauas cogitationes. dñt etiam ordinari virtutibus, ⁊ cõſecrari oleo ſpũſſancti, et aſpſiõe ſanguis xp̃i. Et ſic dñt eſſe intenti ad exequenda ſpũalia miniſteria. ¶ Ad nonũ dcm̃, ꝙ ſicut iam dcm̃ eſt, intentio legis erat inducere ad reuerentiã diuini cultꝰ. et hoc dupl̃r. Vno mõ excludẽdo a cultu diuino oẽ id qḋ poterat eſſe cõtemptibile. alio mõ apponẽdo ad cultũ diuinum oẽ illud qḋ videbatur ad honorificẽtiam ꝑtinere. Et ſi hoc quidẽ obſeruabat in tabernaculo et vaſis eius et aĩalibus immolandis, multo magis hoc obſeruandũ erat in ipſis miniſtris. Et iõ ad remouendum cõtẽptum miniſtroꝝ, p̃ceptũ fuit vt nõ hẽrẽt maculã vel defectum corꝑalẽ: q̃ hmõi hoĩes ſolẽt apḋ alios in cõtẽptu haberi. Propter qḋ ẽt inſtitutum fuit, vt nõ ſparſim ex quolibet gñe ad dei miniſteriũ applicarent, ſed ex certa ꝓſapia ſm̃ gñis ſucceſſionẽ, vt ex hoc clariores et nobiliores haberent. Ad hoc aũt ꝙ in reuerẽtia haberent, adhibebat eis ſpecialis ornatꝰ veſtiũ ⁊ ſpãlis ↄſecratio. Et hec eſt in cõi cã ornatꝰ veſtiũ. ¶ In ſpeciali autẽ ſciendum eſt, ꝙ põtifex hẽbat octo ornamenta. P̃mo. n. hẽbat veſtẽ lineam. Scḋo hẽbat tunicam hyacinthinam: in cuiꝰ extremitate ṽſus pedes ponebant ꝑ circuitum tintinabula q̃dam ⁊ mala punica facta ex hyacintho et purpura coccoq̃ bis tincto. Tertio hẽbat ſuphumerale, qḋ tegebat humeros et anterioreꝫ ꝑtẽ vſq̃ ad cingulũ: qḋ erat ex auro ⁊ hyacintho, ⁊ purpura coccoq̃ bis tincto, ⁊ biſſo retorta. ⁊ ſuꝑ humeros hẽbat duos onychinos: in q̇bꝰ erant ſculpta nõia filioꝝ iſrael. Quartum erat rõnale, ex eadẽ materia factum qḋ erat quadratum, et ponebat in pectore, et cõiungebat ſuphumerali. Et in hoc rõnali erant duodecim lapides p̃tioſi diſtincti ꝑ q̃tuor ordines. in q̇bꝰ ẽt ſculpta erant nõia filioꝝ iſrael, quaſi ad deſignanduꝫ, ꝙ ferret onꝰ totiꝰ ppl̃i ꝑ hoc ꝙ hẽbat nõia eoꝝ in hũeris: et ꝙ iugiter debebat de eoꝝ ſalute cogitare, ꝑ hoc ꝙ portabat eos in pectore quaſi in corde hñs. In quo ẽt rõnali mandauit dñs poni doctrinam ⁊ ṽitateꝫ: q̃ q̃dam ꝑtinentia ad ṽitatem iuſtitie et doctrine ſcribebant in illo rõnali. Iudei tñ fabulant ꝙ in rõnali erat lapis q̃ ſm̃ diuerſos colores mutabatur ſm̃ diuerſa q̃ debebant accidere filijs iſrael: et hoc vocant ṽitatem et doctrinam. Quintum erat balthe. i. cingulꝰ q̃dam factꝰ ex p̃dictis q̃tuor coloribꝰ. Sextũ erat tiara. i. mitra q̃dam de byſſo. Septimum aũt erat lamina aurea pendens in fronte eius: in qua erat ſcriptum nomẽ dñi. Octauum aũt erat femoralia linea, vt operirent carnem turpitudinis ſue qñ accederent ad ſanctuariuꝫ vel ad altare. Ex iſtis aũt octo ornamentis minores ſacerdotes habebant quatuor. ſ. tunicam lineam, femoralia, baltheum et tiaram. ¶ Horꝝ ornamentoꝝ quidaꝫ rõnem lr̃alem aſſignãt dicentes, ꝙ in iſtis ornamentis deſignabatur diſpoſitio orbis terrarum: quaſi põtifex ꝓteſtaretur ſe eſſe miniſtrum creatoris mundi. vñ etiã ſap. 18. dr̃ ꝙ in veſte aaron erat deſcriptus orbis terraꝝ. Nam femoralia linea figurabant terram ex qua linũ naſcitur. balthei circumuolutio ſignabat oceanum, qui circũcingit terram. Tunica hyacinthina, ſuo colore ſignabat aerem: ꝑ cuius tintinnabula ſignabãtur tonitrua, ꝑ mala granata coruſcationes. Superhumerale ṽo ſignabat ſua varietate celum ſydereum. duo onychini duo hemiſpia, vel ſolem ⁊ lunam. Duodecim gemme in pectore, duodecim ſigna in zodiaco: que dicebantur poſita in rõnali: q̃ in celeſtibus ſunt rationes terrenorum: ſm̃ illud Iob. 38. nunquid noſti ordineꝫ celi, et ponis rõnem eius in terra? Cidaris autem vel tiara ſignabat celum empyreum: lamina aurea deum oĩbus preſidentem. ¶ Figuralis ṽo ratio manifeſta eſt. Nam macule vel defectus corꝑales, a quibus debebant ſacerdotes eſſe immunes, ſignant diuerſa vitia ⁊ peccata quibꝰ dñt carere. Prohibet. n. eſſe cecus. i. ne ſit ignorans. Ne ſit claudꝰ. i. inſtabilis, ⁊ ad diuerſa ſe inclinans. Ne ſit ꝑuo vel grandi, vel torto naſo. i. ne ꝑ defectũ diſcretionis, vel in plꝰ vel in minus excedat, aut etiam aliq̃ praua exerceat. per naſum. n. diſcretio deſignatur: q̃ eſt diſcretiuꝰ odoris. Ne ſit fracto pede vel manu. i. ne amittat ṽtutem bene operandi vel ꝓcedendi in virtutem. Repudiatur etiaꝫ ſi hẽat gibbum vel ante vel retro: ꝑ quem ſignatur ſuꝑfluus amor terrenoꝝ. Si eſt lippus. i. per carnalem affectũ, eius ingenium obſcuratur: contingit. n. lippitudo ex fluxu humoris. Repudiat etiã ſi hẽat albuginẽ in oculo. i. p̃ſumptionẽ candoris iuſtitie in ſua cogitatiõe. Repudiat etiã ſi hẽat iugẽ ſcabiẽ. i. petulantiã carnis. Et ſi habuerit impetiginẽ: que ſine dolore corpus occupat ⁊ mẽbroꝝ decorẽ fedat: ꝑ q̃ auaritia deſignatur. Et etiã ſi ſit hernioſus vel ponderoſus: q̃. ſ. geſtat pondus turpitudinis in corde, lꝫ nõ exerceat in opere. ¶ Per ornamenta vero deſignãtur virtutes miniſtroꝝ dei. Sunt aũt quatuor q̃ ſunt neceſſarie omnibus miniſtris. ſ. caſtitas, que ſignatur ꝑ femoralia. Puritas ṽo vite, q̃ ſignificatur per lineam tunicam. Moderatio diſcretionis, que ſignificat per cingulum. Et rectitudo intentionis que ſignificatur per tiarã protegentem caput. Sed pre his pontifices debẽt quatuor habere. P̃mo quidem iugem dei memoriaꝫ in cõtemplatione. ⁊ hoc ſignificat lamina aurea habens nomen dei in fronte. Secundo ꝙ ſupportẽt infirmitates populi: qḋ ſignificat ſuperhumerale. Tertio ꝙ habeãt populum in corde et in viſceribus ꝑ ſolicitudinẽ charitatis: qḋ ſignificat per rõnale. Quarto ꝙ habeãt cõuerſationẽ celeſtẽ ꝑ opa ꝑfectionis: qḋ ſignificat ꝑ tunicã hyacinthinã. Vñ ⁊ tunice hyacinthine adiũgunt in extremitate tintinabula aurea: ꝑ q̃ ſignificatur doctrina diuinorum, q̃ debet coniungi celeſti conuerſationi pontificis. Adiũguntur etiã mala punica, per que ſignificatur vnitas fidei et concordia in bonis moribus: q̃ ſic coniuncta debet eſſe eius doctrina, vt per eam fidei et pacis vnitas non rumpatur.

¶ Utrum fuerit aliqua rationabilis cauſa obſeruantiarum cerimonialium. Artic. 6.

Ad Sextum ſic proceditur. Videtur ꝙ obſeruantiarum cerimonialium nulla fuerit rõnabilis cã. Quia vt apoſtolus dicit. 1. ad thimo. 4. omnis creatura dei eſt bona, et nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Inconuenienter igitur prohibiti ſunt abeſu quorundam ciborum tanquã immundorũ: vt p̃ꝫ leuit. 10. ¶ Preterea. Sicut animalia dantur in cibum hominis, ita etiã ⁊ herbe. vnde dicitur gen. 9. quaſi olera virentia dedi vobis omnem carnem. Sed in herbis lex non diſtinxit aliquas immundas: cum tñ alique illarũ ſint maxime nociue, vtputa venenoſe. ergo videt ꝙ nec de animalibꝰ aliqua debuerint ꝓhiberi tanq̃ immũda. ¶ P̃. Si materia eſt immunda ex qua aliquid gñatur, pari rõne vr̃ ꝙ id qḋ gñatur ex ea ſit immundum. Sed ex ſanguine gñatur caro. Cũ igitur nõ oẽs carnes ꝓhiberent tanq̃ immũde, pari rõne nec ſanguis debuit ꝓhiberi quaſi immundus aut adeps, qui ex ſanguine gñatur. ¶ Preterea. Dñs dicit matth. 10. eos non eſſe timendos qui occidunt corpus, q̃ poſt mortem non hñt quid faciãt: qḋ non eſſet verũ ſi in nocumentuꝫ homini cederet quid ex eo

fierēt:multo igitur minus ptinet ad aial iā occiſum q̄lr ei⁹ carnes decoquant̄:irrōnabile igitur vr̄ eſſe qđ dr̄ exo.23. Non coques hedū in lacte mr̄is ſue. ¶ Pr̄. Ea q̄ ſunt primitiua in hominibus ⁊ aialib⁹ tanq̄ pfectiora precipiunt̄ dn̄o offerri:incōuenienter igitur precipit̄ leuit.19. Qñ ingreſſi fueritis terram et plantaueritis in ea ligna pomifera,auferetis pputia eoꝝ ideſt prima germina ⁊ immunda erūt vobis,nec edetis ex eis. ¶ Pr̄. Veſtimentū extra corpus hois eſt:nō igitur debuerūt quedā ſpālia veſtimēta iudeis interdici:puta quod dr̄ leuit.19. Veſte q̄ ex duob⁹ texta eſt nō indueris. ⁊ deut.20. Nō induet̄ mulier veſte virili,⁊ vir nō induet̄ veſte feminea.⁊ infra. Nō indueris veſtimēto qđ ex lana linoq̄ ꝯtextū eſt. ¶ Pr̄. Memoria mandatorū dei nō ptinet ad corp⁹,ſꝫ ad cor:incōuenient̄er igit̄ p̄cipit̄ deut.6. qđ ligarent p̄cepta dei quaſi ſignum in manu ſua,et q̄ ſcriberentur in limine oſtioꝝ,⁊ q̄ p angulos pallioꝝ facerent fimbrias in quib⁹ ponerent vittas hyacinthinas in memoriā mandatoꝝ dei:vt hr̄ numeri.15. ¶ Pr̄. Apoſtolus dicit.1.ad cor.6. q̄ nō eſt cura deo de bobus,⁊ p cōſequēs neq̄ de alijs aialibus irrōnalibus:incōuenienter igit̄ precipit̄ deut.22. Si ambulaueris p viam ⁊ inueneris nidū auis nō tenebis m̄rem cū filijs. deut.25. Non alligabis os bouis triturantis. ⁊ leuit.19. Iumenta tua nō facies coire cū alteri⁹ gn̄is aiantib⁹. ¶ Pr̄. Inter plātas nō fiebat diſcretio mūdoꝝ ab immūdis. Ergo multo minus circa culturā plātaꝝ debuit aliq̄ diſcretio adhiberi. ergo incōueniēter p̄cipit̄ leuit.19. Agrū nō ſeres diuerſo ſemine.⁊ deu.22. Nō ſeres vineam tuā altero ſemine,⁊ nō arabis in boue ſimul et aſino. ¶ Pr̄. Ea q̄ ſunt inaīata maxie vir̄ hoīum ptāti eē ſubta:incōueniēter igit̄ arcet̄ hō ab argēto et auro ex q̄b⁹ fabricata ſunt idola ⁊ ab alijs q̄ i idoloꝝ domib⁹ inueniuat̄ p̄cepto legis qđ hr̄ deu.7. Ridiculū ēt vr̄ eē p̄ceptū qđ hr̄ deu.23. Ut geſtiones hamo operirent fodiētes in terra. ¶ Pr̄. Pietas maxie in ſacerdotib⁹ requirit̄:ſꝫ ad pietatē ptinere vr̄ q̄ aliqs funerib⁹ amicoꝝ interſit. vñ etiā de hoc Tobias laudat̄ vt hr̄ Tob.1. Silr̄ ēt q̄nq̄ ad pietatē ptinet q̄ aliqs i vxorē accipiat meretricē:qꝛ per hoc eaꝫ a pctō et infamia liberat. ergo videt̄ q̄ hec inconuenienter prohibeantur ſacerdotibus. leuitici.21.

Sꝫ Contra eſt,q̄ dr̄ deut.18. Tu autem a dn̄o deo tuo aliter inſtitutus es.ex quo poteſt accipi q̄ huiuſmodi obſeruantie ſunt inſtitute a deo ad quādā ſpecialē illius populi prerogatiuam. non ergo ſunt irrationabiles aut ſine cauſa.

Rñdeo dōm,q̄ pplſ iudeoꝝ (vt.ſ̄. dictū eſt) ſpālr̄ erat deputat⁹ ad cultū diuinū,et inter eos ſpālr̄ ſacerdotes. et ſicut alie res q̄ applicant̄ ad cultū diuinū aliquaꝫ ſpālitatē dn̄t hr̄e qđ ptineat ad honorificentiā diuini cultus, ita etiā et in cōuerſatione illi⁹ ppli ⁊ p̄cipue ſacerdotū debuerūt eſſe aliq̄ ſpālia cōgruentia ad cultū diuinū, vel ſpūalē vel corpalē. Cult⁹ aūt legis figurabat myſteriū chr̄i. vñ oīa eorum geſta figurabāt ea q̄ ad chr̄m ptinēt:ſꝫ illud.1.ad cor.10. Oia in figurā ꝯtingebāt illis.⁊ iđ rōnes harū obſeruātiarū dupliciter aſſignari pn̄t. Uno modo ſm̄ cōgruentiā ad diuinum cultum. Alio modo ſcđm q̄ figurāt aliqđ circa chr̄ianoꝝ vitam.

Ad Primū ergo dōm, ꝙ ꝓcepta cerimōialia alio modo ſunt figuralia q̄3 iudicialia: vt dictum eſt. ¶ Ad ſm̄ dōm, ꝙ populus iudeoꝝ ad hoc electus erat a deo ꝙ ex eo chriſtus naſceret̄. et ideo oportuit totū illius populi ſtatū eſſe ꝓpheticū ⁊ figuralē: vt augu. dicit ꝯ fauſtū. et ꝓp hoc etiam iudicialia illi populo tradita magis ſunt figuralia quā iudicia alijs populis tradita: ſicut etiā bella ⁊ geſta illius populi exponunt̄ myſtice: nō aūt bella vel geſta aſſyrioꝝ vel romanoꝝ, q̄uis longe clariora ſm̄ hoīes fuerīt. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ ordo ad ꝓximū in pplo illo, ſm̄ ſe ꝯſideratꝰ perviꝰ erat rōni: ſ3 ſm̄ ꝙ referebat̄ ad cultum dei ſupabat rationem, ⁊ ex hac parte erat figuralis.

¶ Utrum precepta iudicialia veteris legis perpetuam obligationem habeant. Articu. 3.

AD Tertiū ſic ꝓcedit̄. Uī ꝙ precepta iudicialia veteris legis ꝑpetuā obligationez habeant. Precepta. n. iudicialia pertinent ad virtutem iuſtitie: nā iudiciū dicitur iuſtitie executio. iuſtitia aūt eſt ꝑpetua ⁊ immortalis: vt dicit̄ ſap. primo. Ergo obligatio preceptoꝝ iudicialiū eſt perpetua. ¶ P̄. Inſtitutio diuina eſt ſtabilior q̄3 inſtitutio humana: ſed precepta iudicialia humanarum legū hn̄t perpetuam obligationē. Ergo multo magis precepta iudicialia legis diuine. ¶ P̄. Apoſtolus dicit ad hebr. 7. ꝙ reprobatio fit precedentis mandati propter infirmitatem ipſius et inutilitatem: quod quidem verum eſt de mandato cerimoniali; quod non poterat facere perfectum iuxta conſcientiā ſeruientem ſolummodo in cibis et in potibus, ⁊ varijs baptiſmatibus ⁊ iuſtitijs carnis: vt apoſtolus dicit ad hebr. 9. ſed precepta iudicialia erant vtilia et efficacia ad id ad quod ordinabantur. ſ. ad iuſtitiam ⁊ equitatem inter homines conſtituendam. Ergo precepta iudicialia veteris legis non reprobantur: ſed adhuc efficaciam habent.

f. q. 108. ar. 1. co. ⁊ ar. 2. c. ⁊ ad 4ᵐ. Et 22ᵉ. q. 62. ā. 5. ad. 1. ⁊. q. 87. ā. 1. co. Et. 4. di ſti. 15. q. 1. ā. 5. q. 2. ad. 5. Et di. 2. ar. 8. co. Et. q̄. 4. ā. 13. co. Et heb. 7. lec. 2. co. 2.

Sz ꝯ eſt, ꝙ apoſtolus dicit ad heb. 7. ꝙ trāſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis trāſlatio fiat: ſ3 ſacerdotiū eſt tranſlatum ab Aaron ad Chriſtum. Ergo etiam ⁊ tota lex eſt trāſlata: non ergo iudicialia precepta adhuc obligationem habent.

Rn̄deo Dōm, ꝙ iudicialia precepta nō habuerūt ꝑpetuā obligationē: ſed ſunt euacuata ꝑ aduentū Chr̄i: aliter tn̄ quā cerimonialia: nam cerimonialia a deo ſunt euacuata, vt non ſolum ſint mortua: ſed etiam mortifera obſeruātibus poſt Chriſtum: maxime poſt euangelium diuulgatū: precepta aūt iudicialia ſunt quidem mortua (quia non habent vim obligandi) non tamen ſunt mortifera: qr ſiquis princeps ordinaret in regno ſuo illa iudicialia obſeruari nō peccaret: niſi forte hoc modo obſeruarentur vel obſeruari mandarentur tanquā habentia vim obligandi ex veteris legis inſtōne: talis enim intentio obſeruandi eſſet mortifera: ⁊ huiꝰ differentie rō poteſt accipi ex premiſſis. Dictū eſt. n. ꝙ ꝓcepta cerimonialia ſunt figuralia primo ⁊ per ſe tanq3 inſtituta principaliter ad figurāda Chriſti myſteria vt futura: et ideo ipſa obſeruatio eorū preiudicat fidei veritati ſm̄ quā cōfitemur illa myſteria iaz eſſe cōpleta. Precepta aūt iudicialia nō ſunt inſtituta ad figurandū: ſed ad diſponendū ſtatū illius populi qui ordinabatur ad Chriſtū: ⁊ ideo mutato ſtatu illius populi Chr̄o iam veniēte iudicialia precepta obligationem amiſerunt. Lex. n. fuit pedagogus ducens ad Chr̄m: vt dicit̄ ad gal. 3. quia tn̄ huiuſmodi iudicialia precepta non ordinantur ad figurādum: ſed ad aliquid fiendū: ipſa eorum obſeruatio abſolute nō preiudicat fidei veritatis: ſed intentio obſeruandi tanq3 ex obligatione legis preiudicat veritati fidei quia per hoc haberetur ꝙ ſtatus prioris populi adhuc duraret: ⁊ ꝙ Chriſtus nondum veniſſet.

Ad Primū ergo dōm, ꝙ iuſtitia quidem perpetuo eſt obſeruanda: ſed determinatio eoꝝ que ſunt iuſta ſm̄ inſtitutionem humanā vel diuinā: opz ꝙ varietur ſm̄ diuerſum hominum ſtatū. ¶ Ad ſm̄ dōm, ꝙ precepta iudicialia ab hoībus inſtituta hn̄t perpetuā obligationē manēte illo ſtatu regiminis: ſed ſi ciuitas vel gens ad aliud regimen deueniat opz leges mutari: nō. n. eedē leges conueniunt in democratia que eſt poteſtas populi: ⁊ in oligarchia que eſt ptās diuitum: vt pz per ph̄m in ſua politica: ⁊ ideo etiā mutato ſtatu illiꝰ populi oportuit ꝓcepta iudicialia mutari. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ illa ꝓcepta iudicialia diſponebāt populū ad iuſtitiā ⁊ equitatē ſm̄ ꝙ conueniebat illi ſtatui: ſed poſt Chriſtū ſtatū illiꝰ populi oportuit

mutari:vt tā in.Chʼo nō eſſet diſcretio gentilis ⁊ iudei, ſicut antea erat:et ꝓp hoc oportuit etiā precepta iudicialia mutari.

¶ Utrum precepta iudicialia poſſunt habere aliquam certam diuiſionem. Articu.4.

AD Quartū ſic ꝓcedit. Uī ꝙ precepta iudicialia nō poſſint hr̄e aliq̄ certā diuiſionē. Precepta.n.iudicialia ordinant hoīes adinuicē:ſed ea q̄ inter hoīes ordinari opꝫ:in vſum eorū venientia nō cadūt ſub certa diſtōne:cū ſint infinita:ergo precepta iudicialia nō pñt hr̄e certā diſtōnē. ¶ P̄. Precepta iudicialia ſunt determiatiōes moraliū.ſed moralia p̄cepta nō videnꝭ hr̄e aliquā diſtōnē niſi ſm ꝙ reducunꝭ ad precepta decalogi:ergo p̄cepta iudicialia non hn̄t aliq̄ certā diſtōnē. ¶ P̄. Precepta cerimonialia,q̄ certam diſtōnē hn̄t:eoꝝ diſtō in lege innuiꝭ dū q̄dā vocanꝭ ſacrificia: quedā obſeruātie:ſed nulla diſtinctio innuiꝭ in lege preceptorū iudicialiū. Ergo vī ꝙ non habeant certam diſtinctionem.

Sed Cōtra. Ubi eſt ordo,opꝫ ꝙ ſit diſtō:ſꝫ rō ordinis maxime pertinet precepta iudicialia:per que populus ille ordinabatur. Ergo maxime debēt hr̄e diſtinctionē certā.

Rñdeo Dōm,ꝙ cū lex ſit q̄ſi q̄dā ars hūane vite inſtituende vel ordinādē,ſicut in vnaq̄q̄ arte eſt certa diſtō regularū artis,ita opꝫ in q̄lꝫ lege eē certā diſtōnē p̄ceptorū:alr̄.n.ipſa confuſio vtilitatē legis auferret:⁊ iō dōm eſt ꝙ p̄cepta iudicialia veteris legis per que hoīes adinuicē ordinabanꝭ,diſtinctionē hn̄t ſm diſtōnem ordinationis humane. Quadruplex aūt ordo in aliquo ppl̄o inueniri pōt. Unus q̄dē p̄ncipiū ppl̄i ad ſubditos:alius aūt ſubditoꝝ adinuicē:tertiꝰ aūt eoꝝ q̄ ſunt de ppl̄o ad extraneos.quartus aūt ad domeſticos:ſicˀ p̄ris ad filiū,vxoris ad virū ⁊ dn̄i ad ſeruū:et ſm iſtos q̄tuor ordines diſtingui pñt precepta iudicialia veteris legis. Dātur aūt q̄dā p̄cepta de inſtōne p̄ncipū et officio eorū,⁊ de reuerētia eis exhibēda: et hec eſt vna ꝑs iudicialiū p̄ceptorū. Dantur etiā quedā precepta pertinentia ad conciues adinuicem:puta circa emptiones ⁊ vēditiōes, et iudicia et penas:et hec eſt ſcd̄a pars iudicialiū preceptorū. Danꝭ etiam q̄dā precepta pertinentia ad extraneos: puta de bellis cōtra hoſtes et de ſuſceptione peregrinorū et aduenarū:et hec eſt tertia pars iudicialiū preceptorū. Dantur etiā in lege quedā precepta pertinētia ad domeſticam cōuerſationem:ſicut de ſeruis et vxoribus et filijs: et hec eſt quarta pars iudicialium preceptorum.

Ad Primū ergo dōm,ꝙ ea q̄ ꝑtinēt ad ordinationē hoīum adinuicē.ſunt q̄dē numero infinita:ſꝫ tñ reduci pñt ad aliq̄ certa ſm dr̄iā ordinationis hūane:vt dictū eſt. ¶ Ad ſm dōm,ꝙ p̄cepta decalogi ſunt p̄ᵃ in gn̄e moraliū:vt.ſ.dictū eſt. ⁊ iō ꝯuenienter alia p̄cepta moralia ſm ea diſtinguunꝭ. Sꝫ p̄cepta iudicialia ⁊ cerimōialia hn̄t aliā rōnē obligatiōis nō q̄dē ex rōne naturali ſꝫ ex ſola inſtōne:⁊ ideo diſtōnis eoꝝ alia eſt rō. ¶ Ad tertiū dōm,ꝙ ex ipſis rebꝰ que per p̄cepta iudicialia ordinanꝭ in lege,innuit lex diſtinctionē iudicialiū preceptorū.

¶ De rōne iudicialiū preceptorū. Q̄ō.105.

¶ Super.q.105.
IN queſtio.105. hoc ſolum ſcribendū occurrit quod tam ex lege veteri quā ex autoritate ariſ.⁊ autoris apparet: ꝙ non irrationabiliter ordinaretur ꝙ tam eccleſia quam quicunq̄ alius nō poſſet vltra rīn agri in ciuitatis territorio vt propriū habere:ſed donatū vel ſucceſſione vel q̄olibet aliter obueniens plus quilibet teneretur vendere ne poſſeſſiones ad paucos deuenirēt: vt hoc videtur pluribus in locis accidere.

DEinde Conſiderandū eſt de ratione iudicialiū preceptorum. ¶ Et circa hoc queruntur quatuor. Primo de ratione preceptorum iudicialiū que pertinent ad principes. ſecundo de his que pertinent ad conuictum hominum adinuicem. tertio de his que pertinent ad extraneos. quarto de his que pertinent ad domeſticam cōuerſionē.

¶ Utrum conuenienter lex vetus de principibus ordinauerit. Articu.1.

AD Primum ſic ꝓceditur. Uidetur ꝙ inconuenienter lex vetus de principibꝰ ordinauerit. Quia vt philoſophus dicit in.3.polit.ordinatio populi precipue dependet ex maximo principatu:ſed in lege nō inuenitur qualiter debeat inſtitui ſupremus princeps. Inuenitur autem de inferioribus principibus.primo quidē exo.18. Prouide de omni plebe viros ſapiētes ⁊c.⁊ numeri.xi. Cōgrega mihi.70.viros de ſenioribus iſrael:⁊ deut.1. Date ex vobis viros ſapientes et gnaros ⁊c.ergo inſufficienter lex vetus principes populi ordinauit. ¶ P̄. Optimi eſt optima adducere:vt plato dicit:ſed optima ordinatio ciuitatis vel populi cuiuſcunq̄ eſt vt gubernetur per regem:quia huiuſmodi regnū maxime repreſentat diuinum regimen quo vnus deus mundum gubernat a principio:igiꝭ lex debuit regē ppl̄o inſtituere,⁊ nō ꝑmittere hoc eoꝝ arbitrio:ſicut ꝑmittitur deut.17. Cū dixeris.cōſtituam ſuꝑ me regem, eum conſtitues ⁊c. ¶ P̄. Sicut dr̄ matt.12. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabiꝭ: qḋ etiam experimento patuit in ppl̄o iudeoꝝ:in quo fuit diuiſio regni deſtructionis cā: ſed lex precipue dꝫ intendere ea q̄ ꝑtinēt ad cōem ſalutē ppl̄i.ergo debuit in lege ꝓhiberi diuiſio regni in duos reges:nec etiā debuit hoc auc̄te diuina introduci ſicut legiꝭ introductū autoritate dn̄i ꝑ abdiā ſyloniē ꝓphā.3.reg.xi. ¶ P̄. Sicut ſacerdotes inſtituunꝭ ad vtilitatē ppl̄i in his q̄ ad deū ꝑtinēt (vt pꝫ heb.5.) ita principes etiā inſtituunꝭ ad vtilitatē ppl̄i in rebꝰ hūanis: ſed ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis qui ſunt in lege deputanꝭ aliq̄ ex q̄bus viuere dēant: ſicut decime ⁊ primitie,⁊ multa alia hmōi:ergo ſilr̄ principibus ppl̄i debuerūt aliq̄ ordinari vñ ſuſtētarent:⁊ p̄cipue cū ꝓhibita ſit eis munerꝝ acceptio:vt pꝫ exo.23. Nō accipietis munera q̄ excecāt ē prudētes: ⁊ ſubuertūt vba iuſtorū. ¶ P̄. Sicˀ regnum eſt optimū regimē:ita tyrānis eſt peſſima corruptio regimis:ſꝫ dn̄s regem inſtituēdo inſtituiꝭ ius tyrānicū. Dr̄.n.1.regū.8. Hoc erit ius regis q̄ imꝑaturꝰ eſt vobis,filios veſtros tollet ⁊c. Ergo inconueniēter fuit ꝓuiſum ꝑ legem circa principū ordinationē.

Sꝫ Contra eſt,ꝙ populus iſrael de plenitudine ordinationis commendatur numeri.24.quod pulchra ſunt tabernacula tua iacob:⁊ tentoria tua iſrael:ſed pulchritudo ordinationis populi dependet ex principibus bene inſtitutis: ergo per legem populus fuit circa principes bene inſtitutus.

Rñdeo Dōm,ꝙ circa bonā ordinationē p̄ncipū in aliq̄ ciuitate vel gēte duo ſunt attēdēda:q̄rū vnū eſt vt oēs aliq̄ ꝑtē hēant in p̄ncipatu:ꝑ hoc.n.ꝯſeruaꝭ pax ppl̄i ⁊ oēs talē ordinationē amāt ⁊ cuſtodiūt:vt dr̄ i.2.poli. Aliud eſt qḋ attenditur ſm ſpēm regiminis vel ordinatiōis p̄ncipatuū:cuius cum ſint diuerſe ſpecies (vt ph̄s tradit in.3.politi.) p̄cipue tñ eſt vnum regimen in quo vnꝰ principatur ſm ꝟtutē, ⁊ ariſtocratia.i.ꝑtās optimoꝝ i q̄ aliq̄ pauci p̄ncipanꝭ ſꝫ ꝟtutē:vñ optima ordinatio principū eſt in aliq̄ ciuitate vel regno in q̄ vnꝰ p̄ficiꝭ ſm ꝟtutem q̄ oībꝰ preſit:⁊ ſub ipſo ſunt aliq̄ p̄ncipantes ſm ꝟtutem:⁊ tñ talis principatꝰ ad oēs ꝑtinet:tū q̄ ex omnibꝰ eligi pñt:tū q̄ etiā ab oībꝰ eligunꝭ. Talis.n.eſt optima politia bñ cōmixta ex regno inq̄ātū vnꝰ p̄eſt, ⁊ ariſtocratia inq̄ntum multi principanꝭ ſm virtutem:⁊ ex democratia.i.ꝑtāte ppl̄i inq̄ntū ex popularibus pñt eligi principes:⁊ ad populū ꝑtinet electio p̄ncipū:⁊ hoc fuit inſtitutum ſm legē diuinā. Nā Moyſes ⁊ eiꝰ ſucceſſores gubernabant pplm quaſi ſingulr̄ oībꝰ p̄ncipātes,qḋ eſt quedā ſpēs regni. Eligebātur autē 72.ſeniores ſm virtutem. Dicitur.n.deuter.1. Tuli de veſtris tribubus viros ſapientes ⁊ nobiles,⁊ conſtitui eos principes: et hoc erat ariſtocraticum:ſed democraticū erat quod iſti de omni populo eligebantur. Dicitur enim exo.18. Prouide de omni plebe viros ſapientes ⁊c.et etiā ꝙ populus eos eligebat vnde dicitur deuter.1. Date ex vobis viros ſapientes ⁊c.vnde patet qḋ optima fuit ordinatio principum quam lex inſtituit.

Ad Primū ergo dōm,ꝙ ppl̄s ille ſub ſpāli cura dei regebatur.vñ dr̄ deut.7. Te elegit dn̄s deus tuꝰ vt ſis ei ppl̄s peculiaris:⁊ ideo inſtitutionē ſummi p̄ncipis dn̄s ſibi reſeruauit: et hoc eſt qḋ Moyſes petiuit numeri.27. Prouideat dn̄s deus ſpūum oīs carnis hoīem q̄ ſit ſuꝑ multitudinem hanc:⁊ ſic ex dei ordinatione inſtitutus eſt Joſue in principatu poſt Moyſen: ⁊ de ſingulis iudicibꝰ qui poſt Joſue fuerunt legiꝭ ꝙ deꝰ ſuſcitauit ppl̄o ſaluatorē,⁊ ꝙ ſpūs dn̄i fuit in eis:vt pꝫ iudicū.2. Et iō etiā electionē regis nō cōmiſit dn̄s ppl̄o ſꝫ ſibi reſeruauit:pꝫ deut.17. Cum cōſtitues regē quē dn̄s deꝰ tuꝰ elegerit. ¶ Ad ſm dōm,ꝙ regnū eſt optimū regimē ppl̄i ſi nō corrūpaꝭ:ſed ꝓp magnā ꝑtātē q̄ regi cōcediꝭ:de facili regimē degñat in tyrānidē:niſi ſit ꝑfcā virtꝰ eiꝰ cui talis ꝑtās cōcediꝭ: q̄ nō eſt niſi ꝟtuoſi dn̄i ferre bonas fortunas: vt ph̄s dt in.10.eth̄.ꝑfecta aūt virtꝰ in paucis inueniꝭ:⁊ p̄cipue iudei crudeles erant et ad auaritiā ꝓni:ꝑ q̄ vitia maxie hoīes in tyrannidem decidūt. Et iō dn̄s a principio eis regē nō inſtituit cum plena ꝑtāte:ſed iudicē et gubernatorem in eorū cuſtodiā:ſed poſtea regē ad petitionē populi quaſi indignatus cōceſſit:vt pꝫ per hoc qḋ dixit ad Samuelē.1.regū.8. Non te abiecerunt:ſed me, ne regnē ſuꝑ eos. Inſtituit tñ a principio circa regē inſtituendum primo quidē modum eligendi,in quo duo determinauit: vt ſcilicet in eius electione expectarent iudicium dn̄i:et vt non facerent regem alterius gentis:quia tales reges ſolent parum affici ad gentē cui preficiuntur:⁊ ꝑ conſequens non curare de

eis.ſcd̄o

eis. Scḋo ordinauit circa reges inſtitutos qualr̄ deberēt ſe hr̄e q̄tū ad ſeipſos: vt. ſ. nō multiplicarēt curr⁹ ⁊ equos, neq̄ vxores. neq̄ etiā immēſas diuitias: q2 ex cupiditate hoꝝ ꝓncipes ad tyrānidē declināt, ⁊ iuſtitiā derelinquūt. Inſtituit ēt qualiter ſe deberēt hr̄e ad deū: vt. ſ. ſemꝑ legerēt ⁊ cogitarēt de lege dei: ⁊ ſemꝑ eſſent in dei timore ⁊ obediētia. Inſtituit etiam qualr̄ ſe hr̄ent ad ſubditos ſuos: vt. ſ. non ſupbe eos ꝯtēnerent aut opprimerēt, neq̄ ēt a iuſtitia declinarēt. ¶ Ad tertiū dō3, q̄ð diuiſio regni ⁊ multitudo regū magis eſt ꝑplo illi data in penā ꝓ multis diſſenſionib⁹ eoꝝ q̄s maxīe ꝯ regē dauid iuſtū mouerāt q̄ ad eoꝝ ꝓfectū. vñ ð2 Oſee. 13. Dabo tibi regē i furore meo: ⁊ Oſee. 8. Ipſi regnauerūt, ⁊ nō ex me: principes extiterūt. ⁊ nō cognoui. ¶ Ad q̄rtū dō3, q̄ ſacerdotes ꝑ ſucceſſionē originis ſacris deputabant: ⁊ hoc iō vt i maiori reuerētia haberent̄ ſi nō quil3 ex ꝑplo poſſet ſacerdos fieri: quoꝝ honor cedebat in reuerētiā diuini cult⁹, ⁊ iō oportuit vt eis ſpālia q̄dā deputarent̄ tā in decimis q̄ in p̄mitijs: q̄ ēt in oblatiōib⁹ ⁊ ſacrificijs ex q̄b⁹ viuerēt. S3 ꝓncipes ſicut dictū eſt aſſumebāt̄ ex toto ꝑplo. ⁊ iō habebāt certas poſſeſſiōes ꝓprias ex quib⁹ viuere poterāt, ⁊ ꝓcipue cū dn̄s ꝓhiberet ēt in lege ne ſupabūdarēt diuitijs, aut magnifico apparatu, tū q2 nō erat facile q̄n ex his in ſupbiā ⁊ tyrannidē erigerent̄, tū ēt q2 ſi ꝓncipes non erāt multū diuites, ⁊ erat laborioſus principat⁹ ⁊ ſolicitudine plen⁹: nō multū affectabat̄ a popularib⁹: ⁊ ſic tollebat̄ ſeditionis mā. ¶ Ad quintū dōm, q̄ illud ius nō debebat̄ regi ex inſtitutiōe diuina: ſ3 magis ꝓnūtiabat̄ vſurpatio regū, q̄ ſibi ius iniquū cōſtituūt in tyrānidē degenerātes ⁊ ſubditos deꝑdātes, ⁊ h̄ p3 ꝑ hoc q̄ in fine ſubdit, Voſq̄ eritis ei ſerui: q̄ð ꝓprie ꝑtinet ad tyrānidē: q2 tyrāni ſuis ſubditis principant̄ vt ſeruis. vñ h̄ dicebat ſamuel ad terrēdū eos ne regē peterēt ſeq̄t̄ eñ. Noluit āt audire popul⁹ vocē ſamuelis. Pōt tñ ꝯtigere q̄ð bon⁹ rex abſq̄ tyrānide filios tollat ⁊ cōſtituat tribunos ⁊ cēturiōes: ⁊ m̄lta accipiat a ſubditis ſuis ꝑp cōe bo\m ꝓcurādū.

¶ Utrū conuenienter fuerint tradita precepta iudicialia quātum ad popularium coniunctum. Artic. 2.

Ad ſcḋm ſic ꝓceditur. Vr̄ q̄ incōuenientēr fuerint tradita ꝓcepta iudicialia quātū ad populariū ꝯiūctū. Nō. n. pn̄t hoīes pacifice viuere adinuicē ſi vnus accipiat ea q̄ ſunt alteri⁹: ſed hoc videt̄ eſſe inductū in lege: ð2 eñ deut. 23. Ingreſſus vineā pximi tui comede vuas quātū tibi placuerit. q̄ lex vetus nō cōuenientēr prouidebat hoīm paci. ¶ p̄. Ex hoc maxime multe ciuitates ⁊ regna deſtruunt̄ q̄ poſſeſſiōes ad mulieres perueniūt. vt ph̄s dicit in. 2. politi. ſed hoc fuit introductū in veteri lege. Dicitur eñ nume. 27. Hō cū mortu⁹ fuerit abſq̄ filio ad filiā ei⁹ trāſibit hereditas. ergo nō cōuenientēr ꝓuidit lex ſaluti populi. ¶ p̄. Societas hoīm maxīe cōſeruat̄ ꝑ h̄ q̄ hoīes emēdo ⁊ vēdendo ſibi inuicē res ſuas cōmutāt q̄b⁹ indigēt: vt ð2 in. 1. polit. ſed lex vet⁹ abſtulit vrtutē vēditionis: mādauit eñ quod poſſeſſio vēdita reuerteret̄ ad vēditorē i. 50. anno iubilei: vt p3 Leui. 22. incōuenientēr igit̄ lex ꝑplm̄ illum circa hoc inſtituit. ¶ p̄. Neceſſitatib⁹ hoī3 maxīe expedit vt hoīes ſint ꝓmpti ad mutuū concedēdū. q̄ q̄dem ꝓmptitudo tollit ꝑ hoc q̄ creditores accepta nō reddūt. vñ ð2 eccl̄. 29. Multi nō cā neq̄tie feneraṫi ſunt: ſed fraudari gratis timuerunt. hoc aūt induxit lex p̄mo quidē: q2 mādauit deut. 15. Cui debet̄ aliq̄d ab amico vel ꝓximo ac fratre ſuo repetere nō poterit: q2 annus remiſſionis eſt dn̄i ⁊ exod. 22. ð2, q̄ð ſi p̄ſte dn̄o aīal mutuatū mortuū fuerit, reddere nō tenet̄. Scḋo q2 auferi̇̄ ei ſecuritas q̄ hr̄ ꝑ pign⁹. ð2 eñ deut. 24. Cū repetes a ꝓximo tuo rē aliquā quā 3 tibi: nō ingredieris domū ei⁹, vt pign⁹ auferas, ⁊ iterū. Nō pnoctabit apud te pign⁹: ſ3 ſtatim reddes ei. ergo inſufficiētēr fuit ordinatū in lege de mutuis. ¶ p̄. Ex defraudatione depoſiti maximū periculū imminet, ⁊ iō eſt maxima cautela adhibēda. vñ ēt ð2. 2. Mach. 3. q̄ ſacerdotes inuocabant eū de celo: q̄ de depoſitis legē poſuit vt his q̄ depoſuerāt ea ſalua cuſtodirēt: ſed in preceptis veteris legis parua cautela circa depoſita adhibetur. Dicit̄ enim Exod. 22. q̄ in amiſſione depoſiti ſtat̄ iuramēto ei⁹ apud quē fuit depoſitū. ergo nō fuit circa h̄ legis ordinatio cōueniēs. ¶ p̄. Sicut aliq̄s mercenarius locat operas ſuas, ita etiā aliqui locāt domū vel quecūq̄ alia hmōi. ſed nō eſt neceſſariū vt ſtatim ꝓtiū locate dom⁹ cōductor exhibeat. q̄ etiā nimis durū fuit q̄ð ꝓcipit̄ Leui. 19. Non morabit̄ opus mercenarij tui apud te vſq̄ mane. ¶ p̄. Cū frequētēr immineat iudiciorū neceſſitas facilis d3 eſſe acceſſus ad iudicē: inconuenienter igitur ſtatuit lex deut. 17. vt irent ad vnū locu3 expetitari iudiciū de ſuis dubijs. ¶ p̄. Poſſibile eſt nō ſolū duos, ſ3 etiā tres vel plures cōcordare ad mētiēdū: inconuenientēr igit̄ ð2 deut. 19. In ore duorū vel triū teſtium ſtabit omne verbu3. ¶ p̄. Pena debet taxari ſ3 quātitatē culpe. vnde ð2 etiā deut. 25. Pro mēſura peccati erit ⁊ plagaꝝ mod⁹: ſ3 quibuſdā equalib⁹ culpis lex ſtatuit inequales penas. Dicit̄ eñ Exod. 22. q̄ð reſtituet fur quinq̄ boues ꝓ vno boue, ⁊ quatuor oues ꝓ vna oue. quedā etiā nō multū grauia pctā graui pena puniūt̄: ſicut numeri. 15. lapidatus eſt q̄ collegerat ligna in ſabbato. Filius etiā ꝓteruus propter parua delicta: q2. ſ. comeſſationib⁹ vacabat ⁊ cōuiuijs mādabat̄ lapidari deut. 21. igitur incōuenientēr in lege ſunt inſtitute pene. ¶ p̄. Sicut Augu. dicit. 21. de ciui. dei, octo genera penarū in legib⁹ eſſe ſcribit tullius. Dāna, vincula, verbera, talionē, ignominiā, exiliū, ſeruitutē. Ex q̄bus aliqua ſunt in lege ſtatuta. Dāna quidē ſicut cū fur cōdēnabatur ad quintuplum vel quadruplum. Uincula xō ſicut numeri 15. mādatur de quodā q̄ in carcerem includat̄. Verbera xō ſicut deut. 25. Si eū qui peccauit dignū viderint plagis ꝓſternent, ⁊ corā ſe faciēt verberari. Ignominiā etiā inferebat illi qui nolebat accipere vxorē fratris ſui defuncti: q̄ tollebat calciamentū illius, ⁊ ſpuebat in faciē illius. Mortē etiā inferebat: vt patet etiā Leui. 20. Qui maledixerit patri ſuo aut matri morte moriat̄. Penam etiā talionis lex induxit dicēs Exod. 21. Oculū pro oculo, dētē ꝓ dente. incōueniēs igit̄ vr̄ q̄ alias duas penas. ſ. exiliū ⁊ ſeruitutē lex vetus non inſtituit. ¶ p̄. Pena non debetur niſi culpe: ſed bruta animalia nō poſſunt habere culpā. ergo incōuenientēr eis infligit̄ pena. Exo. 21. Bos lapidibus obruet̄ qui occiderit virū aut mulierē. ⁊ Leui. 21. dicit̄. Mulier q̄ ſuccubuerit cuilibet iumēto ſimul interficiat̄ cū eo: ſic igitur videt̄ q̄ð incōuenientēr ea q̄ pertinent ad conuictū hominū adinuicē fuerint in lege veteri ordinata. ¶ p̄. Dn̄s mādauit Exo. 21. q̄ homicidiū morte hoīs puniretur: ſed mors bruti animalis multo minus reputat̄ q̄ occiſio hoīs. ergo nō poteſt ſufficiētēr recompēſari pena homicidij per occiſionē bruti animalis, incōuenientēr igit̄ mādat̄ deut. 21. q̄ð q̄n inuētum fuerit cadauer occiſi hoīs, ⁊ ignorabit̄ cedis reus, ſeniores ꝓpinq̄oris ciuitatis tollāt vitulā de armēto que nō traxit iugū: nec terrā ſcidit vomere, ⁊ ducēt eā ad vallem aſperā atq̄ ſaxoſam q̄ nunquam arata eſt nec ſemēta recepit. ⁊ cedēt i ea ceruices vitule.

Sz ō eſt, q̄ ꝓ ſpeciali bñficio cōmemorat̄ in pſ. Nō fecit talr̄ omni natiōi ⁊ iudicia ſua nō manifeſtauit eis.

Rn̄deo dōm, q̄ð ſicut Aug. in. 2. de ciui. dei introducit a tullio dictū, Populus eſt cetus multitudinis iuris conſenſu, ⁊ vtilitatis cōione ſociatus. vñ ad rationem populi pertinet, vt cōicatio hominū adinuicem iuſtis ꝓceptis legis ordinetur. Eſt aūt duplex cōicatio hoīm adinuicē. Una q̄dem que fit authoritate principū. Alia aūt fit ꝓpria volūtate priuatarū perſonarū. Et q2 volūtate vniuſcuiuſq̄ diſponi poteſt quod eius ſubditur poteſtati, ideo authoritate principum quib⁹ ſubiecti ſunt hoīes, op3 q̄ iudicia inter hoīes exerceantur, ⁊ pene malefactoribus inferantur. Poteſtati vero priuatarū perſonarū ſubdunt̄ res poſſeſſe, ⁊ ideo ꝓpria authoritate in his poſſunt ſibi inuicē cōicare: puta emēdo, vendendo, donando, ⁊ alijs hmōi. Circa vtranq̄ autē cōicationē lex ſufficiētēr ordinauit. Statuit eñ iudices: vt patet deute. 16. Iudices ⁊ magiſtros cōſtitues in oīb⁹ portis ei⁹, vt iudicēt populū iuſto iudicio. Inſtituit etiā iuſtū iudicij ordinē, vbi ð2 deut. 1. Q̄ð iuſtū eſt iudicate: ſiue ciuis ille ſit, ſiue ꝑegrin⁹ nulla erit perſonaꝝ diſtantia. ſuſtulit etiā occaſionē iniuſti iudicij acceptionē munerū iudicib⁹ ꝓhibēdo: vt p3 Exo. 23. ⁊ deut. 16. Inſtituit etiā numerū teſtiū duorū vel trium: vt p3 deut. 17. ⁊. 19. Inſtituit etiā certas penas ꝓ diuerſis delictis: vt poſt dicet̄. Sed circa res poſſeſſas optimū eſt, ſicut dicit philoſophus in 2. politi. q̄ð poſſeſſiones ſint diſtincte, ⁊ vſus ſit partim cōmunis partim autem per volūtatem poſſeſſorum cōmunicetur. ⁊ hec tria fuerūt in lege ſtatuta. Primo enim ipſe poſſeſſiones diuiſe erant in ſingulos: dicitur enim numero. 34. Ego dedi vobis terrā in poſſeſſionē quam ſorte diuideris vobis. Et q2 per poſſeſſionum irregularitatē plures ciuitates deſtruuntur (vt philoſophus dicit in ſecundo politico.) ideo circa poſſeſſiones regulādas triplex remedium lex adhibuit. Unū quidem vt ſecundum numerū hominum equaliter diuiderentur. vnde dicitur numero. 34. Pluribus dabitis latiorē: ⁊ paucioribus anguſtiorem. Aliud remedium eſt: vt poſſeſſiones nō in perpetuum alienentur: ſed certo tempore ad ſuos poſſeſſores reuertantur, vt non confundantur ſortes poſſeſſionum. Tertium reme-

dium eſt ad huiuſmodi confuſionem tollendam vt proximi ſuccedant morientibus. Primo quidem gradu filius. Secũdo autem filia. Tertio fratres. Quarto patrui. Quinto quicũqꝫ propinqui. Et ad diſtĩctionem ſortiũ conſeruãdã vlterius lex ſtatuit, vt mulieres que ſunt heredes nuberẽt ſue tribꝰ hoĩbus: vt habetur numeri. 36. ¶ Secũdo vero inſtituit lex, vt quãtum ad aliqua vſus rerũ eſſet cõis: τ quantum ad curã: ꝓceptũ eſt enĩ deut. 20. Nõ videbis bouẽ τ ouẽ fratris tui errantẽ, τ preteribis, ſed reduces fratri tuo: τ ſilr de alijs. ſecũdo quantũ ad fructũ. Cõcedebaꝭ.n. cõiter quãtũ ad ocõ, vt ingreſſus in vineã amici licite comedere poſſet, dũ tñ extra nõ deferret. Quantũ ad pauperes vo ſpãlr, vt eis relinquerenꝭ manipuli obliti, τ fructus, τ racemi remanẽtes: vt habeꝭ leuit. 19. τ deut. 24. τ etiã cõicabãꝭ ea q̃ naſcebanꝭ in ſeptimo anno: vt habeꝭ exod. 23. τ leuit. 26. ¶ Tertio vero ſtatuit lex cõicationẽ factã per eos q̃ ſunt rerum dñi vnã pure gratuitã vñ dr deut. 14. Anno tertio ſeparabis aliã decimã veniẽtqꝫ leuites τ pegrinꝰ, τ pupillꝰ, τ vidua, τ comedẽt, τ ſaturabũtur. Aliã vero cũ recõpẽſatione vtilitatis: ſicut per venditionẽ τ emptionem, τ locationem: τ conductionem, τ per mutuũ. τ iterum per depoſitũ: de quibus omnibꝰ inueniuntur ordinationes certe in lege. vnde patet qȯ lex vetus ſufficienter ordinauit conuictum illius populi.

Ad primũ Ergo dõꝫ, ꝙ ſicẽ aplꝰs dicit ro. 13. Qui diligit primũ legẽ impleuit: qꝛ ſ. oĩa precepta legis pcipue ordinata ad proximũ ad hunc finẽ ordinari videntur vt hoĩes ſeinuicem diligant: ex dilectione autẽ pcedit quod hoĩes ſibinuicẽ bona ſua cõicent: qꝛ dr .1. Joã. 3. Qui viderit fratrẽ ſuũ neceſſitatẽ patiẽtẽ, τ clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas dei manet in illo? τ iȯ intẽdebat lex hoĩes aſſuefacere, vt facile ſubinuicẽ ſua cõicarẽt: ſicꝫ τ aplꝰs .1. ad timo. 6. diuitibus mãdat facile tribuere τ cõicare. Nõ aũt facile cõicatiuus eſt qui nõ ſuſtinet, ꝙ proximꝰ aliqd modicũ de ſuo accipiat abſqꝫ magno ſui detrimẽto. τ ideo lex ordinauit vt liceret intrantẽ in vineã proximi racemos ibi comedere: nõ autẽ extra deferre, ne ex hoc dareꝭ occaſio grauis dãni inferendi, ex quo pax perturbareꝭ: q̃ inter diſciplinatos nõ ꝑturbaꝭ ex modicorũ acceptione: ſed magis amicitia confirmaꝭ, τ aſſueſcunt hoĩes ad aliquid facile cõicandũ. ¶ Ad ſecundũ dõꝫ, ꝙ lex nõ ſtatuit qȯ mulieres ſuccederẽt in bonis pr̃is, niſi ex defectu filiorũ maſculoꝝ. Tũc autẽ neceſſariũ erat vt ſucceſſio mulieribꝰ concederetur in cõſolationẽ pr̃is: cui graue fuiſſet ſi eiꝰ hereditas omnino ad extraneos trãſiret. Adhibuit tamẽ circa hoc lex cautelam debitã ꝑcipiẽs: vt mulieres ſuccedẽtes in hereditate paterna nuberẽt ſue tribꝰ hoĩbꝰ. ad hoc ꝙ ſortes tribuum non confunderenꝭ: vt hꝛ nũeri vlti. ¶ Ad tertiũ dõm, ꝙ ſicut phs dicit in .2. politi. regulatio poſſeſſionũ multũ cõfert ad cõſeruationẽ ciuitatis vel gẽtis vñ ſicut ipſe dicit apud quaſdã gẽtiliũ ciuitates ſtatutũ fuit, vt nullꝰ poſſeſſionẽ vẽdere poſſet, niſi ꝓ manifeſto detrimẽto. Si enĩ paſſim poſſeſſiones vẽdanꝭ põt contingere ꝙ oẽs poſſeſſiões ad paucos deueniãt: τ ita neceſſe erit ciuitatẽ vel regionẽ habitatoribꝰ euacuari. τ iȯ lex vetꝰ ad huiuſmodi periculũ remouẽdũ ſic ordinauit ꝙ τ neceſſitatibus hominũ ſubueniref, cõcedẽs poſſeſſionũ vẽditionem vſqꝫ ad certũ tẽpus: τ tamẽ periculũ remouit, precipiens vt certo tẽpore poſſeſſio vẽdita ad vẽdentẽ rediret. Et hoc inſtituit, vt ſortes non cõfunderenꝭ: ſed ſemꝑ remaneret eadẽ diſtinctio determinata in tribubꝰ. Quia vero domus vrbane nõ erant ſorte diſtincte, iȯ cõceſſit ꝙ in ꝑpetuũ vẽdi poſſent: ſicut τ mobilia bona. Nõ enim erat ſtatutꝰ numerus domoꝝ ciuitatis ſicut erat certa mẽſura poſſeſſionis ad quam non addebaꝭ. Poterat autem aliqd addi ad numerũ domorũ ciuitatis. Domus vero que nõ erãt in vrbe ſed in villa muros non hñtes in perpetuũ vendi nõ poterãt: qꝛ hmõi domus nõ conſtruuntur niſi ad cultum, τ ad cuſtodiã poſſeſſionũ. τ ideo lex cõgrue ſtatuit ius circa vtrũqꝫ. ¶ Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ ſicut dictum eſt, intẽtio legis erat aſſuefacere homines ſuis preceptis ad hoc quod ſibinuicẽ de facili in neceſſitatibꝰ ſubuenirẽt: qꝛ hoc maxime eſt amicitie fomẽtũ. Et hãc quidẽ facultatẽ ſubueniẽdi nõ ſolum ſtatuit in his que gratis τ abſolute donanꝭ ſed ẽt in his que mutuo cõceduntꝭ: quia huiuſmodi ſubuẽtio frequẽtior eſt, τ pluribꝰ neceſſaria. Hmõi autẽ ſubuentionis facultatẽ multipliciter inſtituit. Primo quidem vt faciles ſe preberẽt ad mutuũ exhibẽdũ. nec ab hoc retraherẽꝭ anno remiſſiõis appropinquãte: vt habeꝭ deut. 15. Scȯo ne eũ cui mutuũ cõcederẽt grauarẽt vel vſuris, vel etiã aliqua pignora omnino vite neceſſaria accipiẽdo, τ ſi accepta fuerint qȯ ſtatim reſtituerenꝭ. Dicitꝭ enim deut. 23. Nõ feneraberis fratri tuo ad vſurã: τ .24. Non accipies loco pignoris inferiorẽ τ ſuperiorẽ molam, qꝛ animã ſuã appoſuit tibi: τ exo. 22. dicꝭ. Si pignus a proximo tuo acceperis veſtimentũ añ ſolis occaſum reddes ei. Tertio vt nõ importune exigerẽt. vñ dr exo. 23. Si pecuniã mutuã dederis populo meo paupi qui habitat tecũ, nõ vrgebis eũ quaſi exactor. τ ꝓpter hoc etiã mandaꝭ deut. 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquã quã dꝫ tibi, nõ ingredieris in domũ eiꝰ, vt pignꝰ auferas. ſꝫ ſtabis foris: τ ille tibi ꝓferet qȯ habuerit. tũ qꝛ domꝰ eſt tutiſſimũ vniuſcuiuſqꝫ receptaculũ. vnde moleſtũ homini eſt: vt in domo ſua inuadaꝭ. nĩ etiã qꝛ nõ concedit creditori, vt accipiat pignus quod voluerit, ſed magis debitori, vt det quo minus indiguerit. Quarto inſtituit ꝙ in ſeptimo anno debita penitus remitterẽꝭ. Probabile enim erat vt illi q̃ cõmode reddere poſſent, ante ſeptimũ annũ redderẽt, τ gratis mutuantes nõ defraudarẽt. Si aũt oĩno impotentes eſſent eadẽ rõne eis erat debitũ remittendũ ea dilectione, qua etiã erat eis de nouo dandũ ꝓpter indigentiã. ¶ Circa aĩalia vero mutuata hec lex ſtatuit, vt propter negligentiã eius cui mutuata ſunt, ſi in ipſius abſentia morianꝭ vel debilitenꝭ, reddere ea cõpellatur. Si vero eo pñte τ diligẽter cuſtodiẽte mortua fuerint vel debilitata nõ cogebaꝭ reſtituere, τ maxime ſi erãt mercede cõducta: qꝛ ita ẽt potuiſſent mori τ debilitari apud mutuãtẽ. τ ita ſi cõſeruationẽ animalis cõſequereꝭ, iam aliqȯ lucrũ reportaret ex mutuo: τ nõ eſſet gratuitũ mutuũ. Et maxime hoc obſeruãdũ erat qñ aĩalia erãt mercede cõducta: qꝛ tũc habebat certũ pretium pro vſu animaliũ. vñ nihil accreſcere debebat per reſtitutionẽ aĩalium niſi propter negligentiã cuſtodiẽtis. Si aũt nõ eſſent mercede conducta, potuiſſet habere aliquã equitatem, vt ſaltem tñ reſtitueret quantũ vſus animalis mortui vel debilitati conduci potuiſſet. ¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ hec differentia eſt inter mutuũ τ depoſitũ: qꝛ mutuũ tradiꝭ in vtilitatẽ eiꝰ cui traditur, ſed depoſitũ tradiꝭ in vtilitatẽ deponentis. τ ideo magis arctabaꝭ aliqũ in aliquibꝰ caſibꝰ ad reſtituẽdũ mutuũ q̃ ad reſtituendũ depoſitum. Depoſitũ enĩ perdi poterat dupliciter. Uno modo ex cauſa ineuitabili vel naturali: puta ſi eſſet mortuum vel debilitatum animal depoſitũ. vel extrinſeca: puta ſi eſſet captũ ab hoſtibus, vel ſi eſſet comeſtũ a beſtijs. in quo tñ caſu tenebaꝭ deferre ad dominum animalis id quod de animali occiſo ſupererat. in alijs autem ſupra dictis caſibꝰ nihil reddere tenebaꝭ: ſed ſolum ad expurgandam ſuſpicionem fraudis tenebaꝭ iuramentũ preſtare. Alio modo poterat perdi ex cauſa euitabili: puta per furtũ τ tunc propter negligẽtiam cuſtodis reddere tenebaꝭ. Sed ſicut dictum eſt, ille qui mutuo accipiebat animal tenebaꝭ reddere etiã ſi debilitatũ aut mortuum fuiſſet in eius abſentia: de minori enim negligẽtia tenebatur q̃ depoſitariꝰ, qui non tenebaꝭ niſi de furto. ¶ Ad ſextũ dicẽdũ, ꝙ mercenarij qui locãt operas ſuas pauperes ſunt de laboribus ſuis victũ querentes quotidianũ: τ ideo lex prouide ordinauit, vt ſtatim eis merces ſolutereꝭ ne victꝰ eis deficeret. Sed illi qui locãt alias res diuites eſſe cõſueuerũt, nec ita indigent locationis ꝓtio ad ſuum victũ quotidianũ, τ ideo nõ eſt eadẽ ratio in vtroqꝫ. ¶ Ad ſeptimũ dõꝫ, qȯ iudices ad hoc inter hoĩes conſtituunꝭ ꝙ determinẽt qȯ ambiguũ inter hoĩes circa iuſtitiã eſſe põt. Dupl̃r ẽt aliqd põt eſſe ambiguum. Uno modo apȯ ſimplices, τ ad hoc dubiũ tollẽdũ mandaꝭ deut. 16. vt iudices τ magiſtri cõſtituerẽꝭ ꝑ ſingulas tribꝰ, vt iudicarẽt populũ iuſto iudicio. Alio mõ cõtingit aliqd eſſe dubiũ etiam apud peritos. ideo ad hoc dubiũ tollendũ conſtituit lex, vt oẽs recurrerẽt ad locũ ꝑncipalẽ a deo electũ: in quo τ ſummus ſacerdos eſſet q̃ determinaret dubia circa cerimonias diuini cultus: τ ſummus iudex populi qui determinaret q̃ ꝑtinẽt ad iudicia hominũ: ſicut etiã nunc ꝑ appellationẽ vel ꝑ conſultationẽ cauſe ab inferioribus iudicibꝰ ad ſuperiores deferuntur. vnde dicitur deut. 17. Si difficile τ ambiguum apud te iudiciũ perſpexeris, τ iudicium intra portas tuas videris verba variari, aſcende ad locum quem legerit dominus: veniesqꝫ ad ſacerdotes leuitici generis τ ad iudicẽ qui fuerit in illo tẽpore. huiuſmodi autem ambigua iudicia non frequẽter emergebant. vnde ex hoc populus nõ grauabatur. ¶ Ad octauũ dicendum, quod in negotijs humanis non põt haberi demõſtratiua probatio τ infallibilis, ſed ſufficit aliqua coniecturalis probabilitas: ſecũdum quam rhetor perſuadet. τ ideo licet ſit poſſibile duos aut tres teſtes in mendacium conuenire: non tamen eſt facile nec probabile quod conueniant. τ ideo accipitur eorum teſtimonium tanquam verum: τ precipue ſi in ſuo teſtimento non va:

cellent, vel alias ſuſpecti nõ fuerint. Et ad hoc ĕt ꝙ nõ de facili
a veritate teſtes declinarẽt, inſtituit lex vt teſtes diligentiſſi-
me examinarentur, ⁊ grauiter punirentur ꝗ inuenirentur mẽdaces:
vt habetur deute. 19. Fuit tñ aliqua ratio hmõi numeri determi-
nandi ad ſignificandã infallibilẽ veritatẽ pſonarũ diuinarũ: ꝗ
qñqȝ numerantur due, qꝛ ſpũſſctus eſt nexus duorũ: qñqȝ expri-
muntur tres. vt aug. dicit ſup illud io. 8. In lege vr̃a ſcriptũ eſt:
qꝛ duorũ hoim teſtimoniũ verũ eſt. ¶ Ad nonũ dĩm, ꝙ nõ ſo-
lum ꝑpter grauitatẽ culpe, ſȝ etiã ꝑpter alias cauſas grauis
pena infligitur. Primo quidẽ ꝑpter quantitatẽ peccati: qꝛ ma
iori pctõ ceteris parib⁹ pena grauior debetur. Scđo ꝑpter pcti
cõſuetudinẽ: qꝛ a pctis cõſuetis nõ faciliter hoies abſtrahuntur
niſi p graues penas. Tertio ꝑpter multã cõcupiſcentiã vel de
lectationẽ in pctõ. ab his eñi nõ de facili hoies abſtrahuntur
niſi ꝑpter graues penas. Quarto ꝑpter facilitatem cõmittẽ-
di pctm̃, ⁊ lacẽti in ipſo. hmõi eñi pctã qñ manifeſtantur ſunt ma
gis puniẽda ad aliorũ terrorẽ. ¶ Circa ipſam ĕt q̃titatẽ pcti
quadruplex grad⁹ eſt attendẽdus ĕt circa vnũ ⁊ idem factũ.
Quorum prim⁹ eſt qñ inuolũtarius pctm̃ cõmittit: tunc eñi ſi
oino eſt inuolũtari⁹ totaliter excuſatur a pena. Dicitur eñi deu. 20.
ꝙ puella que opprimitur in agro nõ eſt rea mortis: qꝛ clamauit,
⁊ nullus affuit qui liberaret eã. Si vo aliquo mõ fuerit volun
tarius, ſed tñ ex ĩfirmitate peccat. puta cũ ꝗs peccat ex paſſio-
ne, minuitur pctm̃: ⁊ pena ſm veritatẽ iudicii diminui dȝ. niſi for
te ꝑpter cõmunẽ vtilitatẽ pena aggrauetur ad abſtrahendũ ho
mines ab hmõi pctis: ſicut dictũ eſt. Scđs gradus eſt qñ ꝗs p
ignorãtiã peccauit. ⁊ tũc aliquo mõ re⁹ reputabatur pp negligẽ
tiã addiſcẽdi. ſed tñ nõ puniebatur per iudices ſed expiabat pec
catũ ſuũ per ſacrificia. vñ ꝺ ꝛ Leui. 4. aĩa ꝗ peccauerit p igno-
rãtiã ⁊c. ſȝ hoc intelligẽdũ eſt de ignorãtia facti: nõ aũt de igno
rãtia ꝑcepti diui, qđ oẽs ſcire tenebantur. Terti⁹ gradus eſt qñ
aliꝗs ex ſupbia peccabat. i. ex certa electione vel ex certa mali
tia: ⁊ tunc puniebatur ſcđm q̃titatẽ delicti. Quartus aũt grad⁹
eſt qñ peccabat p ꝑteruiã ⁊ pertinaciã. ⁊ tũc q̃ſi rebellis ⁊ de-
ſtructor ordinationis legis oino occidẽdus erat. ¶ Scđm hoc
dĩm eſt, ꝙ in pena furti cõſiderabatur ſm legẽ id qđ frequẽter
accidere poterat: ⁊ iđ ꝑ furto aliarũ rerũ ꝗ de facili cuſtodiri
pñt a furib⁹, nõ reddebat fur niſi duplũ. Oues aũt nõ de facili
pñt cuſtodiri a furto: qꝛ paſcuntur in agris: ⁊ iđ frequẽti⁹ cõtin-
gebat, ꝙ oues furto ſubtraherentur. vñ lex maiorẽ penã appo-
ſuit vt. ſ. q̃tuor oues ꝑ vna oue redderentur. Adhuc aũt boues
difficilius cuſtodiuntur: qꝛ habentur in agris, ⁊ nõ ita paſcuntur gre
gatim ſicut oues. ⁊ ideo adhuc hic maiorẽ penã appoſuit: vt. ſ.
q̃nqȝ boues ꝑ vno boue redderentur. ⁊ hoc dico niſi forte idẽ aĩal
inuentũ fuerit viuẽs apud eũ qꝛ tũc ſolũ duplũ reſtituebat. ſi-
cut ⁊ in ceteris furtis: poterat eñi haberi pſumptio ꝙ cogita
ret reſtituere. ex quo viuũ ſeruaſſet. Uel põt dici ſm gloſam ꝙ
bos hȝ q̃nqȝ vtilitates: qꝛ immolatur. ⁊ arat, ⁊ paſcit carnib⁹. lac
dat, ⁊ coriũ ĕt diuerſis vſibus miniſtrat: ⁊ iđ ꝑ vno boue q̃nqȝ
boues reddebantur. Ouis ĕt hȝ quatuor vtilitates immolatur, pa-
ſcit, lac dat, lanã miniſtrat. Fili⁹ aũt cõtumax nõ: qꝛ comede-
bat ⁊ bibebat: occidebatur: ſed propter contumaciã ⁊ rebellionẽ
que ſemper morte puniebatur: vt dictũ eſt. Ille vero qui colli-
gebat ligna in ſabbato lapidatus fuit tanquam legis viola-
tor: que ſabbatum obſeruari ꝑcipiebat in cõmemorationẽ fidei
nouitatis mũdi: ſicut ſupra dictũ eſt. vnde occiſus fuit tanquã
infidelis. ¶ Ad decimũ dĩm, ꝙ lex vet⁹ penã mortis inflixit in
grauiorib⁹ criminib⁹. ſ. in his ꝗ ꝯ deũ peccant, ⁊ in homicidio:
⁊ in furto hoim, ⁊ in irreuerentia ad parentes, ⁊ in adulterio,
⁊ in inceſtibus. In furto aliarũ rerum adhibuit penam damni.
In percuſſuris aũt ⁊ mutilationib⁹ induxit penã talionis: ⁊ ſi
militer in pctõ falſi teſtimonii. In aliis aũt minoribus culpis
induxit penã flagellationis vel ignominie. Penã autem ſerui-
tutis induxit in duobus caſibus. In vno quidẽ, qñ ſeptimo an
no remiſſionis ille qui erat ſeruus, nolebat beneficio legis vti,
vt liber exiret: vñ pro pena ei infligebatur, vt in perpetuũ ſeruus
remaneret. Scđo infligebatur furi qñ non habebat qđ poſſet re-
ſtituere: ſicut hr̃ exod. 22. Penam aũt exilii vlr̃ lex non ſtatuit:
qꝛ in ſolo ꝑplo illo deus colebatur: oibus aliis populis p idola-
triam corruptis. vñ ſi ꝗs a ꝑplo illo vl̃r excluſus eẽt: daretur ei
occaſio idolatrie: ⁊ iđ. 1. regum. 29. ꝺꝛ, qđ dauid dixit ad ſaul,
Maledicti ſunt ꝗ eiecerũt me hodie. vt nõ habitẽ in heredita
te dñi dicentes: vade, ſerui diis alienis. Erat tñ aliqđ particu-
lare exiliũ. Dicitur eñi deut. 9. Qđ qui percuſſerit proximũ ſuũ
neſciens, ⁊ qui nullũ cõtra ipſum habuiſſe odiũ comprobatur,
ad vnam vrbiũ refugii cõfugiebat: ⁊ ibi manebat vſqȝ ad mor
tem ſummi ſacerdotis. tũc eñi ei licebat ad domũ ſuã redire:
qꝛ in vniuerſali dãno ꝑpli cõſueuerũt particulares ire ſedari,
⁊ ita ꝑximi defuncti nõ ſic proni erãt ad eius occiſionẽ. ¶ Ad
vndecimũ dĩm, ꝙ aĩalia bruta mandabantur occidi, non ꝑpter
aliquam ipſorũ culpã: ſed in penã dñorũ ꝗ talia aĩalia non cu-
ſtodierant ab hmõi pctis. ⁊ iđ magis puniebatur dñs, ſi bos cor-
nupeta fuerat ab heri ⁊ nudiuſtertius: in quo caſu poterat oc
currere periculo, quã ſi ſubito cornupeta efficeretur. Uel occide-
bantur animalia in deteſtationẽ pcti. ⁊ ne ex eorũ aſpectu ali-
quis horror hoibus incuteretur. ¶ Ad duodecimũ dĩm, ꝙ rõ li-
teralis iſtius mãdati fuit, vt rabbi moyſes dicit, qꝛ frequenter
interfector eſt de ciuitate ꝓpinquiori. vñ occiſio vitule fiebat
ad explorandũ homicidiũ occultũ: qđ quidem fiebat per tria.
Quorũ vnũ eſt quo ſeniores ciuitatis iurabãt nihil ſe ꝑtermi-
ſiſſe in cuſtodia viarũ. Aliud eſt, qꝛ ille cui⁹ erat vitula dãnifi-
cabatur in occiſione aĩalis: ⁊ ſi prius manifeſtaretur homicidiũ,
aĩal nõ occideretur. tertiũ eſt: qꝛ loc⁹ in quo occidebatur vitula re-
manebat incult⁹. ⁊ ideo ad euitandũ vtrunqȝ damnũ homines
ciuitatis de facili manifeſtarent homicidã ſi ſcirent: ⁊ raro po
terat eſſe qñ aliqua vba, vel idicia ſup hoc facta eſſent. Uel hoc
fiebat ad terrorẽ in deteſtationẽ homicidii. Per occiſionẽ eñi
vitule que eſt aĩal vtile ⁊ fortitudine plenũ precipue antequã
laboret ſub iugo ſignificabatur ꝙ quicunqȝ homicidium feciſſet q̃uis
eſſet vtilis, ⁊ fortis, occidendus erat. ⁊ morte crudeli, qđ cru-
cis conciſio ſignificabat. ⁊ quod tanquam vilis ⁊ abiectus a conſor-
tio hoim excludendus erat: qđ ſignificabatur p hoc ꝙ vitula
occiſa in loco aſpero ⁊ inculto relinquebatur in putredinẽ con-
uertenda. ¶ Myſtice aũt per vitulã de armẽto ſignificatur caro
chriſti: ꝗ nõ traxit iugũ, qꝛ nõ fecit peccatum nec terrã ſcidit
vomere. i. ſeditionis maculã nõ admiſit. Per hoc eñi qđ in valle
inculta occidebatur, ſignificatur deſpecta mors chriſti: per quam
purgantur oia peccata. ⁊ diabol⁹ eſſe homicidii author oſtẽditur.

¶ Utrũ iudicialia precepta ſint conuenienter tradita, quantũ
ad extraneos. Articulus. 3.

Ad tertiũ Sic procedit. Uidetur ꝙ iudicialia
precepta nõ ſint cõuenienter tradi-
ta quantũ ad extraneos. Dicit eñi petrus actuũ. 10.
In [illegible] cõperi qñ non eſt acceptor perſonarum
deus. ſed in omni gente, qui timet deũ ⁊ operatur iuſtitiam, ac-
ceptus eſt illi. ſed illi qui ſunt deo accepti non ſunt ab eccl̃ia
dei excludendi. incõuenienter igitur mandatur deut. 23. ꝙ am-
monites ⁊ moabites etiã poſt decimã gñationẽ nõ intrabunt
in eccleſiam domini in eternũ, econtrario aũt ibidẽ precipitur
de quibuſdam gentibus. Non abominaberis idumeũ qꝛ frater
tuus eſt: nec egyptium, quia aduena fuiſti in terra ei⁹. ¶ P̃. Ea
que nõ ſunt in poteſtate noſtra nõ merentur aliquam penã: ſȝ
quod hõ ſit eunuchus vel ex ſcorto natus non eſt in poteſtate
eius. ergo inconuenienter mandatur deut. 23. quod eunuchus ⁊
ex ſcorto natus non ingrediatur eccleſiam dñi. ¶ P̃. Lex vetus
miſericorditer mãdauit vt aduene nõ affligantur. Dr̃ .n. Exo.
20. Aduenã nõ contriſtabis, neqȝ affliges eũ: aduene enim ⁊
ipſi fuiſtis in terra egypti. ⁊ 23. Peregrino moleſtus non eritis
ſcitis. n. aduenarum animas, qꝛ ⁊ ipſi peregrini fuiſtis in terra
egypti. ſed ad afflictionẽ alicui⁹ ptinet ꝙ vſuris opprimatur:
inconuenienter igitur lex permiſit deu. 23. vt alienis ad vſurã pe-
cuniam mutuaret. ¶ P̃. Multo magis appropinquant nobis
hoies quã arbores. ſed his que ſunt nobis magis propinqua,
magis debem⁹ affectũ ⁊ effectũ dilectionis impẽdere: ſm illd
eccl. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile: ſic ⁊ ois homo proximũ
ſibi. incõuenienter igitur dñs deute. 20. mandauit quod de ci-
uitatibus hoſtium captis oẽs interficerent: ⁊ tñ arbores fru-
ctiferas non ſuccideret. ¶ P̃. Bonum cõe ſm virtutẽ eſt bono
priuato preferendum ab vnoquoqȝ: ſed in bello quod commit-
titur ꝯ hoſtes queritur bonũ cõe: inconuenienter igitur mandatur
deut. 20. ꝙ imminente prelio aliꝗ domũ remittantur: puta qui
edificauit domũ nouã, ꝗ plãtauit vineã, vel qui deſpondit vxo
rem. ¶ P̃. Ex culpa nõ debet ꝗs cõmmodum reportare: ſed qđ
homo ſit formidoloſus ⁊ corde pauidus culpabile eſt. ꝯtrariũ
eñi eſt virtuti fortitudinis: inconuenienter igitur a labore prelii
excuſabantur formidoloſi ⁊ pauidum cor habentes.

Sed ꝯ Eſt, ꝙ ſapientia diuina dicit prouer. 8. Iſti ſunt
omnes ſermones mei: non eſt in eis prauum ꝗd
neqȝ peruerſum.

Rñdeo Dĩm, ꝙ cũ extraneis põt eſſe hoim cõuerſatio
dupliciter. Uno mõ pacifice: alio mõ hoſtiliter. ⁊ quã-
tum ad vtrũqȝ modũ ordinãdũ lex cõuenientia ꝑcepta cõtine

bat. Tripl'r.n.offerebaꝫ Judeis occaſio vt cū extraneis pacifice cōicarent. Uno qdē qñ extranei ꝑ terrā eoꝝ trāſitū faciebāt, quaſi peregrini. Alio mō qñ in terrā eoꝝ adueniebant ad inhabitandū ſicut aduene: ⁊ quantū ad vtrunqꝫ lex miſericordie precepta poſuit. Nā exo. 22. dr, Aduenā nō contriſtabis: ⁊ xxiij. dr, Peregrino moleſt⁹ nō eris. tertio vō qñ aliq̄ extranei totalr̄ in eoꝝ cōſortiū ⁊ ritum admitti volebāt. Et in his quidā ordo attendebaꝫ: nō.n. ſtatim recipiebanꝫ quaſi ciues ſicut ēt apud quoſdā gētiliū ſtatutum erat, vt nō reputarenꝫ ciues niſi qui ex auo vel atauo ciues exiſterēt. vt phs. d. in tertio politi. ⁊ hoc ideo, qꝛ ſi ſtatim extranei aduenientes reciperenꝫ ad tractandū ea que ſunt ppl'i poſſent multa pericula ɔtingere: dum extranei non hñtes adhuc amorē firmatū ad bonū publicū aliqua contra ppl'm attentarēt. ⁊ ideo lex ſtatuit vt de quibuſdā gentib⁹ hñtibus aliquā affinitatem ad iudeos. ſ. de egyptijs, apud quos nati fuerant ⁊ nutriti, ⁊ de idumeis filijs eſau fratris iacob in tertia gñatione recipenꝫ in conſortiū ppl'i. Quidā vō qꝛ hoſtiliter ſe ad eos habuerāt, ſicut ammonite ⁊ moabite nunq̄ in cōſortiū ppl'i admitterenꝫ. Amalachite aūt qui magis eis fuerāt aduerſati ⁊ cū eis nullū cognationis habebant conſortiū: q̄ſi hoſtes ꝑpetui haberenꝫ. Dr̄.n. exo. 17. Bellum dei erit ɔ amalech a gñatione in gñationē. Silr̄ ēt q̄tū ad hoſtilē cōicationē cū extraneis lex cōuenientia ꝑcepta tradidit. Nā primo qdē inſtituit vt bellū iuſte miretur. Mandaꝫ eñ deut. xx. ꝙ cū accederēt ad expugnandā ciuitatē offerrent ei primo pacē. Scdo inſtituit vt fortiter bellū inceptū exequerenꝫ hñtes de deo fiduciam. ⁊ ad hoc melius obſeruandū inſtituit quod imminēte prelio ſacerdos eos cōfortaret promittēdo auxiliū dei. Tertio mādauit vt impedimēta prelij remouerenꝫ remittendo quoſdā ad domū q̄ poſſent impedimēta p̄ſtare. Quarto inſtituit vt victoria moderate vterenꝫ parcēdo mulieribus ⁊ paruulis: ⁊ ēt ligna fructifera regiōis nō incidēdo.

Ad p̄mū Ergo dōm, ꝙ hoīes nulli⁹ gētis excluſit lex a cultu dei, ⁊ ab his q̄ ptinent ad aīe ſalutē. Dr̄ eñ exo. xij. Si qs peregrinoꝝ in vr̄am voluerit trāſire coloniā ⁊ facere phaſe dñi, circūcidenꝫ prius oē maſculinū ei⁹: ⁊ tūc rite celebrabit, eritqꝫ ſil'r ſicut indigena terre. Sꝫ in tꝑalib⁹ q̄tū ad ea q̄ pertinebāt ad cōitatē ppl'i nō ſtatim qlꝫ admittebaꝫ rōne ſupradicta: ſed qdā in tertia gñone. ſ. egyptij ⁊ idumei. Alij vō ꝑpetuo excludebanꝫ in deteſtationē culpe p̄terite: ſicut moabite ⁊ ammonite ⁊ amalachite. Sicut.n. puniꝫ vn⁹ hō pp pc̄m qd̄ cōmiſit vt alij vidētes timeāt ⁊ peccare deſiſtāt: ita ēt pp aliqd̄ pc̄m gens vel ciuitas pōt puniri vt alij a ſilī pc̄ō abſtineāt. Poterat tñ diſpēſatiue aliq̄s in collegiū ppl'i admitti pp aliquē virtutis actū: ſicut iudith. 14. dr, ꝙ achior dux filiorum amon appoſitus eſt ad ppl'm iſrl' ⁊ oīs ſucceſſio gñis eius. Et ſil'r ruth moabitis q̄ mulier virtutis erat: lꝫ poſſit dici ꝙ illa ꝓhibitio extendebaꝫ ad viros nō ad mulieres q̄b⁹ nō ɔpetit ſimplr̄ eē ciues. ¶ Ad ſcdm dōm, ꝙ ſicē phs. d. in. 3. politi. dupl'r aliqs dr eſſe ciuis. Uno⁹ ſimpl'r: ⁊ alio mō ſm qd. Simpl'r quidē ciuis eſt q̄ pōt agere ea que ſunt ciuiū: puta dare conſiliū vel iudicium in ppl'o. ſm quid aūt ciuis dici poteſt quicūqꝫ ciuitatem inhabitat: ēt viles pſone ⁊ pueri ⁊ ſenes q̄ nō ſunt idonei ad hoc ꝙ habeāt ptātē i his q̄ ptinēt ad cōe. Jō ergo ſpurij ꝓpter vilitatē originis, excludebanꝫ ab eccl'ia. i. a collegio ppl'i vſqꝫ ad decimā gñonē. ⁊ ſil'r eunuchi: quib⁹ nō poterat ɔpetere honor qui prībus debebaꝫ. ⁊ p̄cipue in ppl'o iudeoꝝ: in q̄ dei cultus cōſeruabaꝫ ꝑ carnis gñonē. Nā ēt apud gētiles q̄ multos filios genuerāt aliquo iſigni honore donabanꝫ: ſicut phs dicit in. ij. polit. tñ q̄tū ad ea q̄ ad gratiā dei ptinebāt, eunuchi ab alijs nō ſepabanꝫ, ſicut nec aduene: vt dictū eſt. Dr̄.n. eſa. 56. Nō dicat filius aduene qui adheret dño dicēs. Separatiōe diuidet me dñs a ppl'o ſuo. ⁊ non dicat eunuchus ecce ego lignum aridū. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ accipere vſuras ab alienis non erat ſecundū intentionē legis: ſed ex quadam permiſſione propter pronitatē iudeoꝝ ad auaritiam. ⁊ vt magis pacifice ſe haberent ad extraneos a quibus lucrabanꝫ. ¶ Ad 4ᵐ dōꝫ, quod circa ciuitates hoſtiū quedam diſtinctio adhibebatur: quedā.n. erant remote non de numero illarū vrbiū q̄ eis erant repromiſſe: ⁊ in talib⁹ vrbibus expugnatis occidebanꝫ maſculi qui pugnauerāt ɔtra populum dei mulieribus aūt ⁊ infantib⁹ parcebatur. Sed in ciuitatibus vicinis que erāt eis repromiſſe oēs mādabanꝫ interfici ꝓpter iniq̄tates eoꝝ priores: ad q̄s puniēdas dñs ppl'm iſrael diuine iuſticie executorē mittebat. Dicitꝫ.n. deut. 9. Quia ille egerunt impie, introeunte te delete ſunt. Ligna aūt fructifera mādabāt̄ reſeruari ꝓpter vtilitatem ipſius ppl'i: cui⁹ ditioni ciuitas ⁊ eius territoriū erat ſubijciendū. ¶ Ad quintū dōm, ꝙ nouus edificator dom⁹, aut plātator vinee, vel deſponſator vxoris excludebanꝫ a prelio ꝓpter duo. Primo qdē: qꝛ ea que hō de nouo habet vel ſtatim paratus eſt ad habendū magis ſolet amare: ⁊ per conſequēs eoꝝ amiſſionē timere. vñ ꝓbabile erat ꝙ ex tali amore magis mortem timerēt: ⁊ ſic minus fortes eſſent ad pugnandū. Scdo qꝛ ſicut phs. d. in. ij. phyſi. infortuniū vr̄ qñ aliqs appropinq̄t ad aliqd̄ bonū hñdū ſi poſtea impediaꝫ ab illo. Et ne ꝓpinqui remanētes magis cōtriſtarenꝫ de morte taliū qui bonis ſibi paratis potiti nō fuerūt, ⁊ ēt ppl's cōſiderās hoc horreret, hmōi hoīes a mortis periculo ſunt ſequeſtrati per ſubſtractionē a prelio. ¶ Ad ſextū dōm, ꝙ timidi remittebanꝫ ad domū nō vt ipſi ex hoc cōmodū cōſequerenꝫ: ſed ne ppl's ex eoꝝ pñtia incōmodū conſequeretur: dum per eorum timorem ⁊ fugam etiam alij ad timendum ⁊ fugiendum prouocarentur.

¶ Utrum conuenienter lex vetus precepta edideꝛit circa domeſticas perſonas. Articulus. 4.

